m Jttens herodes occidit omnes pueros qui erant ĩ bethleem: τ in oĩbus finib⁹ ei⁹. Mat. ij. Ex quo hodie peragitur festū illorū puerorū innocentū q̄ ab iniquo herode interfecti sunt. Tunc in p̄nti sermone tria sunt dicenda. Primo q̄n aliq̄ parētes pueros suos sp̄ual'r occidunt: sicut herodes corpal'r occidit. Secūdo de solemnitate p̄ntis festi. Tertio exemplū. A Quantū ad primū sciēdū q̄ sex sunt genera parentū q̄ occidunt suos pueros: τ sic damnantur ꝑpter eos. Primi qui scienter rei sunt q̄ pueri in vtero matris sine baptismo decedūt. Et hoc est valde graue homicidiū: q2 ibi corp⁹ τ aĩa occiditur Aug. Mai⁹ est dānū in amissione vni⁹ aĩe: q̄ȝ mille corporū. Berñ. Tot⁹ mūd⁹ ille p̄ciū vni⁹ aĩe estimare nō pōt. Ergo mater que ē p̄gnās sollicitudinē dȝ hr̄e de thesauro quē portat in vtero ne fiat occasio damnationis illi puero. Sil'r viri debēt parcere mulierib⁹ nec eas turbare nec terrere: nec verberare: imo sibijp̄is subtrahere ĩ comededo atq3 bibendo. τ impartiri suis mulierib⁹ pregnātibus. τ hoc propter fetū: imo quilibet homo dȝ seruire mulieri impregnate. exēplo marie que tribus mensibus seruiuit elizabeth. Cōtra hoc faciūt illi qui vxores suas pregnātes percutiūt: trahūt: calcāt: trudūt: τ ip̄is maledicunt: τ sic rei erūt necis in pueris. Similiter peccant ille mulieres que se super hoc remittunt q̄ pregnantes sunt τ scienter offendunt maritos suos. Sil'r peccant grauiter ille antique vetule que aborsum vel sterilitatem procurant in aliqua muliere vel virgine Sil'r ille ancille que cū pcō τ scādalo concipiūt: τ postmodū propter verecūdiā humanam eosdē pueros sciēter occidūt. qd̄ aĩal irrationale non faceret. B Secūdi parētes sunt illi qui pueros suos nimis diligunt Sed diceres non debeo diligere puerū meum. Rñdeo imo debes diligere puerū: q2 est naturale. s̄ ordiate τ infra deū debes diligere. Nā aliq̄ pueros suos vltra deū diligūt. τ

hñt maiorē cōplacentiā in pueris q̄ȝ in deo oĩpotēti: τ poti⁹ τ libēti⁹ vidēt pueros q̄ȝ deū. Et q̄ sic pueros supra deū diligūt eo s̄dē pueros suū deū faciūt. Aug. Hoc ab hoĩe colit: qd̄ p̄ ceteris diligit. Et de⁹ q̄nq3 ex sua bonitate subtrahit eis illos pueros vt ip̄i parentes cor suū ecōuerso ad deū dirigāt τ eū diligāt. Et ē h̄ vna ratio q̄re illi pueri q̄ sunt ineffabiles τ prudētes τ pulchri cito moriūtur: q2 pētes eosdē cū nimio affectu diligūt. τ cū nimia sollicitudĩe eos s̄m cursum mūdi nutriūt τ educāt. Vbi gr̄a. Q̄n ex ip̄is volūt facere magnos dños. rectores ciuitatū: τ magnas diuitias sup eos hereditare: τ diuitib⁹ eos despōsare. nō curātes an ista bona sponsalia sint iuste vel iniuste acq̄sita. Et ꝑpr illā etiā curiositatē τ sollicitudinē quā hñt ad pueros ornādo eos in vestib⁹ obliuiscūt q̄nq3 deū: τ seip̄os negligūt in his q̄ spectāt ad salutē aĩarū. Et sic ꝑpter nimiā dilectionē puerorum q̄nq3 offendūt deū τ seip̄os dānant. Math. x. Qui amat filiū vel filiā sup me nō est me dign⁹. Tertij parētes sūt q̄ informāt pueros suos in malis. sicut chorizare: supbe in vestib⁹ incedere: faciē depīgere: crines crispos facere. Et ip̄i parētes rei erūt oĩm peccatorū q̄ ex mala informatiōe vel malo exemplo filij sic addiscūt τ postmodū faciūt. Verbi gr̄a. Qui te primit⁹ supbiā docuit: p̄ticeps erit oĩm pcōrū que cū supbia ꝑpetrabis vsq3 in finē vite: τ sic de alijs peccatis. Quarti parētes sunt qui pueros nō corrigūt cum delinquunt. Nam parentes tenentur pueros corrigere. Unde dicit in decre. Pater debet filios castigare: non semper osculari. v. q. v. Non osculatur. τ. xxiij. q. v. Non putes. τ extra de rescrip. Si quando. τ. c. dis. Contra morem. C Queritur quomodo parentes debent corrigere pueros. Respondeo si sunt boni τ quādoq3 fragilitate excedūt: tūc cū benignitate sunt corrigēdi: exemplo marie que dixit ad filiū suū postq̄ȝ inuenit eū in templo post triduū. Fili q̄d fecisti nobis: pater tuus τ ego dolentes querebamus te. Si aūt filij sunt proterui τ rebelles: tūc corrigendi sunt cū virgis τ disciplinis. Un̄ puer. xxiij Noli puero subtrahere disciplinā. si enim eū percusseris. virga: nō morietur. τ aĩam ei⁹ de inferno liberabis. Et talis correctio erit meritoria ip̄is parētibus. Nā quot plagas ip̄is pueris sic dabūt tot merebūt coronas. Item sciendum q̄ parētes nō debēt pueris maledicere. De hoc quere sermo. xiiij. M. Quid

parētes sunt q̄ malū exēplū p̄bent filijs: et ppter hoc spūal'r eos occidūt. Aug. Qui i cōspectu ppl'i male viuit q̄tuz in illo est eū a q̄ attendit occidit. Pueri enī illa q̄ vidēt a parentib' cōiter imitant: siue bonū siue malū. Si vidēt eos ieiunare: libent' orare: eccl'iam freq̄ntare: misericordes esse: veritatē loq: deum bn̄dicere: pacē cū familia h̄re: eos imitātur. Si aūt eos vident ieiunia ab eccl'ia instituta soluere: festa nō celebrare: raro eccl'iam visitare: ad tabernas ire: supbe incedere: chorizare: blasphemare: maledicere: etiā imitantur eos. et p his malis exēplis parētes puniuntur grauiter. vn̄ Greg. i moral'. Tot mortibus dignus est: quot exēpla prauitatis in posteros relinq̄t. Sexti sunt q̄ sciēter res iniustas lucrant' ad ditādū pueros suos. nam quot denarios pueris suis relinquūt tot gladijs eos trāsfigūt. Aliq̄ bn̄ cognoscūt se h̄re res iniustas: et ne filij exheredituent' poti' volūt cū ipis dānari. D Quantū ad secundū nota q̄ festū innocentū et eoꝝ martyriuz solēniter est pagēdū. Et hoc ppter tria. Primo ppter tps. Nā ipi primi martyres sunt q̄ p xpo post ei' natiuitatē martyrizati sunt Pro quo sciēdū ē q̄ triplex est martyrium. Primū volūtatis et opis. sicut bti Stephani et Laurētii. Secūdū volūtat' et nō opis. sicut bti Johis euāgeliste et bti Martini et Dn̄ici qui habuerunt voluntatē et affectū sustinēdi martyriū quāuis passi nō sint. Tertiū martyriū operis et non volūtatis. sicut Innocentes vsum rationis non habentes qui deum non loquendo: sed moriendo: et euz sanguine suo confessi sunt: et sic in sanguine suo baptizati sunt. Et propter illud triplex martyriū illa tria festa sunt immediate post festū natiuitatis instituta. Primo festū beati Stephani qui est martyr volūtate et opere. Secundo festū beati Johis q̄ est martyr voluntate et nō opere. Tertio festū hodiernū innocentum qui sunt martyres ope et non volūtate. Secundo martyriū et festū innocentū est cōmendabile ppter numerū: q̄a tot sunt q̄ numerus eoꝝ incertus est. Sed ecclesia pagit numeꝝ eoꝝ s̄m visionē quā Johannes vidit vt habet' Apoc. xiiij. Vidi agnū stātē supra montē syon: et cū eo centū quadraginta quattuor milia h̄ntes nomē eius et nomē patris eius scriptū in frontib' suis. mō si laus vni' sancti vel angeli vel hoīs vni' est laudabilis et accepta corā deo: que tūc erit laus tot sanctorū innocētū. Itē si de' exaudit preces vni' sancti vel maxime duoꝝ vel triū congregatoꝝ in nomine ipius: quid tunc vbi tot sancti simul sunt congregati. Itez si vnus sanct' est venerand': nōne tunc tot milia sanctoꝝ sunt venerādi. Nunq̄ enī in anno tot sanctorū festū peragitur: preter festū oīm sctoꝝ sicut hodierna die pagitur. E Tertio ppter locū: q: in bethleē occisi sunt vbi xps natus est. ergo in verbis p̄dictis dictū est. Mittens herodes occidit omēs pueros etc. Ubi sciēdū s̄m glo. q̄ occisio pueroꝝ facta ē post annū et tres dies post natiuitatē xpi. Distulit enī ppter morā rome contractā Fuit enī romā a Cesare citat': et sic fere p ānū impeditus fuit. Tūc pphetia impleta ē Rachel plorās filios suos. Jer. xxxi. Quare Rachel et non Jacob plorat. R̄ndeo q̄ matres sunt mag' passibiles et maioris pietat' s̄m Arist. Ergo plus ɔpatiūtur pueris. Itē q: plus diligit pueros: ergo plus dolēt de aduersitatibus pueroꝝ. Q: aūt mater plus diligit filiuz q̄ pater ostendit' triplici ratiōe. Prima est. quoniā mater plus dat de substātia filio q̄ pater: et ideo maiorē partē videtur habere i puero. Secūda q: mater plus laborat circa filiū q̄ pater: et circa qd̄ plus laboram' plus diligimus. Tertia q: mater plus est certa de puero q̄ pater: et ideo magis diligit filiū tāq̄ rē certā. Pater vero minus diligit tanq̄ rē dubiā. Unde Aristo. iiij. ethico. Matres enim plus diligunt filios q̄ patres: quia certiores sunt de eis et labores maiores habent circa eos. Queritur quare hodie etiaz subticet eccl'ia cantica laudis et leticie. scilz. Te deum laudam'. Gloria in excelsis deo. et Alla etc. R̄ndet' q̄ hoc fit ppter tria. Primo in signum fletus quē matres habuerūt de occisione pueroꝝ. Secūdo in signū status q: ipsi pueri post occisionem in limbū descenderūt. Tertio q̄a virgo maria et puer iesus et ioseph fugiendo in egyptum in exiliū iuerunt. Magna igitur cōpassio est eis exhibenda. tū propter pueri tenerā etatē. tum propter puerperij nouitatē. tum propter ioseph senectutem F Quantum ad tertium nota exemplum de his qui filios suos nō corrigūt cum delinquunt. Legitur de quodam patre visitante tabernas et ludos: qui cum duceret paruulū filium suum secum: ille filius factus grandis postmodum ita assuetus fuit ludis et tabernis q̄ non poterat inde retrahi: et postq̄ pecunia defecit cepit furari. Primo patri: deinde vicinis; nec pater suus corrigebat eum

acriter: sed quãqz leniter eũ admonuit: sed ista admonitio in eo nihil pfecit. Et cũ factus eẽt magnus vir semel et bis dephensus est in furto sed pr data pecunia bina vice liberauit eum a suspẽdio: et tertia vice dephensus in furto et iudicatus et ductus ad suspendiũ: rogauit ppter deũ vt adduceretur sibi pr suus. q cũ flens aduenisset: rogauit eũ filius suus vt oscularetur eũ: et remitteret ei iniurias. qd cũ faceret pr eius: filius eũ ita momordit vt ãputaret ei nasum. Et cũ de hoc filius argueretur: eo q pater bina vice liberasset eũ a suspẽdio: data pecunia p eo et s. in tertia vice itez libenter liberasset si potuisset. Rñdit filius. Ego bñ egi et iuste feci. quia ipse est cã suspẽdij mei: eo q a iuuẽtute pmisit me sm ppriã volũtatẽ viuere: nec me aliqñ correxit ppter excessus meos quos comisi. Et in signũ huius puer. xxix. dr. Puer qui dimittitur volũtati sue ɔfundit matrẽ suã: imo patrẽ et oẽs cognatos suos. Ergo Salomon dicit. Qui parcit virgis odit filium suum.

Dñica infra octauam natiuitatis christi. Sermo. xvij. Quare xps factus sit puulus.

Puer autẽ crescebat et ɔfortabatur plenus sapiẽtia. Luc. ij. Ex quo in pñti euãgelio fit mẽtio de puero nobis recenter nato. tunc pro pñsenti sermone tria sunt dicenda. Primo qre xps paruulus factus est. Secũdo quõ debemus nos habere ad istũ puulũ puerũ iesum xpm. Tertio exemplũ. ¶ Quantũ ad primũ sciendũ q xps puulus factus est puer triplici ratione. Primo in signũ q faciliter põt placari ab his qui offenderũt eũ. Nam sicut olim cum pomo inobedientie offensus fuit: sic iam puer factus faciliter quasi cũ pomo placari potest. Secũdo ideo puer factus est vt faciliter a nobis decipi possit. Olim chare vendidit regnũ suũ sic q nullus sibi illud cõquirere potuit. etiã qntũcunqz sanctus et perfectus fuerat. Quod pz in iohe baptista cuius cibus erant locuste et mel siluestre qui et habuit vestem de pilis camelorũ: nec vinũ nec siceram bibit: sed sola aqua ɔtentus fuit. Et vltimo p veritate decapitatus est. nec tñ sic celũ intrare potuit. Item in pphis. sicut in Ysaia quẽ secauerũt cũ serra lignea ex pcepto manasse regis iude. Item patet in zacharia quẽ rex Joas lapidare iussit inter tẽplũ et altare Itẽ pz in Jeremia q a pplo iudeoz lapidatus est. Itẽ pz in Amos quẽ Ozias rex per tempora transfixit. Hi oẽs cũ oibus martyrijs q sustinuerũt celum intrare nõ potuerũt vsqz dũ xps p mortẽ suã ianuã celi aperuit. Sed xps puer nobis natus mõ tã misericors factus est q aliqbus dat regnũ celoz p oibus suis rebus. sicut aplis q oia p xpo reliquerũt. Aliqbus p medietate rez suaz. sic Zacheo qui dixit: vt hr Luce. xix. Ecce dimidium bonoz meoz do pauperibus. Aliqbus p his rebus q supsunt. vt hr Luce. xix. Quod supest date elemosynã: et oia mũda erũt vobis. Aliquibus etiã p duobus obolis: sicut vidue q obtulit dño duo era. Aliqbus p hausto aque. Math. x. Quicunqz potũ dederit vni ex minimis istis calicẽ aque frigide nõ pdet mercedẽ suã. Aliqbus dat p bona sua volũtate qd est qsi p nihilo dare. ps. Pro nihilo saluos facies illos. Itẽ p nihilo habuerũt terram desiderabilẽ. Vñ etiam Aug. Coronat deus intus volũtatẽ vbi nõ inuenit facultatẽ. Tertio xps puer factus est in signum q debemus eũ spũalr ɔcipe p bonũ ppositũ parere per bona opa p pseuerãtiã nutrire. p pacientiã portare. ¶ Quantũ ad secũdũ sciendũ q maria mater xpi nouez beneficia exhibuit puero suo Jesu xpo que etiam nos isto sacro tpe ei spiritualr exhibere debemus. Primo ɔcepit puez iesum qñ angelus dixit ei. Aue gra plena. sic et nos p bonã volũtatẽ ipm ɔcipe debemus. Vñ Criso. sup Mathe. Volũtates bone sic suaues sunt apud deum quẽadmodum odoriferi flores. Sed aliqui sunt sicut steriles mulieres qui obstinati sunt in peccatis nec habent volũtatẽ se emẽdandi. Silr et illi q stant in malis ppositis malefaciendi. Tales sunt q christũ non cõcipiũt: sed dyabolũ. et tales sunt in periculoso statu. Vñ dr in decre. In malicijs voluntas pro opere reputatur. de pe. dist. i. Omnis. Si quis haberet volũtatẽ vltra decẽ annos vel viginti annos aliqd mortale peccatũ cõmittere: et si infra illud tps sic moreretur: ppter malã volũtatẽ eternaliter dãnaretur. ergo tales conuerti debẽt ad xpm per bonã volũtatem. Unde Bern. Cũ per bonã volũtatẽ incipimus esse dei: desinimus esse dyaboli. Secũdo maria pepit iesum. Vñ Luc. ij. Impleti sunt dies eius vt pareret et pepit filiũ suum primogenitũ. sic et nos cũ bonã volũtatẽ ope cõpleuerimus: tũc xpm spiritualr generamus. ¶ Ubi sciendũ q quidã suffocãt fetum spũalẽ: vt sunt illi q suffocãt bonã volũtatem in semetipis. et nunqz vel raro ope pficiunt. sed ɔtinue bonis volũtatibus et inspirationibus

resistunt. Item quidā portant fetū spūalē decem vel viginti annis: cū tū mulier portat puerum suū vix nouē menses quē a marito suo cōcepit: sed isti portant bonā volūtatē p decem vel viginti annos anteq̄ eam opere impleant. Itē quidā pariūt mōstra. ℞ Nā legit᷑ q̄ tpe augustini homo quidā nat᷒ est q̄ habuit duo capita duo pectora: quattuor manus: vnū ventrē ⁊ duos pedes. Sic peccator quādo perpetrat peccatū mortale: tūc spūaliter generat mōstrū. Unde Albert᷒ magn᷒. Anima parit monstrū que pctā gignit. Nūquid mōstrū foret qui faciē retro tergū ante haberet. talis est pctōr q̄ faciem retro habet mundū per amorē respiciendo: ⁊ tergū aūt. s. deū obliuiscendo. Iere. ij. Uerterunt ad me terga ⁊ non faciem. Item monstrū foret qui oculos ⁊ os ī pedibus haberet. talis est auarus quē nisi delectat in terrā videre. p̄s. Oculos suos statuerunt declinare in terrā: ⁊ nisi delectatur loqui de terrenis. Iohan. iij. Qui de terra est de terra loquitur. Item mōstrū foret qui caput deorsū haberet. terrā amādo ⁊ pedes sursū in sup̄bia contra deū recalcitrando. Sed sunt quidā qui pariūt scilz qui bonam voluntatē opere perficiūt. Et illi sunt fratres sorores ⁊ mater xpi. Math. xij. Qui fecerit voluntatē patris mei qui in celis est. ipse meus frat᷑ soror ⁊ mater est. Tertio maria cibauit filiū suū. Unde canitur. Paruo lacte pastus est. Sic debemus pascere iesum. ⁊ hoc facimus cū opera misericordie pauperibus exhibemus. Unde dicit᷑ in euangelio. Qd̄ vni ex minimis meis fecistis mihi fecistis. Item in iudicio dictur᷒ est. Esuriui ⁊ non dedistis mihi mādūcare. sitiui ⁊c. Quotiens ergo opus misericordie exerces. scilz elemosinā dando: sitientē potando. totiens puerū iesū pascis. Quarto maria balneata est iesum puerū eius. sic ⁊ nos debemus sibi balneū preparare. ℞ Sed diceres vbi aquā recipiā. Respōdeo q̄ in figura huius balnei legitur Geñ. ij. q̄ in medio paradisi est fons q̄ diuiditur in q̄ttuor ptes. ⁊ irrigat oēm terrā. sic aqua in qua xp̄s balneandus est hauriri debet ex quattuor. Primo ex memoria pprioꝝ peccatoꝝ cū cōtrito corde. sic maria magdalēa hausit aquā lachrymarū cū qua xp̄o pedes lauit. Sic beatus Petrus post trinā negationē exiuit et fleuit amare. Sic Dauid qui dixit. Lauabo p singulas noctes lectū meū. Secundo haurienda est ex compassione de malis pximoꝝ

Sic xp̄us fleuit super ciuitatē hierl'm dicēs Si cognouisses ⁊ tu. Tertio ex feruēti desiderio videndi deū in celo. p̄s. Fuerunt mihi lachryme mee panes die ac nocte dū dr̄ mihi quotidie vbi est de᷒ tu᷒. Uñ etiā Paul᷒. Cupio dissolui ⁊ esse cū xp̄o. Quarto haurienda est ex deuota memoria passionis xp̄i. Uñ Albert᷒ magn᷒. Simplex recordatio seu meditatio passiōis xp̄i pl᷒ valz q̄ si itegrū annū ieiunaret qs in pane ⁊ aqua. vel si quotidie virgis ⁊ flagellis cederet᷑ vsqz ad effusionē sanguis. vel si quotidie legeret vnū psalterium. Quinto maria inuoluit iesū. Uñ Luc. ij. Pannis inuoluit eū ⁊ reclinauit eū in p̄sepio. Maria inuoluit eū pānis. ⁊ hoc significat hūilitatē. ⁊ Joseph ab arimathia qñ mortuus est iesus. tūc inuoluit eū ī syndone mūda. ⁊ hoc significat castitatē siue mūdiciā. In signū q̄ q̄ volūt accedere ad sacramentū eucharistie debent iesū cū hūili ⁊ mūdo corde suscipere. Itē sciēdū q̄ qñ illi q̄ sūt in matrimonio cōstituti veracit᷑ se hūiliant: tūc iesū inuoluunt cū maria pāniculis. ⁊ virgines ⁊ vidue q̄ in pura castitate viuūt ⁊ deo seruiūt: iesum cū ioseph in syndone mūda inuoluunt. Sexto debem᷒ iesū cū maria calefacere: nā oportet recentē puerū calefieri. ⁊ iste ignis ē charitas dei ⁊ pximi. et quō ille ignis debeat incendi in corde hoīs: q̄re infra ser. cix. Septimo maria locauit puerū ad dormiēdū: sic ⁊ nos facere debem᷒. ⁊ hoc fit qñ pacē diligimus. p̄s. In pace fact᷒ est loc᷒ ei᷒. Quidā eī sunt q̄ nullā q̄etē xp̄o puero tribuūt. vt auari q̄ die noctuqz se occupāt: ⁊ p diuitijs cōtinue laborāt. Simil'r ⁊ sup̄bi q̄ totis conatibus insistūt quō exaltēt᷑. Sil'r etiā luxuriosi q̄ quotidie laborāt quō suā libidinē expleāt. Uñ Ysa. lvij. Cor impij q̄si mare feruēs qđ q̄escere nō pōt. Itē alij pturbāt iesū in lecto sibi p̄parato ab alijs. vt iracūdi: litigiosi: luxuriosi ⁊ sic de alijs q̄ ad irā alios puocāt. et sic iesū in illis inq̄etant: ⁊ qñqz cū a se expellunt scz qñ aliqs hō bon᷒ nimis impatiēs efficit᷑ ⁊ mitit᷑ se vindicare xbis ⁊ factis. Item alij p̄parāt sibi lectū ⁊ eū recipiūt. s nō diu cū apud se quiescere pmittūt sicut recidiuantes qui iam isto sacratissimo tempore se preparauerūt: ⁊ eucharistiā sumpserūt. sed finito festo ⁊ ante carnisp̄uiū ecōuerso dant se ad vanitates hui᷒ mundi. scz superbiendo. chorizando: gulose viuendo: ⁊ comedendo. luxuriando: ⁊ seips inebriādo. ⁊ sic iesū expellunt. Et tunc tales peius faciunt q̄ ante

fecerunt. iesum sic expellendo. Sicut qui pau-
peres hospitio reciperet ⁊ eos postmodū cōfu-
sibiliter expelleret. Itē alij pparāt sibi lectū
⁊ eū recipiūt simul ⁊ qescere pmittūt. sicut il-
li q̄ pniam egerūt ⁊ eucharistiā sumpserunt
⁊ in pnia vsqꝫ ad finē pseuerabunt. De illis
dicit ps. Hec requies mea in seculū seculi: hic
habitabo qm̄ elegi eā. Octauo maria porta-
uit iesum in brachijs suis: sic ⁊ nos. Nō eñ ie-
sus semp dormit: sꝫ oportet eū aliqn̄ tolli de
lecto ⁊ portari. Hoc fit qn̄ hō aduersitates ⁊
infirmitates q̄ de⁹ mittit sup eū patient' su-
stinet. Itē qn̄ hō p seipm̄ corpus suū castigat
Similit' qn̄ qs exercet corp⁹ ⁊ mēbra in bo-
nis opibus. Nam cū quo mēbro deo seruis
vel patient' dolores sustines vel teipm̄ affli-
gis cū eodē xp̄m portas. Aplūs. Glorificate
⁊ portate deū in corde vr̄o. Sꝫ sciendū q̄ ali-
qui portāt solū xp̄m in dextera manu: sicut il-
li qui regratiant' deo ⁊ laudant deū qn̄ ipis
ꝓspe succedit. ps. Cōfitebit' tibi cū bñfecerit
ei. Aliq̄ in sinistra manu q̄ patiētes sūt i par-
uis aduersitatib⁹. Sed boni debēt portare
puer̄ vtraqꝫ manu ⁊ ad pect⁹ suū eū appli-
care. Hoc fit qn̄ qs equo aīo suffert bonū et
malū siue sit infirmus siue sanus: diues siue
pauper: tristis: siue let⁹. Vñ Boe. de conso.
phie. Beat⁹ est hō ille q̄ equo aīo patit' bo-
nū ⁊ malū. ¶ Nono debem⁹ puero ie-
su cātare: sicut matres hui⁹ seculi faciunt. Et
hoc fit qn̄ deuote oras vel aliqd boni legis.
vñ Augu. sup ps. lxxxv. Oratio tua locutio
est ad deū. qn̄ legis de⁹ tibi loquitur: quādo
oras cū deo loq̄ris: similit' qn̄ deū laudas et
ei regratiaris: ⁊ hoc est op⁹ angelor̄ ⁊ scōr̄
in celo existentiū. ps. Qui habitant in domo
tua dñe: in secula seculor̄ laudabunt te. Ber-
nar. Discam⁹ in terris quas facturi sumus
laudes in celis. Nil ita ꝓprie in terris cele-
stis habitationis statū representat: sicut ala-
critas laudantiū deū. Aug. in li. cō. Uere fe-
lix essꝫ qui posset diuine laudi semp insistere
Quantū ad tertiū sciendū est vnū exemplū
q̄ grē agende sunt deo de oīb⁹ q̄ vident'.
Cum qdā frat' dixisset nihil se cōspicere quo
nō edificaret'. alt⁹ ait. Quid tibi nūc confert
edificatōis visio bufonis. ait ille. certe multū
quia nihil merui quare me de⁹ fecit hoīem ⁊
nō bufonē: ⁊ quotiēs bufonē video: totiens
hoc bñficiū ad mentē reuoco ⁊ gr̄as ago ei q̄
me nō meo merito ad tam execrabilē formā
non effigiauit: sed speciē pulcherrimā ⁊ ima-
ginem regiam mihi tribuit.

De eadem dominica. Sermo. xviij. q̄
impedimenta ꝓfectus sunt septem.

Uer aūt crescebat

P ⁊c. Sicut puer ies⁹ creuit cor-
poralit': ita ⁊ nos crescere de-
bemus spūalit'. vñ Aug. de vbis dñi. Semp
ambula semp ꝓfice noli i via deficere. noli re-
troire. noli deuiare. remanet q̄ nō ꝓficit. re-
trocedit q̄ ad ea reuoluit'. Vñ iaꝫ recesserat
deuiat q̄ apostatat. Vñ etiā Bern. Nūq̄ iu-
stus arbitrat' se cōprehēdisse. Nūq̄ dicit sat
est. qꝛ sp esurit ⁊ sitit iusticiā: ita vt si sp viue-
ret semp iniq̄tū est in se iustior esse cōtende-
ret, ⁊ sp de bono in meli⁹ ꝓficere totis virib⁹
conaret'. Et sicut puer iesus crescebat corpali-
ter sic ⁊ nos spūalit'. ¶ Vñ in p̄nti ser-
mone dicēda sūt septē impedimēta q̄ impedi-
unt hoīem a ꝓfectu spūali: sic q̄ nūq̄ ꝓficit
spūalit' veracit': nec vnq̄ ꝓfect⁹ erit. Primū
impedimētū est defect⁹ desiderij ꝓficiēdi. Nā
q̄ habꝫ verū desideriū ꝓficiēdi vtiqꝫ in aliquo
de die in diē se emēdaret: sꝫ qꝛ nō hꝫ verū desi-
deriū ꝓficiēdi ideo nō ꝓficit: quis etiā cōfi-
teatur: tū ex quo nō hꝫ feruēs desideriū ꝓfi-
ciendi: ideo in nullo se emēdat. hodie eñ fa-
cit sicut heri: cras sicut hodie. Sꝫ diceret ali-
qs: vnde ꝓuenit hoc q̄ hō nō hꝫ feruēs desi-
derium ꝓficiendi. Respōdeo q̄ hoc causat'
ex p̄sumptione perfectionis ⁊ probitatis: vt
cū homo reputat se aliquid esse cum nihil sit.
Unde Seneca. Ideo meliores fieri nolum⁹
quia optimos nos esse putam⁹. Aug. Opor-
tet tibi displicere qd̄ es si vis ꝓuenire ad il-
lud qd̄ nō es. Ergo qui vult ꝓficere dꝫ fer-
uens desideriū ꝓficiendi habere ⁊ estimare
quasi vix adhuc inceperit deo seruire. ps. Di-
xi nūc ⁊c. Bernar. Minime ꝓ certo bonus
est qui melior esse nō vult: ⁊ vbi incipis nol-
le fieri melior: desinis esse bon⁹. Ergo vt ha-
betur Math. v. Bti q̄ esuri. ⁊ siti. iusti. Vñ
Augu. Tota vita xp̄iana desideriū est aīe.
¶ Secundū impedimentū est nimia
diuisio animi circa exteriora ⁊ mūdana. Ge-
nes. xlix. Effusus es vt aqua ne crescas Mo-
do sicut aqua fluit hinc inde ⁊ dispgit': sic et
animus nimis dispersus nō proficit. Opor-
tet eñ habere quietū cor secū: ⁊ cū alijs vt
caueat sibi a vanis perturbationibus: a sup-
fluis ⁊ nō necessarijs occupationibus. Pri-
mo a vanis perturbationibus. quia sunt nō
nulli quibus cura est de oībus qui oīa vo-
lunt arguere que vident: si ꝯtra suū affectum

non sunt: etiā si bona sint ad singula mouē-
tur; garriūt: cōtendūt: nil pati equanimiter
volūt. Secūdo a sup̄fluis occupationib᷒: q̄a
sunt nōnulli q̄bus nō sufficit de p̄sentib᷒ esse
sollicitos: ſꝫ etiā sibi ⁊ suis volūt ꝑ lōgis tē-
poribus futuris prouidere: quasi de᷒ de cete-
ro hoīm cura se eximere vellet ⁊ terra cessa-
ret fructus necessarios gignere. Isti eīn ho-
mines deū a se elōgant ꝓpť cordis inquietu-
dinē. quia deus quietū coꝛ desiderat vbi q̄e-
scat. Sicut deus pater querit dicens. Sup
quē q̄escet spūs me᷒ nisi sup hūilē ⁊ quietuꝫ.
Bern. Columba cū nō inueniret vbi q̄esceret
pes ei᷒ reuersa est ī archā ad noe. Sic spūs
sctūs vbi nō inuenit coꝛ q̄etū reuertiť ad cō-
gregationē sctōꝝ i celū: vbi ē pax ꝯtinua. Vñ
Aug. Nō pōt aīa nisi in eo q̄ diligit q̄escere.
Etiā aūt reqes nō dať eunti in dilectiōe ⁊
delectatione dei q̄ solus etern᷒ est. Vñ etiaꝫ
Damas. li. iiij. Quid enī p̄ciosi᷒ q̄ in manu
dei esse. Vita eīn est de᷒ ⁊ lux: q̄ in manu dei
sunt in vita ⁊ luce existūt. P Tertiū im-
pedimentū est defect᷒ sapiētie ⁊ discretionis
Discretio eīn est mať x̄tutū. Indiscretū fer-
uorem habētib᷒ diabol᷒ q̄nq̄ꝫ suggerit artio-
rē vitā vt cito deficiant. Tales q̄nq̄ꝫ in insa-
niam incidūt: ⁊ inutiles fiūt sibi deo ⁊ ꝓximo
Et postmodū q̄n debilitanť tūc querūt recre-
atiōes: ⁊ exīde dissolutiores erūt. Vñ cassia.
in colla. patrū scribit q̄ antiq̄ patres ad An-
thoniū adeūtes q̄rebant que nā virt᷒ hoīem
ad perfectionē recto tramite veheret diabo-
li insidijs euitatis. Quilꝫ r̄ndit. Prim᷒ inq̄t
hoc in vigiliaꝝ ⁊ ieiuniōꝝ attenuatione con-
sistere. q: his corpus attenuatū facilius spūi
obediret. Alius in paupertate: eo q̄ familiari-
us tales deo inherere possent. Alij in opib᷒
misericordie. q: sola talia xp̄us in iudicio dixit
remunerari. Demū beatus Anthoni᷒ dixit.
Hec oīa bona ⁊ necessaria sūt: ſꝫ his specialē
perfectionē attribuere casus multoꝝ nō si-
nit. Sola ꝗ̄ discretio virt᷒ p̄ncipalis ē que
oīm virtutū generatrix: custoditrix ⁊ cōsum-
matio existit. Q Et narrauit eis exem-
plū de quodā antiquo patre hero noīe: q̄ q̄n-
quaginta annis in heremo cōmorat᷒ magne
abstinētie fuit: q̄ tandē angelū sathane ꝓ an-
gelo lucis suscipiens: ⁊ suis suasionib᷒ acq̄e-
scens se in puteū ꝓfundū p̄iecit ex iussu sa-
thane quē angelū dī credebat: ⁊ ipe antiq᷒
pater credebat se illesum exire de puteo ꝓut
diabol᷒ ei ꝓmiserat. Extract᷒ itaq̄ꝫ a fratri-
bus licet semiuiuus: credere tū noluit se esse
deceptum: sicq̄ꝫ mortu᷒ est ⁊ a pafūcio sepul-
tura difficilime ex rogatu fratrum obtinu it.
Unde Bern. Discretio oībus x̄tutib᷒ ordi-
nem ponit. tolle hanc ⁊ x̄tus viciū erit. Que-
ritur quō discretio acq̄rať. R̄ñ: dr Cassi. q̄
sola hūilitate cui᷒ p̄mū iudiciū est oēs cogi-
tatiōes spūali patri reuelare a quo possit in-
formari. R Itē sciēdū q̄ q̄libet deuot᷒
oīa cū cōsilio discretoꝝ viroꝝ debet facere i
quib᷒ est dubi᷒ ⁊ alijs discretis viris pl᷒ cre-
dere debet quiuis q̄ sibiipsi: ⁊ debet ea teq̄ q̄
iubēt ⁊ vitare q̄ ꝓhibēt fieri. Vñ Eccli. xxxij
Fili mi sine consilio nihil facias. ⁊ post factū
nō penitebis. nullus eīn sibiipsi sufficit: vult
eīn deus ignorantes doceri ab alijs. Unde
dñs misit paulū ad ananiā vt eū instrueret.
Itē sciendū q̄ sanctitas vite nō cōsistit in ie-
iunijs ⁊ vigilijs ⁊ exercitijs. ſꝫ ꝯsistit in virtu-
tibus. s. in hūilitate: patientia: castitate: miseri-
cordia ⁊ obedientia. s. q̄ hō frangat ꝓpriaꝫ
voluntatē. ⁊ hoc pꝫ in diabolo qui semꝑ ieiu-
nat ⁊ durā vitā hꝫ: ⁊ tū nō est sctūs: q: caret
virtutib᷒. s. hūilitate: charitate: ⁊ sic de alijs.
Vñ ista exteriora exercitia intantū sūt lau-
dabilia inq̄ntū hoīem disponūt ad virtutes.
S Quartū impedimētū est verbositas
q̄ impedit ꝑfectū spūalē ipius hoīs. Iob. xi.
Nunq̄ verbosus iustificabiť. Vñ Grego᷒.
Multiloquio qui: q̄ꝫ seruiēs rectitudine iu-
sticie tenere nō pōt. ps. Vir linguosus nō di-
rigeť in terra. Vñ sciendū q̄ q̄libet religio-
sus ⁊ bō deuot᷒ qui vult ī bono ꝓficere debꝫ
studere ad refrenādū linguā suā a sup̄fluis
⁊ inutilib᷒ x̄bis. Ratio hui᷒ est. q: ꝑ vicium
loquacitatis nimie ꝑdit hō deuotionē ⁊ reli-
giositatē. Unde Iaco. i. Si quis putat se reli-
giosum esse: ⁊ nō refrenat linguaꝫ suā: huius
vana est religio ergo verbosus hō nunq̄ve-
raciter ꝓficit in sanctitate ⁊ virtutibus. Vñ
arsenio dictū est. fuge. tace. q̄esce. Vñ Iaco. i
Sit oīs hō velox ad audienduꝫ: tard᷒ ad lo-
quendū. modicū loq̄ ē signū sctitatē ⁊ ꝓbitatis
Vñ Esa. xxx. In silentio ⁊ spe erit fortitudo
vestra. Iaco. iij. Si quis in x̄bo nō offendit:
hic ꝑfect᷒ est vir. Vñ religiosi qui tenenť tē-
dere ad ꝑfectionē hīt ex cōstitutionib᷒ suis
in quib᷒ loc̄ ⁊ tp̄ib᷒ debeāt s̄uare silētiū: vt sic
linguā suā refrenēt: vt eo meli᷒ ⁊ forti᷒ in de-
uotione interiori ꝓficiāt. T Vñ legiť i
vitaspatrū q̄ quidā heremita trib᷒ annis la-
pidem gestabat in ore vt sic addisceret silen-
tium seruare. Quintū impedimētum est mu-
tabilitas qua hō iem vult vnū ⁊ postmoduꝫ

aliud. iam incipit illud bonũ agere: et post duos dies incipit aliud bonũ agere. et sic nõ cõtinuat bonũ inceptũ: sed de die in diẽ mutatur de vno in aliud. et ppter istã mutabilitatẽ nõ pficit. Ber. Qui alicubi tẽdit si vnã et rectã tenuerit viã cito puenit q̃ tẽdit: et itineris et laboris aliquã facit finẽ. Si ꝑo multas aggredit vias errat nec laboꝝ aliquã facit finẽ: quia error nõ hʒ finẽ. Sextũ impedimẽtũ ẽ cũ quis nõ curat venialia pctã dimittẽ. vñ Prouer. Qui minima negligit paulati dfluit. vñ etiã Gre. i pasto. Qui mima pctã deflere ac deuitare neglexerit: a statu iusticie nõ qdẽ repẽte sed ptim cadit. Sʒ diceres quõ venialia ipediunt pfectũ hoĩs. Rñdeo q pfect' hoĩs cõsistit i feruore charitat: sed venialia feruorẽ charitat diminuũt. sic aq̃ feruorẽ ignis. Sʒ mortale pctm̃ extigunt totã charitatẽ. Vñ aliq pdunt deuotõne et tepescũt notabilit. Et rõ huius ẽ q: nõ curãt dimittere venialia. Ergo q vult veracit pficere curã diligent dʒ apponere vt nõ solũ vitet pctã mortalia: sed etiã pua pctã et venialia inqtuʒ põt. q̃uis ex toto nõ possit q̃s oĩa pctã venialia vitare. q: sm Salo. puer. xxiiij. Septies i die cadit iust' et resurgit. tñ hõ dʒ se moderare et veĩalia q̃tũ põt cauere et curare. vñ Hiero. i epl'a. Mẽs xpo dedicata sic cauere dʒ minora quõ etiaʒ maiora. q: venialia mltiplicata grauãt. Vñ Aug. sup Job. Minuta sũt pctã ad moduʒ arene grana: sed si mlta arena ponat pmit et oppmit. Vñ etiã Gre. Vitasti grãdia vide ne obruaris arena. ¶ Septimũ impedimẽtũ ẽ amor inordinat' ad pprĩũ corp'. et inde fit hõ pusillanimis: et pusillanimitas assimilat hyemi nõ pmittẽti exire gramen vel flores ab arborib'. Sic multi nõ audẽt facẽ bona opa. q: nimũ timẽt sustinere aliqd aduersitat et aspitat. Prouer. xviij. Pigrũ deijcit timor. Pro quo sciendũ q caro ppria nõ ẽ inordinate diligẽda: sed poti' odiẽda tripl'r. Primo q: est inimica aĩe: et q corp' suũ amat inimicũ aĩe sue diligit. Vnde Gal. v. Caro cõcupiscit aduersus spm̃. Secũdo quia caro ẽ corruptio anime. Sapie. ix. Corpus qd corrumpitur aggrauat animã. Surgeret enim sepi' aĩa ad orãdũ et vigilãdũ: sed corpus granat et impedit eã. Tertio q: amor sui ẽ radix oĩm maloꝝ. Vñ apl's. Erũt homies seipos amãtes. Nã de inordinato amore quẽ hõ hʒ ad ppriũ corp' orit gula: accidia: luxuria et cẽ. Nam talis non ieiunat ieiunia pcepta ab ecclesia cum bene posset. hoc venit ex inordinato amore. quia timet corpus nimiũ grauari. Similiter q de mane nõ surgit sed diu dormit. et q'uiqʒ non vult asperã vestẽ induere: nec dure iacere: nec orare nec genuflectere: nec corpus disciplinare: nec sibi in comedendo vel bibendo aliqua delectabilia subtrahere: totũ causat ex nimio amore quẽ hõ habet ad ppriũ corpus. Similiter q homo satisfacit suis carnalibus cõcupiscentijs. scʒ crapulose viuendo: luxuriando: seipʒ inebriando: causatur ex inordinato amore corporis et talia oĩa impediũt pfectũ hoĩs et influxuʒ diuine gratie: quia tales nõ sentiunt dulcedinẽ diuine consolationis. Unde Augu. li. v. confes. Gaudiũ diuine consolationis nõ degustas si carnali delectatione cor maculas. ¶ Ultimo queritur vtrum amor sui sit peccatũ mortale. Respõdeo sm Hermãnuʒ de schildiz q nõ etiã si plus quis se amet q̃ expedit. sed tamẽ si amor sui crescit in cõtemptũ dei: tũc erit peccatũ mortale. Verbi grã Ut si quis nollet ieiunare vt tenetur ex precepto ecclesie et bene posset: sed non vult corpus suũ aggrauare. Similit nec vult surgere dñica die ad missam audiendã put quilibet hõ tenet ex precepto ecclesie. vt habet in decre. Dñica eñ die dʒ missa audiri ab oĩbus. de cõse. di. i. Missas. Et breuit quũqʒ q̃s parat' est trãsgredi pceptũ dei et ecclesie pter illicitũ sui amorẽ tũc erit pctm̃ mortale. Idipm̃ dicẽdũ etiã si amor inordinat' sui ipsius vergat i iniuriã pximi sui q tũc ẽ mortale sm mesurã iniurie nisi iniuria esset minima tũc eñ esset veniale et cẽ.

In circũcisione domini. Sermo. xix.

Postq̃ cõsummati sũt dies octo vt circũcideret puer vocatũ est nomẽ ei' iesus et cẽ Luc. ij. Infans octo dieꝝ circũcidet. Gene. xvij. Solent hoĩes in nouo anno sibi inuicem munuscula dare. Seneca in li. de clementia ad neronẽ. Beneficiũ accepit q digne dedit. Macrobi'. Indign' ẽ omnino dãdis q de bñficio dato ẽ ingrat'. Varro i sentẽtijs. Bñficiũ q dare nescit iniuste petit. Tulli' ꝫ salustium. Bñficiũ nihil aliud est q̃ beniuola actio Sic saluator nr̃ in carne nat' hodie fidelib' suis tribuit acceptabile et gratuitũ donũ. scʒ sanguinẽ suũ pciosuʒ quẽ hodie fudit in circuncisione vt euãgeliũ test at vbi dr̃. Postq̃ cõsũmati sũt dies octo. Vñ ex hodierno euãgelio colligit q ille q est inxtimabilis et eiu

hodie in euangelio octo dierũ scribit᷑. Et ille qui est impassibilis ⁊ indiuisibilis. qꝛ est pri ↄsubstantialis hodie patit᷑ ⁊ diminuit᷑ ⁊ circũciditur. Sil'r ⁊ ille qui est ineffabilis ⁊ a cuius narratione deficiunt lingue. hodie noiatur ⁊ nomẽ ei imponit᷑. Hec tria tangunt᷑ in euangelio hodierno. Vñ in p̃nti ſmone tria sunt dicenda. Primo quare hodierna dies ẽ multuꝫ celebris. Secũdo quotiens xp̄s sanguinẽ suũ fudit. Tertio de sp̄uali circumcisione. A Quantũ ad p̄mũ sciendũ ꝙ hodierna dies est multũ celebris. Primo ex eo ꝙ est octaua dies natiuitat̃ xp̄i. Si eñ aliorũ sctõꝝ octaue solẽnes sũt: q̃to magis octaua dies sctĩ stõꝝ. a quo oĩs hñt ꝙ sancti sũt debet solẽniter celebrari. Secũdo ꝓpt᷑ impositionẽ noĩs noui: quia vocatũ est nomẽ eius iesus. De quo noĩe dicit apostol' ꝙ tota nostra salus cõsistit in hoc noĩe iesus. Iesus eñ interp̃tat᷑ saluator. Xp̄s interp̃tat᷑ vnctus latine. B Circa qd̃ querit᷑ cuꝫ iesus est ꝓpriũ nomẽ eius: quare nos nõ noiamur a iesu saluatri: sicut a xp̄o noiamur xp̄iani. Rñdetur ꝙ illa duo noĩa iesus xp̄s sibi cõuenivnt. Primũ. s. iesus rõne ꝑsone ſm deitateꝫ. Secũdũ. s. xp̄s est nomẽ dignitat̃ ſm humanitatẽ. Ideo autẽ a noĩe xp̄i qd̃ ẽ nomẽ dignitatis ſm humanitateꝫ nos noiamur xp̄iani in presenti. quia debem' esse reges regentes nos ⁊ sacerdotes hostias sp̄uales offerẽtes. Apocal'. i. Fecit eñ nos deo nostro regnũ ⁊ sacerdotes. Sed ve illis qui solũ habent nomen ꝙ xp̄iani sunt ⁊ opera nõ habent. qꝛ ex hoc grauius dãnant᷑. Vñ Aug. in libro de vita xp̄iana. Non in hoc nobis tñ ꝙ xp̄iani dicimur blandimur: sed ꝓpter hoc etiã nos iudicandos esse credam' si nomẽ frustra vẽdicemus alienuꝫ. Vñ etiã Isido. in li. ethimol'. Nõ se glorieť xp̄ianũ q̃ nomẽ hꝫ ⁊ facta non habet. Certissime ille est xp̄ianus qui factis se xp̄ianũ oñdit ⁊ ambulat sicut ille ambulauit a quo nomẽ contraxit. sed in futuro noiamur a noĩe iesu saluatri: qd̃ amplius nunq̃ possumus amittere. Vñ Esa. li. Salus mea in sempiternũ erit. C Itẽ sciendum ꝙ hoc nomen iesus multiplicẽ confert hoĩ gratiaꝫ. Primo quicq̃d hõ petierit in nomĩe iesu hoc obtinebit. Joh. xv. Quicquid petieritis patrẽ in nomĩe meo dabit vobis. Vñ oĩs misse ⁊ orõnes ⁊ hore canonice concludunt᷑ hoc nomine iesu. Videm' eñ ꝙ paupes petunt in noĩe sancti nicolai vel alicuius sancti: ⁊ q̃nqꝫ obtinẽt qd̃ petunt. Vñ hodie in nouo anno petere debem' in hoc noĩe iesu remissionem oĩm pctõꝝ nostroꝝ. Vñ Act. x. Huic oĩes ꝓphete testimoniũ ꝑhibẽt remissionẽ ꝑcipere ꝑ nomen eius. Ergo ꝓphetis crede: nec despera in oĩbus tuis pctĩs: etiã si tot essent quot essent capilli capit᷑ tui. ps. Multiplicati sũt sup capillos capitis mei. vl' si tot essent ꝙ numeꝝ arene maris excederet. ij. Paral. vlti. dixit manasses. Peccaui super numerũ arene maris. Si ergo multũ ⁊ grauit᷑ peccasti nõ despera. sed dic cũ ps. Propt᷑ nomẽ tuum dñe ꝓpiciaberis pctõ meo: multũ est eñ. Unde Berñ. Oĩa pctã venalia: originalia: criminalia: ab origine mũdi vsqꝫ ad finẽ cõmissa diuine mĩicordie cõparata sũt q̃si sola gutta contra pelagus totius maris. Nam oĩa pctã sunt finita: ſꝫ mĩsericordia dei est infinita. vñ Aristo. viij. ethi. Finiti ad infinituꝫ nulla est ꝓportio. Secũdo in hoc noĩe iesus vincim' diabolũ. Luce. x. Demonia etiã dñe subijciunt᷑ nobis in noĩe tuo. Vñ xp̄us dixit Marci. xvi. In noĩe meo eijcient demonia. Hoc figuratũ ẽ in dauid ⁊ golia. vt habet᷑. i. Reg. xvij. vbi dixit dauid. Tu venis ad me cũ gladio: ego aũt venio ad te in noĩe dñi exercituũ. Dauid eñ audaciã suã in nomĩe dei israel posuit. Unde valerius in li. viij. Mos erat romanoꝝ vt nullus ad imperiale soliũ extolleretur nisi animositate ⁊ audacia ⁊ ceteris inuenire᷑ v̄tutib' ꝑcellere. Golias aũt in v̄tutis ⁊ fortitudinis sue p̄sumptõe. vnde Orige. li. decalogi p̄ceptis. Heu ꝙ dãnata p̄sumptio tã audaci aĩo deuꝫ offendere. Sed prorsus nil eo detestabilius ꝙ si ĩ pctĩs suis q̃s ausus fuerit ꝑmanere. Golias diabolũ significat cui' gladi' est carnalis temptatio. Clipeus quo se abscõdit est simulatio boni. Nã sub specie boni occultat malũ ⁊ sic decipit illos quos cũ manifestis peccatis nõ põt decipere. Dauid significat fidelẽ xp̄ianũ q̃ in inuocatione noĩs dñi in orõne ⁊ baculo crucis ⁊ cũ q̃nqꝫ lapidibus. i. cũ recordatione q̃nqꝫ vulneꝝ xp̄i vicit Goliã. i. diabolũ. ps. In nomine tuo sperne ocs insurgẽtes in nob. Tertio in noĩe iesu cõsequimur vitã eternã. non eñ est aliud nomẽ sub celo in quo saluemur ps. In noĩe dei nr̃i magnificabimur. Ergo ob reuerentiã eiusdẽ noĩs oĩe genu flectat᷑ celestiũ: terrestriũ ⁊ infernoꝝ. Ergo quandocunqꝫ aliquis xp̄ianoꝝ audit in missa hoc nomen iesus noiare debꝫ deuote genua sua flectere ⁊ dicere. O dñe saluũ me fac ꝓpter nomen sanctuꝫ tuum. Tertio dies ista cele:

beatur ꝓpter effusionē sanguinis iesu christi. Hodie enī incepit ꝓ nob effundere sanguinem suū: quē tamen postea crescente etate ꝓ nobis largiꝰ effundebat. D Modo quātū ad secundū sciendū ꝙ xp̄s sanguinē suū septies fudit: vt nos a septē peccatis mortalibus mundaret. Primo in circumcisione cōtra peccatū luxurie q̄ in primo homie in illo membro pullulauit. Ergo si offendisti deū cū peccō luxurie noli desperare: sed cū cōtrito corde inuoca misericordiā dei: vt ꝓpter suā amaram mortē ⁊ passionē ⁊ sanguinē quē in circumcisione fudit tibi ignoscat. Et sic de alijs punctis infra positis dicendū est. Secundo in sudore fudit sanguinē suū qn̄ in monte oliueti orauit: ⁊ hoc cōtra peccm̄ gule. Nā ex gula nascunt̄ mali humores q̄ exiccātur ꝑ xp̄i amorē. Tertio in flagellatione ꝯ peccatū inuidie. Inuidi enī sunt canes mordentes. Si enī leo timet qn̄ canis flagellat̄ corā eo: multo fortiꝰ isti canes timere debent qn̄ vident leonē .i. xp̄m flagellatū eē. Quarto ī manuū pforatione ꝯ peccm̄ auaricie. Ostendit enī se liberalē esse in manuū extensione: aptione: ⁊ perforatione. Nam manꝰ habuit in cruce extensas vt daret vniuersa. habuit apertas vt daret liberaliter. habuit pforatas vt daret totaliter. Nota de auaricia sicut spina in sua punctura sanguinē nō elicit nec effūdit: ⁊ iō validius ipm vulnus intumescere facit. Simili modo auaricia dū mentē pūgit sanguinem sceleris ⁊ peccī nō effundi sinit ꝑ pniam satisfactoriā: sed vulnus magis intumescere facit. qr auarus q̄to plus habet: tanto plus cupit. Quinto in pedū afflictione ꝯtra peccm̄ accidie. Pedes enī aīe sunt intelligētie ⁊ affectus qui sepe sunt pigri ad bonū: s; qn̄ in xp̄i sanguine intingunt̄ tūc velociꝰ currūt ad deum ⁊ ad omē bonū. ps̄. Intingat̄ pes tuus ī sanguine. Sexto in capite ꝯtra peccm̄ supbie. Nam sicut dicit Augꝰ. Sub spinoso capite nō decet membrū fieri delicatū. nā nō debet caput esse humile ⁊ mēbrū eē supbū. Vn̄ iterū Aug. in ser. Erubesce hō esse supbus. vbi humilis factꝰ est deꝰ. Septimo in corde contra peccm̄ ire. Nam scḋm Aristo. .i. de aīa. Ira est accensio sanguinis circa cor. Quantū ad tertiū sciendū ꝙ circūcisio olim fiebat cōtra peccm̄ originale sicut iam fit baptismꝰ. In peccato enī originali q̄ttuor sunt .s. culpa: fomes pũatio grē: ⁊ carētia visionis dei. In circūcisione aūt auferebat̄ culpa. debilitabat̄ cōcupiscentia. ⁊ cōferebat̄ gr̄a. tollebaturq; diuine visionis carentia. Sed qr ianua nondū erat apta. ⁊ sic non poterāt frui diuina visione. Xp̄s aūt nō indigebat circūcisione. quia in ipo nulla fuit originalis culpa: nec in carne sua aliqs fomes aut ꝯcupiscentia: nec habuit pũatione grē: s; plenitudinē grē. ⁊ ī terra degēs fruebat̄ diuina visiōe. E Voluit tn̄ circumcidi triplici ratione. Primo rōe sui vt verā carnē humanā se assumpsisse demonstraret. Secūdo ratiōe iudeoꝝ vt inexcusabiles essent. Si enī circūcisus non fuisset potuissent se iudei excusare ⁊ dicere. Ideo eū nō recepimꝰ. qr legē nō suauit. Vn̄ ipe christus dicit Math. v. Non enī veni soluere legem aut ꝓphetas: s; implere. Tertio ratōne nostri vt nos saluaret. quēadmodum enī fit cauteriū in vno mēbro vt totū corpꝰ sanetur. Papias dicit cauteriū esse ferrū quo infirmi vrūt̄ siue malefici. sic xp̄s voluit portare cauteriū circūcisionis vt sic totū corpus id est genus humanū saluaret. Etiam ideo circūcidi voluit vt nos spūaliter circūcidi debere mōstraret. F Quō aūt spūalit̄ circūcidi debeamꝰ sciendū ꝙ sex modis nos spūalit̄ circumcidere debemꝰ. Primo circumcidere debemus cor a maliciosis: inuidiosis: ⁊ vindicatiuis cogitationibꝰ. Iere. iiij. Laua a malicia cor tuū vt saluꝰ fias: vsq; quo morabūtur in te cogitationes noxie. Item a cogitatiōibus luxuriosis ⁊ immūdis. quia nullꝰ requiescet in monte sancto dei nisi qui sine macula cordis ingredit̄. Vn̄ ps̄. xxiij. Quis ascendet in montē dn̄i aut quis stabit in loco scō eiꝰ. Innocens manibꝰ ⁊ mūdo corde. Vn̄ Cesariꝰ. Incipiamus cogitationes bonas diligere: ⁊ statim ab illis que male sūt nos dignabitur dn̄s liberare. Secūdo debemꝰ oculos circūcidere ab illicito visu. Iere. ix. Ascēdit mors ꝑ fenestras nostras. Corpꝰ nostrū ē domꝰ. fenestre oculi sūt. inhabitator aīa ē. qn̄ nō custodimꝰ oculos tūc mors intrat ⁊ aīam occidit. vn̄ Math. vi. Si oculꝰ tuꝰ fuerit nequā totū corpꝰ tuū tenebrosū erit. Aug. Impudicus oculus impudici cordis est nūcius. Tertio aures a detractione. Prouer. xxiiij. Cum detractoribꝰ ne cōmiscearis. qm̄ repente cōsurget perditio eoꝝ. vn̄ Bernar. Detrahere aut detrahentē audire qd̄ hoꝝ dānabiliꝰ sit non facile dixerim. Item aures auertere debes ab auditu turpiū vboꝝ ⁊ cantuum lasciuoꝝ. Eccli. xxviij. Sepi aures tuas spinis ⁊ noli audire linguam nequā. Quarto linguā circūcidere debemꝰ a turpi locutiōe. Eph. v.

Omnis immundicia nec noiet in vobis sicut decet scos: aut turpitudo aut stultiloquium: aut scurrilitas. Itē a mendacio. Eph. iiij. Deponentes oē mendaciū loquimini veritatē vnusquisqz cum pximo suo. Itē ab irrisionib⁹ bonorum hoim. Vñ ps. Qui habitat in celis irridebit eos. ⁊ dñs subsannabit eos. Immo boni honorandi sūt sicut filij dei. Nam q filium honorat honorat ⁊ patrē ei⁹. Sic ⁊ q honorat bonum hoiem: honorat ⁊ deū. Itē a v̄bis maledicti. Apl's Roma. xij. Bñdicite ⁊ nolite maledicere. q eñ maledicūt pximis incurrūt istam maledictionē dei quā dicturus est in iudicio De qua hr̄ Math. xxv. Ite maledicti i ignē eternū. Itē a v̄bis iuratorijs. Eccl. xxiij. Vir multū iurās implebit iniqtate. Vñ dicit xp̄s in euangelio. Math. v. Sit sermo vester est est. nō non. Quādo aūt iurare p deū sit mortale vel veniale pctm̄. qre infra ser. cxliij. T. Quinto man⁹ circūcidere debem⁹ ab illicito tactu. Nam tact⁹ ⁊ amplex⁹ qui fiūt ad irritādū se ⁊ alios sūt pctā mortalia. Ite man⁹ circūcidende sūt a rapinis: furtis: ⁊ cedib⁹ ⁊ turpi ludo: ⁊ ad sola dei opa pagenda aptande Sexto circūcidere debem⁹ pedes ab illicitis gressib⁹ q fiūt in chorizando: supbe inceden do. ⁊ ad loca illicita eūdo. Job. xxxi. Cūctos gressus meos ipse dinumerat. S Ultimo nota exemplū de illo noie iesus. Legitur q diu morat⁹ fuit qdā hō cū vxore sua i magna pace ⁊ scitate: ⁊ illa sil'r cū eo. Inmisit aūt diabol⁹ tēptatiōes in eos vt suspēderent se. vt sic euaderēt pn̄tes miserias. Cū g̃ vterqz ex hac improba ⁊ importuna tēptatione tristes efficerent' vt nec somnū caperent. nec comederēt q̄uit alter de altero causas tāte tristicie. Rñdit vir q sup oīa hr̄et volūtatem magnā suspendendi se. mulier rn̄dit illud cōsimile esse desideriū suū. Consentiētes autem ambo in idipm laqueos parāt vt se suspēderent. Tūc mulier dixit viro suo. O dñe cōsulerē q pri⁹ biberem⁹ amorē iohis mutuo de illo optimo vino nostro qd̄ p̄ciosum seruauimus de illa vinea nostra de q nondū gustauimus nec scim⁹ q̄le adhuc sit vt potati adhuc leuius moriamur. Placuit viro. vinū affert. qd̄ cū vellet bibere sicut cōuenerat signauit vinū cū signo crucis dicēs. In noie iesu xp̄i bibam⁹: ⁊ bibit. deditqz mulieri. Cū aūt bibissent vinū cruce signatum. ita fugit diabol⁹ q oīs tēptatio de tota mēte eorum tolleret' vt hoc qd̄ facere cogitauerāt noluerūt postea adimplere: s̄ cōtriti ad cōfessionē cōfugerūt ⁊ vitā in bono finierūt. M Itē exēplū aliud de noie iesus. Fuit quidā hō pius q hāc cōsuetudinē habuit q quotienscūqz sibi diabol⁹ ingerebat aliquā temptationē iuit ad lectū orōis ⁊ inuocauit deū dicēs. O iesu dulcis miserere mei ⁊ adiuua me ⁊ cōtinue diabol⁹ recessit ab eo. ⁊ semel audiuit vir sctūs patr' q demon dicebat q ipi diaboli maxie repelleret' ab hoc nomine iesus.

In eodem festo Sermo. xx. q iuuenes debent a iuuentute deo seruire.

Postq̄ cōsummati sunt dies octo ⁊c. Luce. ij. I Sciendū q xp̄s die octaua circumcisus est ⁊ sanguinem suū fudit: ⁊ hoc ad nostrā instructionē vt i pueritia ei fuire incipiam⁹: qd̄ facere debem⁹ principalit' sex de causis siue pp̄t sex fruc.⁹ q inde pueniūt illis q a iuuētute deo seruire incipiūt. Prim⁹ est qr bonitas pmordi⁹ infigit' ipi iuueni: eo q iuuenis subiectū mag̃ tenerū. Vñ Arist. iij. de aīa. Aīa pueri ē sicut tabula rasa in q̄ nihil est depictū: ⁊ hoc in pncipio sue infusionis. Itē aīa pueri ē sicut pgamenum bn̄ p̄paratū ⁊ qcqd in eo scribit' vix delet': ⁊ si delet' adhuc manēt ibi aliq̄ vestigia. Sic ē de iuuene qcqd sibi p̄mit⁹ imprimit' ad h̄ sp inclinat' siue sit bonū siue malū. Itē puer ē sicut v̄gula q facilit' flecti pōt ad dexterā siue ad sinistram: ⁊ quocunqz flectit' illuc ⁊ crescit. Sed trabs iam desiccata si curua ē impossibile est eam ad rectitudinē duci. Vñ Holgot sup li. Sap. Omne pctm̄ incurabili⁹ ē in sene q̄ in iuuene. vñ Ecc̄. vij. Filij si tibi sint erudi illos a pueritia sua. Secūd⁹ fruct⁹: qr iocūdum est viuere hoi tali q in pncipio deo fuire studuit. Sap. Optima fortuna viuendi eligenda est quā iocunda reddet cōsuetudo. R Queris' hic qb⁹ in hac vita meli⁹ sit. Rñdeo q illis q puro corde ⁊ pura cōsciā deo fuiūt Prouer. xv. Mēs secura quasi iuge cōuiuium hoc sic pz. Nā si supra videt ⁊c. qre sup ser. ix R. ibi. Quita ē cōsciā. Itē sciēdum q aliqui mali infernū maiori labore sibi acquirunt q̄ alij boni regnū celeste. Qd̄ duob⁹ modis intelligitur. Primo q̄tū ad interiorē remorsū cōsciē. vñ Amb. in li. de offi. Que pena grauior est q̄ interioris vuln⁹ cōsciē. nōne hoc magis fugiendū est q̄ mors: q̄ dispendium q̄ exiliū: q̄ debilitatis dolor. Vñ Isido. de sum. bo. Oīa fugere potest hō p̄ter cor suum. Non eñ potest quisq a se recedere: vbicūqz

enī abierit reat⁹ sui cōsciā illū nō derelinquit Secūdo mō intelligit quo ad exteriora exercitia. vñ Holgot. Uia pctōꝝ est multo magis laboriosa ꝙ̄ via sctōꝝ. Famulus enī quāto pluribꝰ dñis hꝫ suire: tāto cū maiori labore Sed pctōr vult seruire mūdo: diabolo ⁊ carni sue. ⁊ ideo necesse est eū multipliciter laborare. Jere. ix. Ut inique agerēt laborauerunt. Nā duriora seruicia q̄nq3 habent serui diaboli ꝙ̄ serui dei. sicut pꝫ in hastiludijs: ⁊ choreis: ⁊ actibꝰ luxuriosis: in diuitijs cōgregādis: superbis vestibꝰ portādis: ⁊ in platuris acq̄rendis. vñ Holgot. Multo fortꝰ laborāt hoīes circa mūdana ⁊ trāsitoria: ꝙ̄ circa eterna. ⁊ magis circa voluptates ꝙ̄ circa virtutes. L Tertꝰ fructꝰ est ꝙ grauꝰ est seruiciū eoꝝ deo q̄ cito ad deū conuertunt. Illi enī de puro ⁊ optimo vite sue q̄si de flore ⁊ vigore deo offerūt. Qui aūt tarde volūt cōuerti quasi feces deo reseruāt respectu iuuenum qui in iuuētute deo suire incipiūt. Illi enī antiqui de vita sua primo id qd̄ pulchriꝰ ⁊ melius est offerūt mūdo ⁊ diabolo. reliq̄as vo volūt offerre deo: illud scꝫ de quo mūdꝰ non curat. i. seniū. cū tñ sm̄ scripturā bona ⁊ optima deo offerēda sunt. Nume. v. Oīa q̄ offertis deo optima ⁊ electa erūt. Itē illi q̄ expectāt vsq3 ad seniū: tales cōsumūt iuuētutē ⁊ fortitudinē corpis in seruicio mūdi ⁊ diaboli: ⁊ cū iam senescūt tunc cessant ab aliquibus pctīs: cū eadem pctā iam amplꝰ ppetrare nō possūt. vñ Aug. Si vis facere pniam cū iam peccare nō potes: pctā te dimiserunt nō tu illa. Sꝫ cū hō aptꝰ est ad peccādū ⁊ posset ⁊ hꝫ occasionē. s. pulchritudinē: diuitias ⁊ iuuētutē ⁊ dimittit ppt̄ deū hoc est deo valde acceptū. Naꝫ subtrahere sibi delectabilia carnis cū oportunitatē habet pficiendi: quasi spūale martiriū est corā deo. Uñ scriptū est. Qui potuit trāsgredi ⁊ nō est trāsgressus: facere mala ⁊ nō fecit. quis ē hic ⁊ laudabimꝰ eū. vñ Augu. Dico tibi q: securꝰ es si pniam egisti eo tempe quo peccare potuisti. Itē sciēdum ꝙ summe placet deo seruiciū iuuenum innocentū. Nunꝙ̄ pat̄ de filio tm̄ gaudiū habuit siue rex siue epūs siue papa electꝰ fuerit sicut deus gaudiū hꝫ de bono ope qd̄ q̄s deo offert in sua innocentia. In signuꝫ huiꝰ dicit xp̄us in euangelio. vt hr̄ Math. xix. Sinite puulos venire ad me ⁊ nolite phibere eos: taliū enī est regnū celorū. Itē cū pueri clamarent in templo ⁊ ppterea pharisei indignarent dixit eis iesus. vt habetur Mathei. xxi.

ora eoꝝ ne alijs nocumētū inferrēt: τ q nū-
q iret ad agriculturā nisi prius iret ad eccle
siā gratias referens oīm bonoꝝ largitori. τ
idē sp faciebat cū de sero redibat. Et adiun
xit q cū esset puer τ volebat monachus fieri
fuit preuent' a parētib' q vxorē sibi dederunt
q suscepta in virginitate pmanēs eam virgi
nem custodiuit deo vsq3 ad mortē. qd audiēs
iohannes admirans gratias egit deo.

Dñica. ij. post octa. epyphanie. Ser. xxvij

C Um descendisset ie
sus de mōte secute sunt τc. Ma
thei. viij. Sciendū q Mat. dic
Mons in quo dñs sedet celū intelligit. Hic ē
mons de quo ps. dicit. Mons dei. i. celū. mōs
pinguis. i. oī felicitate plen'. Hic est mōs in
quo bñplacitū ē deo inhabitare. Sz qñ dñs
in celo sedit nōdū hūanat' habitauit lucē in-
accessibilē. τ tūc null' hoīm eū seq potuit. At
ubi dū de mōte sue diuinitatꝪ descēdisset τ hu
manitatꝪ nostre defectus assumpsisset magna
turba secuta est eū. Ergo dic Math. Cū de-
scēdisset iesus de mōte τc. Un i pñti ꝟmone
dicendū est de hūane nature defectibus quos
xps assumpsit cū ꝑpter nos in hunc mundū
venit A Pro quo sciendū q duodecim
sunt defect' cōmunes oīb' hoīb' quoꝝ xpus
decē assumpsit. Prim' defect' est pati frigus.
τ iste defectus cōis est omnibus hominibus
Istū defectū hūit xps in pmordio sue natiui
tatis. Nā nat' fuit in media nocte in media
hyeme: τ i frigido stabulo: τ vilib' pānis in
uolut'. τ i pñsepio reclinat' τ aū boue τ asinū
collocat'. nō in calida stuba vel i calido bal
neo posit': ꝫ frig' sustinuit. In q oñdit mag
paupertas xpi. vñ. ij. Cor. viij. Scitis grām
dñi nr̄i iesu xpi qm ꝑpter nos egen' factus
est cū eēt diues. vt illi' inopia diuites essem'
supple in spūalib' τ eternis. Adeo em paup
fuit xps: vt vbi caput suū reclinaret nō hūit
Mathei. viij. Uulpes foueas hūt τc. Bern.
Magna pauptas: fili' pastoris nascit τ ei
cussin de plumis substernit. fili' aūt dei nasci
tur τ ad duoꝝ psepiū reclinat. Ergo quotiēs
cūq sustinēs aliqd frig' illud xpo offeras τ
rememorare nuditatē illā quā ipe hūit i na
tiuitate sua. Secund' defect' ē sustinere calo
rē. Hic defect' cōis ē oīb' hoīb'. Nā sic i hye
me patimur frig' sic τ i estate patimur calo
res. τ ecce illū defectū xpus habuit in vltima
die vite sue qñ ad calorem solis tpe meridia
no in crucis patibulo suspēsus fuit ps. Aru
it tanq testa. B Tertius defect' est fa
mes. Hic defect' etiā cōis est in oīb' hoībus
tā diuitib' q paupib'. q postq satiati sunt
postmodū iterum in breui esuriūt. Hūc defe
ctum xps habuit qñ quadraginta diebus ie
iunauit τ post esuriit quādo dyabol' ei dixit.
Si filius dei es dic vt lapides isti panes fi-
ant. Itē proxima die post diem palmaꝝ qñ ad
arborē fici venit q eius fructū i ea nihil repe

rit nisi folia ⁊c. Uñ qñ esurimꝰ tūc cogitare
debemꝰ ꝙ ille q̄ pascit aues in aere.pisces in
mari.ymmo ⁊ oīa aīalia in terris famē susti
nuit vt nos ad sacietatē illā adduceret de q̄
dicit ps. Satiabor cū apparuerit glīa tua.
Quartꝰ defectꝰ est sitis quē oēs sustinentꝰ tā
sani q̄ infirmi.tā senes q̄ iuuenes.Et hunc
defectū xp̄us habuit in cruce qñ dixit.Sitio.
Uñ notandū ꝙ xp̄s iesus cupiebat potari ⁊
refrigerari in lingua qñ circūdatꝰ fuit dolo-
ribꝰ mortis ⁊ dixit. Sitio.nec vinū nec cerui
scā nec medonē nec alios quoscūq̄ liquores
p̄ciosos petebat:s; indifferent̄ dicebat Sitio
ne iudei excusationē haberēt nō dādi sibi.ex
eo q̄ preciosa peteret. Uñ amator passionis
xp̄i cogitare dꝫ ꝙ de oībꝰ liquoribꝰ mūdi q̄ i
eiꝰ ptāte erant nec potū aque hr̄e potuit.nec
sua sctissima mater ei haustū aque dare po-
tuit.nec quisq̄ aliꝰ sui misereri voluit.Et qo
tā infirmus ⁊ tā desolatꝰ est q̄ haustū aq̄ hr̄e
nō potuit.Itē sciendū etiā ꝙ nō tm̄ naturali
ter sitiuit:s; etiā plus sp̄ualiter. Amb. Ma-
xima eā sitis fuit ꝓpter inflāmatā dilectionē
suā.ip̄e eni sitiuit nostrā salutē spiritualiter.
Uñ Bern. O bone iesu cur de cruce taces ⁊
de siti clamas:vt sitis te plus cruciat q̄ cruci
suppliciū. Et quid o bone iesu sitis an igno-
ras ꝙ cruciaturi ⁊ potaturi erant te aceto ⁊
felle. Et respondet Bern.in persona xp̄i di-
cens. Sitio quidem vestrā salutē.vestram fi
dē.vestrū gaudiū.plus aīaꝝ vestraꝝ q̄ cor-
poris mei cruciatus me tenet.⁊ nos in recō-
pensam illius debemꝰ nobis in cibo ⁊ potu ꝓ
pter iesum xp̄m subtrahere.Et signanter in
sextis ferijs abstinendū ⁊ ieiunādū ⁊ ꝓpter
ieiuniū xp̄i quod in cruce habuit.de quo ipse
dicit per ps. Dederūt in escā meā fel ⁊ in siti
mea potauerūt me aceto.⁊ hoc dꝫ eē ꝯsolatio
pauꝑꝝ q̄ famē ⁊ sitim sustinēt.q̄ in hoc imi
tantur xp̄m q̄ ꝓ eis nō solū famē ⁊ sitim:sed
etiam amara mortē sustinuit. Et ipsi habe-
būt illud regnū vbi amplius nō esuriēt neq̄
sitient. Quintus defectus est lassitudo corpo
ris.vt patet cōiter in omnibꝰ qui mōtē excel
sum vel gradū altū ascēdūt.q̄ tūc fatigabūt
Hunc defectū xp̄us habuit qñ super fontē se
dit.vt hr̄ Joh.iiij. Jesus fatigatus ex itinere
sedebat sup fontē:⁊ erat ⁊c. Itē quando cru
cem portauit.quia tūc fatigatus crucē ad lo-
cū caluarie portare ñ potuit.ergo angariaue
runt quendā simonē venientē de villa vt tol-
leret crucē iesu. Et hoc dꝫ esse ꝯsolatio his q̄
fatigantur ex bonis opibus vel ex laboribꝰ

corporalibꝰ quos faciunt ꝓ necessitate corꝑis.
vel etiā antiquis q̄ faciliter fatigantur eun-
do ad ecclīam vel ascendēdo gradū.⁊ tales
offerre debēt xp̄o suas fatigatiōes q̄bus fati
gatus est pro ipsis.Et sicut xp̄s cōsumpsit vi
res corporis sui in nostro seruitio. sic etiā nos
vires nostras debemꝰ expēdere in suo serui-
tio.Sextus defectꝰ est tristicia.q̄ omī die ali
quod triste accidit vnicuiq̄ nostrū.tū vni plꝰ
q̄ alij.Hūc defectū xp̄s hūit i agonia cū dixit
Tristis est aīa mea vsq̄ ad mortē.imo sup
oēs hoīes xp̄s in sua morte maiorē tristiciā
hūit. q̄ cognouit ⁊ doluit passionē suā i plu
ribus frustrari hoībꝰ sic ꝯquerit ꝑ ꝓphetā
In vacuū laboraui ⁊ vires ꝯsumpsi.hoc ptꝫ
ex eo ꝙ tā multi hoīes sunt ingrati xp̄o non
regratiādo sibi suā amarā mortē ⁊ passionē
quā ꝓ eis sustinuit. Septimꝰ defectꝰ ē timor
⁊ terror.nā in p̄nti vita oportet nos sp̄ timere
in verbis ⁊ factis:q̄ ignoramꝰ an in grā dei
sumꝰ an nō.Insup nescimꝰ finē nostrū:ergo
sp̄ in timore dei stare debemꝰ.Uñ Eccl'.xxvij
Si non in timore dei tenueris te instanter;
subuertetur domus tua cito. Hunc defectū
xp̄s habuit quādo i mōte oliueti incepit pa-
uere ⁊ tedere ⁊ sanguineꝫ sudare E. Ubi
sciendū ꝙ duo sunt genera hoīm qui habēt
timorē. Primi timent tm̄ peccā mortalia:s; ve
nialia nō timent admittere.hi glutiūt culicē
s; camelū colāt.s; hoc ē impfectoꝝ ⁊ insipien
tium. Secūdi sunt q̄ nō solū timēt mortalia
⁊ venialia:sed etiam timent bona opera sua.
qualis fuit Job q̄ dixit. Uerebar oīa opera
mea sciēs ꝙ nō parcis delinquēti.⁊ hoc est ꝑ
fectorū ⁊ bonoꝝ quos deus ex sua bonitate
sic permittit in timore stare ne eleuētur i ela
tione mentis.vñ Ber. Cōnexa sunt quidē ti
mor ⁊ religio nec manere pōt alterū sine al-
tero. Octauus defectus est verecundia q̄ ex
pctō originali originē habet. vt in adā ⁊ eua
q̄ post trāsgressionē precepti verecūdabātur
⁊ fecerūt sibi perizomata.⁊ hūc defectū xp̄s
habuit qñ nudus ante crucē stetit:⁊ in crucē
nudus exaltatus fuit. vnde illud Job dicere
potuit. Nudus egressus sū ex vtero matris
mee:nudus ⁊c. Q xp̄us verecundiā habuit
non mirū fuit:q̄ iudei illa ei intulerunt de q̄
bus hō verecūdatur.s.irrisiones ⁊ ꝯtumeli-
as. Nā derisus fuit primo a iudeis qñ faciē
eius velabāt ⁊ cū colaphizātes dixerūt.pro-
phetiza nobis xp̄e qs est q̄ te ꝑcussit.Secun
do derisus fuit ab herode ⁊ suo exercitu quā
do veste alba indutꝰ fuit,⁊ ecōuerso ad pyla

fũ irrisorie duct⁹. Tertio derisus fuit qñ ipo fuerũt ei coronã spineã: ⁊ cũ arũdine in capite percussus fuit. Nã flectebãt genua ⁊ expuentes i faciẽ ei⁹ dixerũt. Aue rex iudeoꝝ. Quarto derisus fuit cũ xp̃us i cruce pepẽdit. qñ iudei ei ↄtumeliose dixerũt. Uah q̃ destruis tẽplũ dei Alios saluos fecit ⁊c̃. Ex hoc debem⁹ sumere documentũ ꝙ ille felix ẽ q̃ hic cũ xp̃o deridet dũ hoc patienter sustinet. vñ Paulus Exeam⁹ cũ eo improperiũ ei⁹ portãtes. Uñ etiã Senẽ. in li. de morib⁹. Nõdũ felix es si te turba nõ irriserit. Et q̃cunq3 hic p xp̃o sustinuerit verecũdiã tãto maiorez in celo habebit gl'az. Sz heu plures sunt q̃ verecũdant bona opa opari ⁊ se corã deo hũiliare ⁊ de his xp̃o dicit in euãgelio. Qui me ⁊ sermones meos erubuerit hũc fili⁹ hoĩs erubescet corã deo ⁊ angelis ei⁹. Uñ etiã Greg. sup Ezech. Qui erubescit bõa facere a statu rectitudĩs cadit ⁊ ad dãnationẽ tẽdit. Non⁹ defect⁹ ẽ infirmitas ⁊ dolor quẽ sustinem⁹ i p̃nti vita. Hũc defectũ xp̃o hũit qñ multos dolores p nob̃ sustinuit. Unõ Esa. liij. Uere languores n̄ros ipe tulit ⁊ dolores ⁊c̃. Pro quo sciẽdũ ꝙ oĩa nobis ↄria deo offerre debem⁹ vt qñ his in p̃senti dolores corpis sustinem⁹. s. dolorẽ oculoꝝ: capitis: vel pedũ: q: xp̃us multoplura p nobis sustinuit in corpe ⁊ in mẽbris suis oĩbus. Nã dolorẽ capit; ipe sensit in coronatõe dolorẽ manuũ ⁊ pedũ in clauoꝝ trãsfixione. amaritudinẽ oris in felis ⁊ aceti potatione. dolorez corpis in flagellatõne. Uñ Esa. liij. Ipse vulnerat⁹ est ppter iniquitates n̄ras. Decimus defect⁹ est mors. Et iste defect⁹ est cõis omibus hoĩbus: tam nobilibus ꝙ ignobilibus. tã regib⁹ ꝙ principib⁹. tã rusticis ꝙ ciuib⁹. Uñ apl's ad Heb. ix. Cõstitutũ ẽ oĩb⁹ hoĩbus semel mori. Uñ etiã Ber. Certũ est ꝙ morieris: incertũ est qñ ⁊ quõ aut vbi. qm̃ vbiq3 te mors expectat. tu q̃q3 si sapiens fueris vbiq3 eã expectabis. Idẽ. Quid in rebus hũanis certius morte. q̃d hora mort' incerti⁹ inuenitur D Sed querit vñ mors ortũ habet. R̃ñdetur ꝙ a peccato originali. Naz quo ad creationẽ hõ fuit imortalis creatus. scilz quo ad corpus ⁊ aĩam. Uñ Greg. Ad hoc homo i paradiso positus erat: vt si se ad cõditoris sui obediẽtiaz vinculis charitatis cõstringeret: ad celestẽ patriã angeloꝝ quãdoq3 sine morte carnis trãsiret. sic nãq3 immortalis cõditus est vt si nõ peccasset etiam mori nõ potuisset. Uñ cũ cogitare vis mortẽ xp̃i rememorare debes magnã charitatẽ suã vt ipe immortalis p nobis mortalis fieri ⁊ mori voluit. Uñ Johis. xv. Maiorẽ charitatẽ nemo habet vt aĩam suã ponat q̃s ⁊c̃. Et in illa meditatiõe orare debes dñm p bono fine vite tue. q: certus es ꝙ mori te optet. s; an bñ vel male dubiũ est. Undecim⁹ defect⁹ quẽ nos habem⁹ ⁊ quẽ xp̃s non assumpsit ẽ ignorãtia. Nã adã in sua creatione sapientissimus fuit. q: naturas oĩm creaturaꝝ cognouit. q̃ singulis reb⁹ noĩa iposuit fm̃ p̃prietatẽ ipaꝝ reꝝ. Insuper deũ clari⁹ cognit ꝙ nos iã: s; nõ ita clare sic sctĩ i vita btã. Ergo sctũs Tho. dicit ꝙ adã mediuz tenuit inter nos ⁊ beatos. Et hũc defectũ xp̃s nõ assumpsit: q: i instanti sue cõceptiõis oĩa nouit. Sz q̃re nõ assumpsit R̃ñdeo q: cũ nõ decuisset nec nob̃ p̃fuisset. Duodecim⁹ defect⁹ est pctm̃: ⁊ hũc defectũ patimur oẽs. Uñ ps. Ecce enĩ in iniq̃tatib⁹ ↄcept⁹ sum. Uñ etiã Eccle. vij. Non est hõ iust⁹ in terra q̃ faciat bonũ ⁊ nõ peccet scz venialr̃. Uñ puerb. xxiiij. Septies i die cadit iust⁹ ⁊ resurgit. Uñ et d'r in decre. Ois hõ h3 pctã venialia. de pe. di. ij. Opponitur. Sz sine pctõ mortali q̃libet viuere põt. Uñ d'r ibidẽ. Oẽ pctm̃ adeo voluntariũ ẽ ꝙ nullo mõ eẽt pctm̃ nisi esset voluntariũ. xv. q. i. c. i. Quia nemo p pctm̃ efficit seruus diaboli. s. p mortale nisi p̃pria volũtate. vt d'r in decre. xv. q. i. Non est. ⁊c̃. Ii. de sum. bo. Nequaꝙ sibi caro ad libitũ dimittat. mors enĩ p fenestras ingredit nisi rõnis freno caro ab illicitis restringat. Senec. in lib. de clementia ad neronẽ. Sic caro rite assumit ⁊ tenet si y're semp vinculis rõnis mãcipet. Boec. in epl'a ad reginã virginẽ. Adhuc vnuz tibi superest. tene carnẽ ad nutũ rõnis ⁊ vere btã eris.

In eadem dñica. Ser. xxviij. de honore.

Ego veniã ⁊ curabo eũ. Mat. viij. In his verbis notat magna hũilitas xp̃i q̃ suuz centurionis dignatus est visitare. ⁊ ad filiuz reguli noluit venire ne diuitias honorare videretur. vñ in p̃nti s̃mone tria sunt dicenda Primo q̃re aliq̃s honorandus sit. Secundo quot modis peccat quis circa honores. Tertio ponitur exẽplũ. E Quantũ ad p̃mũ sciẽdũ ꝙ cause quare q̃s sit honorãdus sunt multiplices s̃m beatũ Tho. de aquino ⁊ s̃m Joh. de geminiano ⁊ s̃m Holgot super lib. Sap. Prima cã quare quis sit honorandus sunt virtutes. Unde Aristo. iiij. ethi. Honor est premiũ virtutis. Uñ q̃cunq3 cognoscit

aliqs virtuosus tūc hʒ cām q̄re merito sit ho norand⁹. ybi gr̄a. Si q̄s est hūilis vel castus vel misericors vel obediēs vel pacific⁹ vel veridicus. Vn̄ Aristo. iiij. ethi. Virtuti pfecte nō fit ꝯdign⁹ honor supple in p̄nti. mō scđm Holgot sup li. Sap. Nos honori significari debem⁹. Et bm eūdē. Uera via ad honores est sola virt⁹. Nā sol⁹ virtuosus dign⁹ est honore ⁊ null⁹ prau⁹ inquantū prau⁹. Vn̄ Aristo. iiij. ethi. Scđm veritatē sol⁹ virtuosus ē honorādus. Vn̄ Aug. dicit q̄ antiq̄t⁹ roma ni colebāt virtutē ⁊ honorē ꝓ dijs. Vn̄ duo tēpla ꝯstruxerūt sic sita q̄ null⁹ intrare poterat tēplū honoris nisi pri⁹ ptransisset tēplum v̄tutis. Ad significandū q̄ null⁹ honoraretur nisi meruisset honorē aliq̄ v̄tute. Pro quo sciendū q̄ valde laudabile est ⁊ salubre hoiem esse virtuosum. Vn̄ Aristo. i. ethi. Felicitas est p̄miū virtut. Idē. Virtuosi beatissima ē vita. Vn̄ Sen̄. Nulla possessio nulla vis auri ⁊ argēti plus q̄ v̄tus estimāda est. Unde sciēdū est q̄ q̄ virtuosos hoies diligit fouet ⁊ honorat: signū est q̄ ipse p se est virtuosus Seneca. Scias eū multi virtutib⁹ abūdare q̄ alienas v̄tutes amat. ¶ Secūda cā q̄re q̄s est honorādus est ꝓpter dignitatē ⁊ potestatē: sicut pncipes ⁊ prelati honorant̄ a subditꝭ. Vn̄ dr̄ in decre. Reuerētia exhibet̄ alicui rōne dignitatꝭ ei⁹. xi. q. ij. Uisis. Unde etiā Johes de sctō geminiano dic̄ q̄ prelati honorādi sunt etiaʒ si sint mali. nō q̄dē rōne malicie: ſʒ inquantū gerūt vicē dei ⁊ cōitatis cui preferunt̄. Vn̄. i. Pe. ij. Deū timete: regē honorate. Vn̄ etiā Aug. Honorare platos nō difficile sit vob. Pro quo sciendū q̄ quāto maiores sunt prelati: tāto mag honorādi sunt. sicut papa in toto mūdo. epus in dyocesi sua. pleban⁹ in parrochia sua. rex i regno. pnceps in dn̄io. mgr̄ ciuiū i sua ciuitate: ⁊ sic de alijs. Silr̄ vxor tenet̄ honorare maritum q̄ caput ei⁹ ē vir: ⁊ tenet̄ ei obedire i licitꝭ. vn̄ Gen̄. iij. Sub ptāte viri eris. Silr̄ suus tenetur honorare dn̄m: ⁊ ancilla dn̄am: ⁊ religiosus abbatē vel priorē. ⁊ sic q̄libet subdit⁹ suū supiorē loco dei honorare dʒ ⁊ ei obedire Vn̄ apl's ad Roma. xiij. Nō est ptās nisi a deo. ⁊ q̄ resistit ptāti: dei ordīatōi resistit. Tertia cā q̄re q̄s sit honorandus bm b. Tho. de aquino est ꝓpter pticipationē diuine dignitatꝭ sic honorādi sunt pentes q̄ representant dei honorē ⁊ dignitatē eius q̄ est pr̄ oium: ⁊ a q̄ sunt oia. Vn̄ sciendū q̄ q̄libet ex p̄cepto dei tenet̄ honorare pentes. vn̄ Exo. xx. Honora patrē ⁊ matrē vt sis lōgeuus sup terrā. Vn̄ dr̄ Eccli. iij. Honora patrē tuū vt supueniat tibi bn̄dictio. Vn̄ etiā Ari. ix. ethi. Magis dijs ⁊ pentib⁹ nō pōt reddi equalēs. Sʒ filij q̄ nō honorāt suos pentes ſʒ eos vituperant maledictionē dei incurrūt. Vn̄ Deut. xxvij. Maledict⁹ hō q̄ nō honorat patrē ⁊ matrē. Vn̄ Eccli. iij. Maledict⁹ est a deo q̄ exaspat matrē. ¶ Quarta cā ꝓpter antiq̄tatē: sicut seniores ⁊ antiq̄ hoies ꝓpter seniū honorādi sunt. Leuit. xix. Corā cano capite cōsurge ⁊ honora psonā senis. Ratio est. q̄ senectus est signū bonitatꝭ ⁊ v̄tutis. lʒ hoc q̄nq̄ fallat. Vn̄ dr̄ in decre. De senib⁹ presumēdū est bonū. xx. dist. De q̄bus ḡ iuuenes honorare debēt senes ⁊ seniores. Vn̄ apl's. i. ad Thy. v. Seniorē ne increpaueris: ſʒ obsecra vt patrē. vn̄ Sap. iiij. Senect⁹ eni venerabilis est. Nā seniores debēt studere virtutes. s. patiam: hūilitatē: castitatē: ⁊ sic de alijs. Vn̄ dr̄ in decre. Quanto senes sunt morti viciniores: tāto debēt esse puriores. di. lxxxvi. Tā [illegible] Vn̄ etiā Eccli. xxv. Corona seniū in multa peritia: ⁊ gl'ia illoꝝ timor dn̄i. ¶ Quinta cā ꝓpter ministeriū. sic sacerdotes ⁊ religiosi honorādi sunt: q̄ mistri xp̄i ⁊ deo sanctificati sunt. Pro quo sciendū q̄ sacerdotes ⁊ presbyteri merito sunt ab oib⁹ honorādi ꝓpter dignitatē quā a deo hn̄t. nā de⁹ dedit eis ptātē ligādi ⁊ soluēdi. Vn̄ Mat. xviij. Quecūq; ligaueritꝭ sup terrā ⁊c. ⁊ q̄cūq; solueritꝭ sup terrā ⁊c. Nā sacerdos aliquo mō ē similis marie v̄gini. ⁊ hoc ōndit̄ ex trib⁹. Primo sicut btā v̄go p q̄uqʒ v̄ba ꝯcepit iesum xp̄m vt h̄r Luc. i. Fiat mihi bm v̄bū tuū. sic sacerdos efficit p q̄uqʒ v̄ba veꝝ corp⁹ xp̄i. Et sicut imediate post ꝯsensum marie fuit xp̄s tot⁹ in vero e⁹: sic imediate post ꝓlationē v̄boꝝ cōsecratiōis trāsubstātiat̄ panis i veꝝ corp⁹ xp̄i. Secūdo sicut btā v̄go post ptū xp̄m portauit in manib⁹ suis ⁊ i presepe collocauit: sic sacerdos post ꝯsecrationē leuat corp⁹ xp̄i ⁊ locat ⁊ portat: ⁊ tractat eū in manib⁹ suis. Tertio sicut beata virgo fuit sanctificata in vtero anteq̄ ꝯcepit xp̄m: sic sacerdos ordinat̄ ⁊ inungitur anteq̄ ꝯsecrat: q̄ sine ordine nihil consecraret. ḡ laicus q̄tūcūq; sctūs nihil ageret etiā si verba ꝯsecratiōis ꝓferret. Vn̄ sciēdū q̄ dignitas sacerdotuʒ aliquo mō p̄cellit dignitatē angeloꝝ. q̄ nulli angeloꝝ data ē potestas ꝯficiēdi corp⁹ xp̄i. vn̄ minimus sacerdos in terra pōt hoc q̄d nō pōt maxim⁹ supremus angel⁹ in celo. Vn̄ Bern̄. O venerā

da dignitas sacerdotũ in quoȝ manib⁹ dei fi
lius tanq̄ in vtero v̄ginis incarnat᷑. vñ Au
gu. dicit q̄ in ꝯsecratione bestie sacre tota ce
lestis curia sibi seruit: ⁊ dñs celi ad eũ desce
dit. vñ Amb. sup Lucã. Nõ dubites assiste
re angelos qñ assistit xp̄s in altari. vñ sacer
dotes honorãdi sunt p̄ oib⁹ regib⁹ p̄ncipib⁹
militib⁹ ⁊ nobilib⁹. Nã sacerdos ẽ altior re
gib⁹ felicior ãgelis: creator sui creatoris: q̄re
merito est honorãdus. Vñ dr̄ in decre. Sa
cerdos in psona dei honorat᷑. Et etiaȝ i casu
q̄ sacerdos esset mal⁹ adhuc esset honorãd⁹
ꝑpt̄ dignitatẽ sacerdotij. Vñ dr̄ i decre. Sa
cerdotes licȝ mali sint tñ eos honorare debe
m⁹ ꝑpt̄ sacramẽta. i. q. i. Sacra. ¶ Sexta
cã q̄re q̄s sit honorãd⁹ ẽ ꝑpt̄ea q̄ maiorem
locũ hȝ in cõitate: ⁊ pl⁹ pot cõitati ꝓdesse q̄
ali⁹. Vñ btũs Tho. ij. ij. q. lxiij. dic̄ q̄ diuites
sũt honorãdi ꝑpt̄ hoc q̄r maiorẽ locũ i cõita
te obtinẽt. Si aliqs solũ intuitu diuitiaȝ ho
norare᷑ iam esseȝ acceptio psonaȝ. Si eñ di
uitẽ p̄poneres ⁊ meliorẽ estimares: ideo q̄r di
ues est pauꝑi: q̄r paup ẽ. acceptio psonaȝ ẽet
vñ Jacobus de scõ geminiano. Nulliq̄ legit᷑ q̄
ꝑpt̄ diuitias diues sit honorãd⁹: ⁊ paup ꝓ
pter paupertatẽ sit ꝯtẽnẽd⁹. Vñ etiã ꝯtra su
per ep̄las Jaco. ij. dic̄ ⁊c. Preferre diuitẽ pau
peri in exhibitione alicui⁹ reuerẽtie tm̄: vt. s.
aliqs assurgat diuiti ⁊ non paupi. inclinet se
diuiti ⁊ nõ paupi. vel auferat caputiũ coram
diuite ⁊ nõ sic corã paupe: nõ ẽ psonã psone
p̄ferre ex cã indebita. vñ nõ ẽ pctm̄ nisi rõne
originis. ⁊ cũ iudico i corde meo q̄ melior ẽ di
ues: q̄r diues ẽ q̄ paup q̄r paup est vñ breui
ter dicẽdo diuites sũt honorãdi nõ ꝑpt̄ ve
stes p̄ciosas ⁊ lõgas: vl̄ ꝑpt̄ incisuras mul
tas: s; ꝑpt̄ hoc sũt honorãdi: q̄r maiorẽ locũ
obtinẽt i cõitatib⁹ ⁊ cõitatẽ p̄nt p̄mouere: ⁊
p̄i cõitati pl⁹ ꝓdesse. vñ Arist. i. retho. Juste
honorant᷑ q̄ b̄nficia p̄stiterũt. Septia cã q̄re
qs honorãd⁹ sit ẽ ꝑpt̄ imaginẽ dei sm̄ quaȝ
creat⁹ ẽ: ⁊ sic oẽs hoĩes honorãdi sũt. Vñ eti
am. i. Petri. ij. Omẽs honorate. vñ Gorra.
Quia i oĩb⁹ ẽ dei imago q̄ ẽ rõ honorãdi. vñ
Hũber. dic̄ q̄ credẽdũ ẽ q̄ q̄libȝ hȝ aliqd bo
nũ latẽtat quo nos p̄cellit ꝑpt̄ qd honorã
dus ẽ. Vñ ad phil. ij. In hũilitate sup̄iores
inuicẽ arbitrãtes. ¶ Quãtũ ad secũ
dũ sciẽdũ q̄ q̄nq; mõis peccat qs circa hono
res. P̄mo qñ qs intẽtionẽ suã ⁊ opa v̄tutũ re
fert ad gl̄iaȝ tãq̄ ad vltimũ finẽ: ⁊ p̄ q̄ ꝯse
quẽda nõ cauet facere ea q̄ sũt ꝯ deũ: vel cum
amor i corde ẽ est ... glie q̄ timor

dñi vel amor dei vel ꝓpria sal⁹: vt cũ ieiunat
orat: vel elemosinã dat: vel mane surgit ⁊ ec
clesias visitat vt honore᷑ vel etiã cũ appetit
p̄laturã ⁊ bona opa v̄tutũ ꝑpt̄ea facit vt eli
gat᷑ in p̄latũ. in his ꝯ deũ facit ⁊ cũ hoc picu
lũ incurrit aĩe. vñ Cris. ⁊ ponit᷑ etiã in decre.
Quicũq; desiderat p̄matuȝ i terris: inueniet
ꝯfusionẽ celo. di. xl. c. si. Secũdo rõe materie
de q̄ gl̄iat᷑: puta cũ i malis q̄rit honorẽ. vel bi
gã. Sic i supbia vestiũ: i ornamẽtis: i cho
reis: i cãtilenis illicit. vñ Ber. Quid ẽ mag
ꝑuersũ q̄ letari cũ malefeceris: ⁊ i reb⁹ pessi
mis exultare. vñ Ecc. xix. Qui gaudet i iniq
tate denotabit᷑. i. de libro vite delebit᷑. Tertio
peccat qs circa honores: cũ qs bonũ tp̄ale in
quo gl̄iam q̄rit p̄fert deo. sicut si qs gl̄iare᷑ i
vestib⁹ p̄ciosis: tunicis lõgis: cingul' deaurat: ⁊
in peplis: ⁊ diuitijs: ⁊ i pulchritudie corpis ⁊
sic de alijs. Vñ Iere. ix. Non gl̄ie᷑ sapiẽs in
sapia sua: nec fornicator i fornicatõe: nec di
ues i diuitijs. Quarto peccat qs circa hono
res: cũ qs ꝑpt̄ honorẽ quẽ querit ⁊ appetit
odit aliũ q̄ pl⁹ eo honorat᷑ q̄r ñ fauẽt illi hono
rẽ qd ẽ ꝯ charitatẽ p̄ximi vl̄ etiã cũ ab aliq̄b⁹
hoĩb⁹ appetit honorari: ⁊ cũ eũ nõ honorãt
tũc indignat᷑ ꝯ eos ⁊ odit ⁊ spernit eos. Qui
to peccat qs circa honores ꝑpt̄ nimiã ⁊ ma
gnã ꝯplacẽtiã quã hȝ in honore sibi exhibito
vt cũ inclinat᷑ sibi: vl̄ caputiũ corã eo deponit
vel eũ dñȝ noĩando: vel domicellũ: vel magi
strũ ciuiũ: vel eã pulchrã dñaȝ vel generosaȝ
⁊ gratiosaȝ dñam noĩando: ⁊ sic de alijs. Et
qñ i hmõi honorib⁹ qs maiorẽ ꝯplacentiaȝ
hȝ q̄ in deo: tũc deũ grauit᷑ offẽdit. vñ Aug.
Nullũ pctm̄ adeo veniale qd nõ fiat mortale
dũ placet. ¶ Vltĩo q̄rit᷑ quõ vnusq̄sq;
se hr̄e debeat i honore sibi exhibito. R̄ñdeo
sm̄ Holgot. Homo nõ dȝ desiderare hono
res s; fugere. Vñ dr̄ i decre. Fugiẽdi sũt ho
nores: ⁊ fugiẽtib⁹ offerẽdi. viij. q. i. In scriptu
ris. Et insup honor hoĩ exhibit⁹ cũ metu est
suscipiẽdus. Vñ dr̄ in decre. Honor suscipiẽ
dus ẽ cũ metu. i. q. i. Non est. Et tal' honor sic
hoĩ exhibit⁹ ẽ cũ hũili corde deo offerẽd⁹. dicẽ
do cũ ps. Nõ nob dñe nõ nob: s; noĩ tuo da
gl̄iam. Vñ apl's. i. Thi. i. Soli deo honor et
gl̄ia: ⁊ hoc ẽ deo valde acceptũ. q̄r est ꝯ natu
ralẽ inclinationẽ q̄ hõ sibi honorẽ exhibituȝ
humili corde spernat. Vñ Aristo. Oĩs ho
mines naturaliter appetũt honores. Vñ sci
endũ q̄ honores in p̄nti vita querere ptinet
ad paganos ⁊ incredulos qui non habent
spem de futura gloria ⁊ de futuro honore. q̄r

non sciunt aliā vitam nisi presentē vitā momentaneā et transitoriā. Sed xpiani debent hic spernere honores et appetere futurā gloriā vbi est sempiternū gaudiū. De quo dicit Bernar. sup canti. Reuera verū est gaudium et soliū qđ nō de creatura sed de creatore cōcipitur qđ cū possederis nemo tollet a te cui cōparata oīs aliūde iocūditas meror est. oīs suauitas dolor est omne dulce amarū. omne decorū fedū. omne qđ delectari posset molestū. Nam illi xpiani qui hic honores sibi exhibitos deo hūilit offerūt ppt honores hos i celo honorabunt a xpo et btā vgine. et omīb⁹ sanctis et electis dei eternalit sine fine. M

Quantū ad tertiū notandū est exemplū de his qui sunt in ptāte cōstituti et seipsos male regunt et subditis suis malū exemplū relinquunt. Legit in dialo. Cesarij q in wormaria fuit quidā eps noīe Leupold⁹ solo q̄de noīe eps ope autē tyrannus. hic cū esset vanissimus nihil habens in se pietatis vel religionis. Dicebat aūt quodā tpe german⁹ suus vir nobilis. Dñe episcope multū scandalizatis nos laicos exēplo vestro. Anteq̄ essetis eps deū aliquo mō timebat mō nihil de eo curatis. Cui ille dixit. Frat duo erant vicini ex qb⁹ vir⁹ exemplo alteri⁹ peccauit. mortui sunt ambo et deducti in infernū. Cū igitur essent in tormētis vn⁹ alteri dicebat. Ve tibi q tuo exemplo puocat⁹ ad peccādū merui hūc locū. Cui alter. bone vicine si tibi placeat sedes mea trade mihi tuā et tibi dabo meā. Sic dico vobis qñ venerim⁹ ad inferos si videbit vobis mea sedes honorabilior q̄ vrā ascendite eā et ego recipiā vestrā. At ille dixit. Mala cōsolatio est hec. Iste leupoldus ita diabolicus fuit vt tpe scismat qđ erat int duos reges. s. otonē et philippū cū sibi vsurpasset epatū maguntiē. eiusdē philippi auctē et mult intercesset bellis: ita vt nō parceret eccliis nec cemiterijs. dixerūt ei milites sui. Dñe nō licet nobis spoliare cemiteria. Ait illis. si ossa mortuoꝝ tollitis tūc pmo cemiteriū spoliatis. Vir iste sepe et valde cecidit vt dictū est. et nescio vtrū p ptritionē peccatoꝝ suoꝝ surrexit: sed hoc scio q in illa die q hoiem deposuit multū dissensionis seminariū fuit. Silr legit d abbate morbacēsi q silr cemiteria vt pdict⁹ eps violauit. Cūq ad extrema venisset capellan⁹ ei⁹ ipsum rogauit q eū de statu suo certificaret. qđ et fecit. dicens se esse de nūero et ordine dānatoꝝ ppter irruptionē cemiteriorum.

Sermo tertius de eodem.

E cce leprosus veniēs adorabat eū. Per leprosū intelligitur petōr. Vñ hic est dicendū quō q̄s cōmittit septē peccata mortalia. Istū sermonē quere infra sermone. cxli. F

Filij hui⁹ regni eijcient i tenebras exteriores. Hic ē dicēdū de nouē penis inferni. Et quere istum sermonē infra sermone. cxxv. O.

Dominica tertia post octauas epiphie sermo. xxix. de temptationibus.

M otus magn⁹ fact⁹ est i mari: ita vt nauicula operiret fluctib⁹. Math. viij. Mar. iiij. Luc. viij. Ubi sciēdū q p mare intelligit pñs mūd⁹. et p motū magnū q fact⁹ ē in mari grādis temptatio quā sustinēt qñq boni hoies. Vñ i pñti sermone tria sūt dicēda. Pmo quō aliq ab intra: aliq ab ex tribulant. et q sūt acerbissime tribulatiōes. Secūdo quales hoies hūt sex defect⁹. Tertio q̄re de⁹ pmittit sup bonos tales acerbissimas tēptationes. N Quātū ad pmū sciēdū q aliq tribulāt ab ex i corpe et i reb⁹ sic martyres passi sūt. et adhuc plres hoies tribulatōes patiūt scz paupratē: infirmitatē: et psecutionē. Vñ apls. ij. ad thimo. iij. Oēs q volūt pie viuere in xpo iesu psecutionē patient. Aliq ei tribulāt ab intra. et hoc diuersimode. ps. Multe tribulatōes iustoꝝ. Cōtigit ei qñq q hō incidit idiscretā tristiciā sic q nihil boni libet ei facere et tñ nescit qđ sibi ē et qđ sibi deficit etiā si interrogaret. et hāc tristiciā dd expt⁹ est qñ ad seips dixit. Quare trist es aīa mea et q̄re cōtur. Et ista tristicia idiscreta ē valde nociua qñ hoiem supat. Nā multos retraxit sepi⁹ a bono ope incohoato. fastidit ei tal hō imoderate tristis ad oē bonū. vbi gra. Tedet eū de mane surgere et diuinis interesse: legere: cātare: et bona opari: tedet eū etiā qñq bona audire vl bona loq vl meditari bona qđ etiā sine ğui labore pficere posset. Vñ hui⁹ xpi est amonere talē idiscretā tristiciā a se inqtū potest. nā q virilit ptrāsire vult duros laqos priorꝝ defectuū necesse est eū hre bonā et letā mētē. ps. Viriliter agite et cōfortet cor vestrū oēs q spat i dño. Quid ei ē hoi ğue i h mūdo q letā mētē hz ab int. imo mēs leta valde hoiem cōfortat. qz sm phm. Delectatio cōseruat opantē i ope. Vñ apls dicit. Oīa possū

in corde meo ɔfortat. Et qd pōt ab ex hoiem le
tificare q̄ ab intra sp̄ ē tristis. imo tal' idiscre
ta tristiciā nocet tā corpi q̄ aie. vn̄ Prouer.
xvij. Spūs tristis exiccat ossa. Vn̄ diligent'
aduertēdū ē qd legit' de q̄dā p̄dicatore q̄ sic
tristis effect' fuit q̄ nihil libuit cū opari: nec
legere: nec orare. Et cum sic tristis sederet
xp̄s apparuit ei dicēs. Cur sic tabescis. sur-
ge ⁊ medītare passionē meā ⁊ liberaberis: qd
⁊ factū est. ¶ Itē sciēdū q̄ acerbissime tē-
ptatiōes ⁊ tribulatiōes ab intra videnť esse
ille. s. hesitatio i fide catholica: desperatio de dei
mia: ⁊ spūs blasphemie ɔ deū ⁊ scōs ei': ⁊ tē
ptatio sibimet inferēdi man' ⁊ seipm̄ pimē-
di: ⁊ q̄dā pplexitas q̄rulose ɔscie. Querit' vn̄
ont' q̄ q̄s incipit dubitare de mia dei q̄ nūq̄
possit saluari. Rn̄deo q̄ ex trib'. Pͥo ex eo
q̄ nō pōt pōderare qd de' i seipo ē. Secūdo
qd petm̄. Tertio qd contritio. Quātū ad p̄
mū sciēdū q̄ de' sūmū bonū ē ⁊ infinitū ⁊ tā
misericors ⁊ pat' petōrē ad grām recipe ⁊ ei
petā indulgere q̄ fidelis mat' nūq̄ vnico fi-
lio suo quē i vtero suo portauit ita prompta
esset porrigere manū: si videret filiū in ignem
cecidisse. sicut xp̄s pat' ē ɔtritū hoiem ad grāz
recipe ⁊ ei petā indulgere. Et si possibile esset
q̄ vn' hoim oim petōr petā hrēt: ⁊ oi die mil
lesies illa ppetrasset adhuc mia dī ⁊ bonitas
maior esset. vn̄ Ber. Sicut ei scitilla i medio
maris: sic ois malicia hoim ad miaz dei cō-
parata. Sz diceres. vn̄ venit q̄ de' mult' pec
catorib' etiā pessimis tā pi' ⁊ misericors ē. an
ꝓpt' merita eoꝝ h' facit. Rn̄deo q̄ non: s̄ ex
mera sua bonitate hoc facit. Vn̄ ps. Cōfite
mini dn̄o qm̄ bon' qm̄ in se. ⁊c. Cū eni petōr
cogitat bonitatē dei q̄ ad nulla nr̄i indiget ⁊
sic ex sua infinita bonitate nr̄i miserer' tūc cor
petōris liquesit. q: cognoscit q̄ deo nūq̄ ad
plenū regratiari poterit: ⁊ tūc petōr q̄nq̄ ma
gis accept' erit q̄ si fortassis nūq̄ mortalit'
peccasset: s̄ sp̄ segniter vixisset: ⁊ tales petōres
erūt postmodū feruētiores ceteris. vn̄ Gre.
Fit plurimū gratior deo amore ardens vita
post culpam q̄ securitate torpēs i innocētia.
Qui ei diceret q̄ solūmō xp̄s totiēs petā di
mitteret quot sūt stelle celi p̄uare vellet cuz
magis honore. q: petā traxerūt eū de celo i
vterū v̄ginis. de vtero v̄gis in hūc mūdū. et
de mūdo i crucē. vn̄ Greg. Btā petā q̄ talez
charitatiuū redēptorē portauerūt q̄ nos taz
charitatiue oi hora vult recipe. vn̄ Amb. su
per Lu. Vide inde q̄ bon' est de': ⁊ q̄ facil'
est ad indulgendū. nouit sententiā mutare ⁊
benedictionē dare. si tu noueris delictū emē
dare: nec solū oblata restituit s̄ etiā inspera
ta cōcedit. Vn̄ etiā Bern̄. in sermone q̄ inci
pit. Misericordias dn̄i in eternuz cantabo.
Miseratio tua dn̄e super me nō eni poterit
explicari q̄ benigna: q̄ liberalis: q̄ gratui
ta fuerit. Ego peccabam ⁊ tu dissimulabas.
nō cōtinebā a scelerib' ⁊ tu a verberib' ab-
stinebas: plongabā multo tempe iniquita-
tem meā: ⁊ tu dn̄e pietatē tuā. Vn̄ tanta est
bonitas dei q̄ ex bonitate sua que infinita ē
totū reatū homi dimittit. Vnde Bern̄. Sic
indulsit mihi de' ex toto: ⁊ tam liberalit' oēm
remisit iniuriā vt nec dānaret vlciscēdo nec
cōfunderet impoperādo. nec etiā minus dili
gat imputādo. Qui sic cogitat bonitatē dei ⁊
misericordiā suā nullo mō desperat de venia ⁊
salutatione ppria. ¶ Secūdo q: nesciūt
ponderare quid sit petm̄. Pro quo sciendū
q̄ peccatū stat. i hoc q̄ hō cum premeditata
ratione scienter ⁊ voluntarie ⁊ libēter absq̄
cōtradictione rōnis auertit se a deo sup res
defectuosas: ⁊ cū deliberato ꝓposito. quia si
homo tot accurrentes cogitationes haberet
quot sunt arene maris ⁊ tam male essent et
enormes s̄m q̄ cor cogitare ⁊ imaginari pos
set etiā vndecūq̄ essent siue de deo: siue de san
ctis: siue de hoibus: siue de alijs creaturis ⁊
q̄ hō etiā istas p lōgū tp̄s haberet. p annū
scz vel p maius tp̄s si nisi ratio reluctaret ⁊
semp displicentiaz haberet sic q̄ nō caderet
sup istas voluntarie cū deliberato aio: tūc nō
esset petm̄ mortale. ⁊ hoc vtiq̄ verū est s̄m
sacrā scripturā quā spūssctūs locutus est. vn̄
Greg. Non est cogitatio tam immūda q̄ men
tem polluat: si ratio nō cōsentit. Modo hic in-
clusus est vn' stimulus qui est satis acutus.
scz quādo illa sagitta pestifera cogitatiōis sic
⁊ homo cū aliquali delectatione sup hanc ca
dit: ⁊ semipsum obliuiscitur: ⁊ non statim im
mediate se auertit a tali delectatiōe ⁊ tunc ti
met q̄ cū volūtate ⁊ rōe super illā ceciderit
⁊ sic semipsius oblit' petm̄ mortale cōmiserit.
Et tamen hoc non sic est. quia s̄m sacrā scri
pturā ratio sep' preuenit tam cuz talib' sa
gittis cogitationuz q̄ etiā cum delectatione
anteq̄ ratio sepoz recte aduertit. Et quan-
do bene ⁊ recte aduertit cū bona rōne ⁊ deli
beratione: tūc potest recipe vel respuere: et
sic peccare ⁊ non peccare. Vn̄ Bern̄. in quo
dam sermone. Potest inimicus excitare co-
gitatōnis motū: sed in te est si volueris dare
vel negare ɔsensuz. Et ergo boni hoies ven

debẽt nimiũ terreri in talibꝰ cogitationibus
incidẽt. hꝰ salté de peccõ mortali. q: sm Aug.
Nullũ ẽ peccm̃ nisi sit volũtariũ. vñ etiã Ri-
char. Mortale peccm̃ ꝑfectũ mihi videt̃ non
põt cõmitti sine grãdi corruptõe sui: sine gra
ui lesione ꝓximi: ⁊ sine magno contẽptu dei.
nã si eua sola peccasset nihil nobis nocuisset
Et sic ꝗcꝗd hꝫ inspiratõnis sensualitas sine
pleno cõsensu rõnis nõ attingit peccm̃ morta
le. ¶ Tertio q: nõ põt põderare ꝗd sit
cõtritio ⁊ penitẽtia. Nã cõtritio est vtus q̃ de
let hoi peccã qñ ẽ vera ⁊ discreta. ps. l. Cor cõ
tritũ ⁊ hũiliatũ deꝰ nõ despicies. Vñ etiam
sctũs Bern. dicit ꝙ inordinata ⁊ indiscreta
cõtritio deo displicet. Nã ille malꝰ cayn etiã
habuit ꝯtritionẽ: tñ sine mõ. q: dixit. Maior
est iniq̃tas mea ꝙ̃ vt veniã merear. Judas
etiã penituit: sꝫ nimis indiscrete. q: desꝑauit ⁊
laq̃o suspẽdit se. sic hõ aliqñ venit ĩ inordina
tũ dolorẽ ꝙ dicit ad seipm̃. O deꝰ ad ꝗd vi-
uo ad ꝗd natꝰ sũ: q̃re nõ mortuꝰ sũ: ⁊ sic de
ꝯsimilibꝰ mult̃. Et plꝰ aliqñ hõ offendit deũ
cũ istis ꝙ̃ cũ alijs peccis: etiã si nõ esset ibi pec
catũ. ¶ Ergo q̃ vere vult cõteri debet
hr̃e hũilitatẽ in seipo: ⁊ displicentiã peccõꝝ ⁊
totã fiduciã in deo. ps. Sperantẽ autẽ ĩ dño
mĩa circũdabit. Vñ hr̃ in decre. Desperãdũ
nõ est in pñti vita. xxvi. q. ij. Ancillã. vñ Cri
so. Peccã ꝑterita nõ cõdẽnãt: sꝫ nec iudicant
hoc breui ⁊ leui addito si nõ placẽt. Vñ etiã
Aug. Nõ nocẽt mala ꝑterita si nõ placẽt. vñ
Jsido. de sum. bo. Non desperes de salute si cõ
uerteris ad meliora. Qui enĩ veniã de pec-
catis desperat plꝰ se de desperatiõe ꝙ̃ scele-
ris cõmissione dãnat. Desperatio enĩ auget
peccm̃. Despatio nãq̃ꝫ prior est omĩ peccõ. Vñ
etiã dr̃ in decre. Judas magis peccauit despe
rãdo ꝙ̃ xpm̃ tradendo. ideo dãnatꝰ est seipꝫ
occidendo. xxiij. q. v. Si nõ licet. ⁊ ca. Tu di-
xisti. de pe. di. iij. Jnt̃ hec hircũ. ⁊ §. iudas. ⁊
§. Jnter oĩa sceleratior. ¶ Sed q̃tum
ad secundũ sciendũ ꝙ tales hoĩes habẽt sex
defectꝰ q̃ sic stãt aridi: tribulati: pleni passio-
nibꝰ iam dictis. Primꝰ defectꝰ ꝙ tales ho-
mines valde difficulter possunt dirigi. q: vix
credũt aliquibꝰ quibꝰ credere tenent̃. s. illis
qui possunt eos consolari. Et hoc cõtingit ex
nimio cordiali ve sine dolore in quo semper
sine intermissiõe sũt. liberẽt tñ ꝯgrerẽt̃ ⁊ ꝯsolarẽ
tur in defectibꝰ ⁊ tribulationibꝰ suis. sꝫ q̃to
plꝰ de his loquunt̃ tanto plꝰ defectꝰ ibi cre-
scunt. Jlli iã dicti deberẽt eligere vnũ discre-
tũ ⁊ doctũ cõfessorẽ qui hoc haberet ex rõne
⁊ sacra scriptura qualiter deberet eos infor
mare: ⁊ huic tenent̃ etiaꝫ sine omĩ dubio cre
dere ⁊ eius informationẽ sequi. q: deꝰ hoc re
quiret ab eis ĩ extremo iudicio si sanã doctri
nam sequi nolunt ⁊ informari rẽnuũt. sꝫ falꝫ
innitũtur suis conceptibꝰ: q̃d est signũ clare
mentis. Secũdus defectus est ꝙ tales hñt
timorẽ indiscretũ ⁊ nõ rectũ: timẽt enĩ ⁊ ap-
paret eis ꝙ nunq̃ꝫ recte confiteãtur ꝙ̃ dili-
genter etiã ⁊ studiose ⁊ etiã q̃tũcũq̃ꝫ perit
cõfessor est. ⁊ q̃tũcunq̃ꝫ posse suũ faciũt: ⁊ sic
nunq̃ꝫ habent quietũ cor. Et hoc ideo venit
q: nesciũt quid teneãtur confiteri. q: sm̃ sa-
cram scripturã hõ tenet̃ ex ꝑcepto in speci-
li peccata mortalia confiteri: venialia autem
generali. Unde omĩno cõsulendũ est talibꝰ
resistere huiusmodi curiositati ⁊ post ponere
hũc metũ timorẽ ⁊ inquietudinẽ. Nam sm̃
Aug. Qñ peccator illa duo facit scꝫ ꝙ pmo
bene ꝑmeditatur cuꝫ diligentia peccata sua
⁊ reducit ea ad memoriã meditãdo: studẽs
do: vel sermones audiẽdo. Secundo ꝙ orat
deuꝫ vt sibi det cognoscere sua peccã. q: liben
ter velit ea confiteri: tũc aut deus dat sibi co-
gnoscere sua peccã ꝑterita: aut indulget oĩa
que scit ⁊ q̃ nescit. Et quãdo sic peccator suã
diligentiã fecit accedẽs sic ad ꝯfessionẽ oĩno
debet sperare oĩm peccõꝝ suoꝝ remissionẽ si
vult misericordiã consequi. vñ Amb. Non po
test agere pñiam q̃ nõ sperat indulgentiaꝫ.
Jmo si q̃s centies confiteret̃ si nõ habꝫ spem
ꝙ deꝰ ex sua mĩa velit sibi oĩa peccã sua indul
gere nullã indulgentiã ꝯseq̃ret̃. vñ Aug.
Penitẽtia q̃ ex fiducia nõ ꝓcedit inutilis est
⁊ sterilis manet sine misericordia. ¶ Ter
tius defectꝰ ẽ ꝙ tales volũt inuestigare vtrũ
sint sine peccõ mortali: q̃d tamẽ nullꝰ põt certi
tudinaliter scire nisi ex speciali diuina reue-
latione. Vñ Eccl̃i. ix. Nescit homo vtrũ amo
re vel odio dignꝰ sit. Ergo sufficere debet ta
libus ꝙ seipos probent ⁊ examinẽt: ⁊ se nõ
reos scienter inueniant in aliquo peccõ mor-
tali. Nam deꝰ vult vnũquẽq̃ꝫ nostrũ incertuꝫ
esse vt humiliemꝰ nos ⁊ stemus quotidie in ti
more dei. Vñ Eccl̃i. xxvij. Si non in timore
dñi tenueris te instanter subuer. do. t. ci. vñ
Bern. Connexa sunt quidẽ timor ⁊ religio:
nec manere potest alterũ sine altero. Nam si
homo esset certꝰ de grã tũc ex elatione mentis
posset grauius ⁊ periculosius cadere: ergo
vult deꝰ nos sic in dubio stare. Quartꝰ est ꝙ
tales aliqñ indiscrete murmurãt cõtra deũ
⁊ hoc venit ex magna tribulatione in qua sp

stant. Ipsi enī nō sūt multū exercitati ī aliis tribulationib⁹: ergo eis ꝯtingit sicut q̄ iuuenē equū vellet ligare ad currū trahendū ille recalcitrādo: p̄mo adeo laborat ꝙ marcessit qū aūt videt ꝙ aliť esse nō pōt: tūc quiete iugū subit. sic fit ⁊ illis q̄ ꝙ̄ diu sūt in pugna cōtra hec: tūc fit eis talis tribulatio valde amara. Et tñ oportet eos pati ⁊ sufferre vsq₃ dū misericors de⁹ respiciat ipsoꝝ laborē ⁊ patiētiā q: scit qū eis expediat ꝙ eos ad hoc alleuiet onere. ergo nihil meli⁹ ad hoc ꝓficere pōt nisi ꝙ patienť ⁊ hūiliť quis flagellū dñi sustineat ⁊ se dignū iudicet afflictiōe ⁊ labore et pugna: ⁊ patienť tolleret cōfidēs ꝙ ei ꝓueniet in bonū. q: sic citius placabilis erit dñs. Nā cū deo nō possum⁹ cōtendere: nec ꝑ iusticiā secū agere. q: pctōres sum⁹: nec ꝑ potētiā q: infirmi ⁊ serui ei⁹ sum⁹: nec aufugere ab eo ꝑ astutiā: q: nusꝙ̄ corā eo latere poterimus nec dominij terminos ei⁹ exire. Vñ ps. Quo ibo a spū tuo: ⁊ q̄ a facie tua fugiā. Si ascendero ī celū tu illic es: si descēdero ad infernū ades. Ergo nihil restat ampli⁹ nisi vt hūiliemus nos corā ipo: ⁊ recursū habeam⁹ ad beatā ꝟginē mariā ⁊ ad suffragia sctōꝝ: ⁊ etiā ad orōnes bonoꝝ hoīm q̄uisq₃ de⁹ misereať nři. Quīt⁹ defect⁹ ē ꝙ nihil intātū nocet istis hoīb⁹ q̄ sic tēptanť ⁊ tribulāť sic ꝙ illis oīb⁹ importunis ⁊ mag̃ sibilatiōib⁹ suggestiōib⁹ ⁊ ꝑuersis inspirationib⁹ volūt aures inclinare volūtq₃ eis r̄ndere: ⁊ cū rōne sp disputando eis resistere. Ab illo enī dz se vnusq̄sq₃ cauere sicͥ a morte: q: sic ratiocinādo ⁊ ī ꝯtrariū ī seipo cū rōne disputādo: vel tēptatio ipa inualescit ⁊ augeť: vel ipe disputās min⁹ ꝓuidus in ꝑplexitatē deduciť. Ergo ꝙ̄cito qs ꝑcipit talē sibilatōnē vel suggestionē tā cito dz se ab illa totaliť auertere ⁊ interim aliq̄d boni cogitare: siue de passione xp̄i: siue de gaudijs celi: siue de penis īferni. Ac si diceret ad hoc. Sit tibi tua sibilatio prauissime hostis: nihil ad me tu es ad hoc nimis mal⁹ ꝙ ego velim tibi ad hāc sibilationē r̄ndere. Et tunc fit ꝙ ꝙ̄to min⁹ curat tāto citi⁹ ab h̄ liberať ⁊ itez quousq₃ ex toto habeat auersionez ab illo. ⁊ ista ꝟba non possunt intelligere nisi isti hoīes qui tales p̄dictas temptatōes patiūť

¶ Sext⁹ defect⁹ est ꝙ ꝙ̄to tpe est sanct⁹ ⁊ hō libenti⁹ deuotionez haberet: vt sic se ad deū deuote cōuerteret: tūc tanto min⁹ hz deuotionē. Et illa tribulatio maior est vno tpe ꝙ̄ alio. vnde accidit ꝙ quādoq₃ vnū pater noster nō possunt deuote orare sine tali mala sibilatione ⁊ inspiratione: ⁊ tūc tales veniunt aliqñ ī impatiētiā ⁊ errorē: sic ꝙ orōnē postponūt ⁊ dicūt ad seipos qñ sic sūt aridi ⁊ desolati nec aliquā deuotionē sentiūt. q̄d credis ꝙ iuuet te orō illa q̄ sic ex arido corde ꝓcedit ⁊ sic orōnē dimittūt. Et ī hoc sať insulse ⁊ insipienť faciūt: tūc enī satisfaciūt diabolo q̄ nihil aliud q̄rit nisi quō possit hoīem in sp̄uali ex̄e impedire. Sciēdū ꝙ hō ꝓpť illā ariditatē ⁊ ment̄ sue deiectionē nō dz dimittere orōnes ⁊ alia bona: ⁊ bonas meditatiōes. Naz sapidū ⁊ acceptū erit do h̄ op⁹ bonū: q: q̄d de fiat homī in deuotione: hoc illa ariditas supplet corā deo. Nā illa aduersitas ⁊ ariditas clamat ad deū ⁊ ꝓuocat eū citi⁹ ad miaz. Exēplū sicut infirmꝰ iacēs ī agone morť q̄uis nō potest loq: cui⁹ lamētationi hoīes attēti⁹ attēdūt: ⁊ citi⁹ exaudiť in hijs q̄ postulat q̄nq₃ ꝙ̄ si sanus essz: sic est de deo. q̄ nulla bona opa sūt ꝓpterea dimittēda: siue orōnes: siue ieiunia: siue genuflexiones: siue vigilie: siue alia bona exercitia.

X Quantū ad terciū q̄riť ex quo sic est s̄m sacrā scripturā ꝙ illi q̄ h̄nt bonā volūtatez deo seruiendi: nec sciūt se reos in aliquo actuali mortali pctō. vel saltē nitunť se custodire s̄m posse ipoꝝ vt deū nō offendant: ⁊ q̄nq₃ etiā iuuenib⁹ hoīb⁹ q̄ nō grauiter peccauerūt accidit talis tēptatio ⁊ tribulatio q̄re misericors de⁹ talē tribulationē super tales bonos hoīes ꝑmittit: q: cōiter loq̄ndo tunc nulla passio corpalis possit eis accidere q̄n poti⁹ sustinerēt ꝙ illā tribulationē. Rūdeo ꝙ de⁹ ꝑmittit hoc ex sua bonitate ⁊ proeoꝝ vtilitate. Nā de⁹ cognoscit q̄d est in hoīe ⁊ q̄d ꝓdest vel obest hoī. Modo aliq̄ sūt ex natura elate mentis: ⁊ illi ꝑ aliq̄d occultū donū dei vix citi⁹ possunt induci ad hūilitatē q̄ est initiū ⁊ fundamētū oīm ꝟtutū ꝙ̄ ꝑ talia inconsueta incidentia. q: tūc timēt ꝯsequenter post talia incōsueta incidētia sibi inesse incōsueta ⁊ inaudita pctā: s; hoc nō ē. q: hō ī vna cōplacētia supꝑbi⁹ posset deū pl⁹ offendere et plus deformis corā deo fieri ꝙ̄ si centū milia pessima incidētia vna die sibi incideręt ꝯ suā volūtatē: ⁊ hoc manifestū ē in supmo angelo. s. lucifero q̄ ꝓpť elationē a celo eiect⁹ ē. sic cōtingit q̄nq₃ ꝙ hō nō vult seipm cognoscere ꝓpter elationē mentis: qui tñ postmodū sic deduciť in cognitionē suipius: ⁊ qui ante alios ꝯtēpsit postmodū cognoscit se dignū esse contēni. Modo quid potest homī mag̃ preparare viā ad salutē ꝙ̄ illud. quia impossibile est ꝙ vnq̄ verus humilis damnetur.

Itē sciendū q hoīes simplices q non hūt ex scītia, nec ex vite experientia opinant q talis ariditas et tribulatio sp pueniat ex demerito pati: et hoc nō est verū, qz put ptinue cernim et in scripturis repim: tunc multotiēs sancti et deuoti hoīes his tribulationib tribulant. et sepe luxuriosi: auari: supbi: gulosi: et vsurarij. et alij mali hoīes his suppoztati sūt. Etiā qnqz aliqb accidit tribulatio talis i iuuentute cū adhuc modicū et nō grauit peccauerunt. Si aūt hec tribulatio et ariditas sm tuā estimationē vel sm vitatē tibi venissz p culpa tua in hoc de laudād esset. qz int oīa sm scripturā maximā ondit hoi charitatem qñ eū p culpa sua tali graui punitiōe punit. Secūdo hec tribulatōes et ariditates et passiones pseruāt a ruina petōz qz ipi intātū occupant cū istis q obliuiscūt supbie: luxurie gule. et adeo etiā q nec diuitias nec honores appetāt. Uñ dicit dñs p pphetā. Sepiā viam tuā spinis. Tertio pmouent ad vtutes et ad pfectū spuālē: qz cū intātū pmunt an xietate q nō pūt hre requiē: tūc sp qrūt auxiliū et subleuationē a deo p exercitia vtutū. et tūc de ex sua bonitate pmittit eos sic stare aliquādiu vt cumulēt vtutes et efficiantur vas plenū graz et vtutū. Quarto minuūt purgatoriū. Nam si peccasti tūc de ex sua bonitate vult te purgare p illas tribulatōes i pñti: vt in futuro nō puniaris. Uñ dr in decre. De nō dimittit petā impunita. de pe. di. i. Que penitet. Et multo facili ē hic pati et satisfacere q̄ i futuro. Uñ dr i decre. Igni purgatorio nulla tpalis pena ē cōpabilis. dist. xxv. Qui i aliud. Quīto tales tribulatōes pmiū i celo augmētāt si patient sufferunt. nā tales estimant se petores magnos et malos: et sūt qsiqz martires corā deo. qz pl ledit sic ptinue puniri q̄ semel decapitari. Modo psiderādū est q dñs de oīa disponit: vt vnde hoīes timeant se demereri magnū suppliciū inde habeant aliqñ magnū pmiū. Uñ sm sacrā scripturā ē signū magne grē in pñti et glie i futuro q̄ eueniēt talib vt sper. Idū ē. Ergo nō solū patient s; et letant sust inēdo sūt tales tribulationes. qz xps illā amaritudinē vult vtere in eternā dulcedinē. sicut ptingit cuidā vgini moniali q̄ ex pmissione diuina p lōgū tps in ariditate et amaritudine sue mētis stetit et postmodū xps eā liberauit et ei magnā dulcedinē tribuit. V Ultimo notādū ē quoddam exēplū qd legit in vitaspatrū. li. ij. c. liij. q qdā impugnabat a spū blasphemie et erubescebat hoc dicere: et quoscūqz audisset magnos hoīes et senes pgebat ad illos vt illis declararet. Et mox cū venisset ad eos iterū verecūdabat. Cū g frequēter ad abbatē quēdam veniret vidit eū senex habētē cogitationes: et dixit ei. Ecce frequēt venis ad me hñs cogitatiōes: et sic itez remeas tristis tecū illas repoztās: dic ergo fili qd habes. At ille dixit. Blasphemia impugnat me diabolus et erubescebā dicē. Et mox cū aperuisset ei causam leuioz impugnatio ei apparuit. Et dixit ei senex. Ne cōtristeris fili. Qñ hec cogitatio venit ad te: dic. ego cām ñ habeo blasphemie sup te sathanas sit illa: hāc eñ cām aīa mea nō vult. Quācūqz eñ cām aīa nō voluerit ñ diu pmanebit: et ita san fact fr ille discessit.

Dñica qrta post epiphie. Sermo. xx.

Sinite vtraqz crescere vsqz ad messem: et tēpe messis dicā messorib. colligite pmū zizaniā et c. Math. xiij. Sciendū q i celo sunt solūmodo boni. in inferno solūmodo mali. et i mūdo mixti sūt boni et mali. et hi ab initio mūdi vsqz ad finē nūq ex toto sepabūtur. Ergo dixit. Sinite vtraqz crescere. Uñ in pñti smone tria sūt dicēda. Prīo quō ab initio boni et mali sp simul vixerūt. Secūdo qre iā simul viuūt boni et mali. Tertio quō se hre debeāt boni: ne cohabitatio maloz eos a salute impediat. A Quātū ad pmū sciendū q ab initio mūdi boni et mali semp simul vixerūt. Hoc sic pbat. Nā adā duos filios habuit. s. cayn et abel. quoz alter malus fuit. s. cayn q fratrē suū abel bonū et iustū occidit. Item Noe tres filios secū habuit in archa quādo diluuiū venit. s. Sem Cham et Japhet. quoz duo in humilitate vixerūt: s; terti postmodū irrisoz prīs fact ē. Abraam duos filios habuit. quoz vn scz ysmahel psecut ē probū ysaac et fidelē. Itez ysaac duos filios habuit. quoz vn. s. esau reprobat ē a deo. et iacob a deo elect. Itē iacob. xij. filios habuit ex illis decē vēdiderūt iustū fratrem eoz et deo charū. Xps duodecī aplos habuit. quorū vn traditoz fuit. Uñ dr i euāgelio. Nōne elegi vos duodecim: et vn ex vobis diabol est. Sic adhuc modernis tpib vsqz in finē mūdi boni et mali simul viuūt: et hoc i oī statu. Nam int pncipes sūt aliq boni et aliq mali. similit int milites et int ciues et rusticos. et etiā int mechanicos. Silr et int presbiteros et religiosos. similit int suos et ancillas. et sic

num et ad malū cito flectuntur. et q: fragiles ideo de facili superantur. ideo diabolus nō ē aggressus virū sed mulierē sciēs q femina facilius deciperetur: cū sit sexus mollior: et facilius vinceretur cū sit sexus fragilior. Quō aūt pmi parentes trāsgressi sūt pceptū dūi hr Geñ. iij. vbi dr q serpēs erat callidior cūctis aīantibus terre que fecerat dūs deus. q dixit ad mulierē. Cur pcepit dūs deus vobis vt nō comederetis de oī ligno padisi. cui rñdit mulier. De fructu lignor q sūt in padiso vescimur. de fructu vero ligni qd est in medio padisi pcepit nobis ne comederemus et ne tāgeremus illud ne forte moriamur. Dixit aūt serpēs ad mulierē. nequaq moriemini: scit eñi deus q in quacunq die comederitis ex eo apient oculi vri: et eritis sicut dij sciētes bonū et malū. Vidit igitur mulier q bonū eēt lignū ad vescēdū et pulcrū oculis aspectuq delectabile: tulit d fructu illius et comedit. dedito viro suo q silr comedit. et statim apti sūt oculi ambor. Cūq cognouerūt se eē nudos consuerūt folia ficus et fecerūt sibi pizomata. ¶ Vñ qrit q's eor vel vir vel mulier grauius peccauit. Rñdet q mulier quādamodo grauius peccauit. Nā adā in duobus peccauit. s. comedēdo de fructu vetito: et excusando se de suo pctō. Vñ penā a deo accepit vt hr Geñ. iij. Cū dixit ei deus. In sudore vultus tui vesceris pane tuo donec reuertaris i terrā de q sumptus es: q: puluis es et in puluerem reuerteris. Sed in qttuor eua peccauit. Prio i supbia et incredulitate. naz ex supbia diuinitatem rapere voluit et diabolo plusq deo credidit. Vñ fm btm Tho. Mulier ex sola elatiōe mentis peccauit. q: appetijt eē sicut deus. Excecauit eñi eā appetitus excellētie vt crederet eē verū et possibile qd serpēs dicebat. et ideo seducta dr. Vir aūt nō credidit eē verū qd dicebat serpēs: et idō nō appetijt absolute sed cū pditiōe si possibile foret. sed tñ appetitus illius excellētie ipz adā ad expiendū incitauit igitur adā ex qdā elatione et qdā amicabili beniuolētia quā habuit ad vxorē nolēs eā turbare peccauit. Et adhuc hodierna die mulieres vt cōiter imitant euā in supbia et i incredulitate. qd pz. Nā puella. ix. annor quãq curiosius incedit i veste sua q masculus. xviij. ānor. et cuz vetula amplius se ornare nō audet tñ ad supbiā et laudē hoim nō desinit ornare filiaz aut nepē. Silr solēt se plus occupare i incredulitatibus et incātatiōibus q viri. q: quãq vna mulier plus vel magis scit de talibus supstitiōibus et carminibus q centū viri: et tales carmiatrices nō solū dānant: sed etiā nr̄a mala faciūt alijs in aiabus suis ¶ Secūdo eua peccauit: q: pomū phibitū comedit: et adhuc hodierna die mulieres imitant euā in hoc q: qd est eis phibitū hoc citius faciūt. Tertio peccauit i hoc q viz ad peccandū incitauit. vñ dr Gene. iij. q ipa comedit et dedit viro suo. et tūc qñ vir comedit ex hoc nobis dānū venit. nā si sola mulier peccasset nobis non nocuisset. Quarto mulier peccauit se excusando et culpā suā defendēdo: dicēs serpēs decepit me. sic adhuc mulieres hodierna die optime se sciūt excusare et culpas suas defendere: sed qa eua magis peccauit q adā. idō deus penā et plagā grauiorē ei intulit dicēs illud Geñ. iij. Multiplicabo erūnas tuas et pceptus tuos. In dolore paries filios tuos et sub ptāte viri eris et ipe dñabit tui. Pro quo sciēdū q si adā et eua nō peccassent tūc mulieres sine pudore cōcepissent: et sine grauamie portassent: et sine dolore peperissent. Circa qd qrit vtrū si adā pstitisset meruisset pfirmatioēm oibus posteris suis. Rñdet fm Tho. in pma parte. sū q. c. Aliq dicūt q sic. aliq dicūt q nō. qd magis verisimile ē. Vñ qlibz filior peccare potuisset vel qz ad pfirmationē. ¶ Ité qrit qre deus fecit hoiem vt peccare potuit. Rñdeo fm magistrū i opē. the. veri. Prio vt declararet dei sapia q ex malo scit elicere bonū. Nō eñi deus pmitteret malū fieri nisi ex malo eliceret bonū. Secūdo vt manifestaret dei demētia q xpo morte suā pditū hoiem liberauit. Insup dei iusticia q nō solū bonis premia reddit. sed etiā malis supplicia. ¶ Quātū ad tertiū qrit qre deus aiam pciosā vniuit corpi defectuoso. Rñdet q hoc fecit ppt tres causas. Pria ē vt deus opa sua pficeret. fecerat eñi deus creaturā pure corpalē: sic celū et terrā: aliam pure spūalē: sic āgelū. et idō ne i dī ope aliqd incōpletū remaneret oportuit vt faceret tertiā creaturā. s. corpalē et spūalē. videlz hoiez q cōstat ex corpe et aīa. Secūda cā qre deus cōiunxit aiam corpi ē vt aīa i corpe et p corpus multa merita acqreret. Quedā eñi sunt qbus aīa sine corpe pōt mereri sic in diligēdo deū: agnoscēdo deū: et in memorādo deū. Imo sepe in talibus aīa a corpe impedit. Sap. ix. Corpus qd corrūpit aggrauat aiam. Alia vo sūt qbus aīa nō pōt mereri sine corpe: vt ieiunando: pegrinādo: martiriuz sustinēdo: flagellatōes et abstinētias: et huiusmodi. Tertia vt aīa maiorē gloriā pcipiat i futuro. Si eñi aīa fuissz sepata a corpe: tūc tñ fuisset in

visione dei glorificata. Sʒ mō hō q̄ ē cōposit⁹
ex corpe ꝛ aīa glorificabit tā ī corpe ꝙ̄ ī aīa
ꝛ in visione hūanitat̃ ꝛ deitat̃. T Ulti9
sciendū ꝙ sicut aīa ex cōiūctōne ad corp⁹ plu
ra bona consequitur: sic ꝛ multa incōmoda hʒ
ex ꝯiūctione ipsius corpis. Pr̄io hʒ pcī origi
nalis inq̄natonē. Uñ Job. xiiij. Quis potest
facere mūdū de immūdo ꝯceptū semine. vñ
etiā ps. l. Ecce enī in iniq̄tatib⁹ cōcept⁹ sum.
Nam in pctīs cōcipimur ꝛ ī pctīs nascimur
Secūdo pcī pronitatē. vñ Geñ. viij. Pro
ni sunt sensus hoīs ad malū ab adolescētia
sua. Tertio boni opis difficultatē. Nā oñies
angeli ab initio mūdi vsq̄ hodie nō habue-
runt tantā difficultatē ꝛ tantū laborē in fui
endo deo: sicut vir⁹ hō q̄ seruit deo vno solo
die. Et hoc est ex respectu corpis. q: corp⁹ est
ineptū ꝛ graue ꝛ pigrū ad oē bonū. Quarto
hʒ intellect⁹ hebetudinē. q: aīa sepata a corpe
clariorē ꝛ lucidiorē intellectū hʒ. Quīto cōti-
nuā impugnationē. Uñ apl'us ad Gala. v.
Caro ꝯcupiscit aduersus spūm. Nā aīa anhe
lat ad celestia: s̄ corp⁹ trahit continue infra.
Sexto passionū multiplicitatē. vñ Job. xiiij.
Homo nat⁹ de muliere breui viuēs tpe reple
tur mult̃ miseriis. Septīo gl'ie retardationē
gloriā enī futurā nō pcipiem⁹ ꝙ̄diu hic ī cor
pore detinemur. Propt̃ea dicit apl's Phil'. i.
Cupio dissolui ꝛ esse cum xp̄o.

In eadē dñica. Ser. xxxv. de v̄bo dei.

Emen est verbum
dei. Luč. viij. Est enī semē v̄bū
dei qd̄ xp̄s de celo attulit ꝛ ī ter
ram seminauit: nisi hoc semē xp̄us attulisset:
tot⁹ mūdus in sceleribus pmāsisset. vñ Esa. i.
Nisi dñs exercituū reliq̄sset nob semē q̄si so-
doma fuissem⁹. Uñ in p̄nti sermone tria sūt
dicēda. Pr̄io q̄lit̃ v̄bū dei sit audiēdū. Secū
do d̄ fructib⁹ v̄bi dei. Tertio q̄re mali hoīes
audire nō p̄nt veritatē. V Quantū ad
p̄mū sciendū ꝙ v̄bū dei ē audiēdū. Pr̄io re
uerēt̃ ꝛ ꝺuote q̄si ex ore xp̄i pcederet. vñ Lu.
x. Qui vos audit me audit ꝛc. Item Mat. x.
Nō enī vos estis q̄ loq̄mini: s̄ spūs pr̄is mei
q̄ loquit̃ in vob. Uñ dr̄ de hoc in decre. Non
mīn⁹ re⁹ erit q̄ v̄bū dei negligent̃ audit ꝙ̄ q̄
corp⁹ xp̄i ex sua negligētia in terrā cadere p
mittit. vñ Aug. in quodā s̄mone. Benigne
audiēdū ē: deuote suscipiēdū: ꝛ sollicite ꝯser
uandū qcq̄d ad aīaꝝ salutē ptinet. ꝛ nō sicut
v̄bū hoīs: s̄ sicut v̄bū dei: siue illud sit ꝯsola-
toriū siue cōminatoriū siue increpatoriū qd̄
audiat̃. Secūdo v̄bū dei audiēdū ē memorit
ter. vt sicut aīal mūdū qd̄ ruminat. s̄ sūt qui
dā q̄si cribrū qd̄ cū in aqua imergit̃ implet̃.
s̄ q̄n extrahit̃ tūc vacuū est sicut antea fuit.
Uñ v̄bū dei custodire oportet. Luč. xi. Bti q̄
audiūt v̄bū dei ꝛ custodiūt illud. Glo. Bti q̄
audiūt v̄bū dei ꝛ mēte recōdūt ꝛ ope implēt
vt possideāt vitā eťnā. Uñ apl's ad Ro. ij.
Nō auditores legis iusti sūt apud deū: s̄ fa
ctores legis iustificabunt̃. X Pro quo
sciendū ꝙ tria dāna incurrūt q̄ audiūt v̄bū
dei ꝛ nō faciūt. Primū ē ꝙ grauī⁹ punient̃.
vñ Job. xv. Si nō venissē ꝛ locut⁹ eis nō fu
issent pctm̄ nō haberēt: nūc aūt excusatōnē nō
hñt de pctō suo. vñ Luce. ij. Seruus sciēs vo
luntatē dñi ꝛ non faciens plagis vapulabit
multis. Si enī rex terren⁹ nūciū iter mādan
dū tibi aliqd̄ mitteret ꝛ tu hoc facere nolles
cū hñ posses: regē grauit̃ offēderes. Sic rex
gl'ie iesus xp̄s toties tibi nūciū mittit quoti
ens v̄bū dei audis: ꝛ si nō facis: regem vtiq̄
xp̄m offendis. Sʒ diceres. Ex hoc seq̄tur ꝙ
iudei ꝛ pagani q̄ s̄monē nō audiūt sūt excu
sati. R̄ndet̃ ꝙ nō. q: fides in oib⁹ partibus
mūdi est p̄dicata. Uñ ps. In oēm terrā exi
bit son⁹ eoꝝ ꝛc. Secūdo ille q̄ v̄bū dei audit
ꝛ nō facit obserat sibi ipi ianuā celestis regni
ps. Hodie si vocē ei⁹ audieritis ꝛc. Et seq̄tur.
Iuraui in ira mea: si. i. nō introibūt in reqē
meā. Tertio cū ipi in futuro clamabūt: tunc
xp̄s ipoꝝ clamorē nō exaudiet. ps. Tūc inuo
cabūt me ꝛ ego nō exaudiā eos. Y Ter
tio libent̃ v̄bū dei ē audiendū ppt̃ multipli
ces fruct⁹ quos confert illis q̄ deuote ꝛ liben
ter audiūt v̄bū dei. Pro quo sciendū q̄ntū ad
secūdā ptē istius s̄monis ꝙ verbū dei multa
bona opatur in hoīb⁹ audiētib⁹ illud deuote
Pr̄io enī mūdificat hoīem. vñ Joh. xv. Iam
vos mūdi estis ppt̃ s̄monē quē locut⁹ sū vo
bis. Et hoc cōtingit dupliciť. Pr̄io q: v̄bū
dei est speculū ī quo q̄s cognoscit pctā sua. q
s̄m Senecā. Initiū salutis est cognitio pcī.
Secūdo q: v̄bū dei dat grām audiēdi illud
p quā hō mūdat̃. Uñ Prouer. xiij. Doctri
na bona dat grām. Uñ reprehensibiles sūt il
li q̄ lauāt faciē vel vestimēta ꝛ calceos mun
dant: ꝛ aīam maculatā nō curāt mūdare. Itē
parētes illi q̄ pueros ad balneū corpale por
tant vt ibi lauent̃ ī corpe: s̄ nō ad sermones
vbi lauāde sūt aīe. Nā multū vtile esset pue
ris a iuuentute audire v̄bū dei: q: post ī se
nio plus essent inclinati ad audiēdū s̄mōes
Sicut patet in ramusculo qui ad quācūq̄

partē pmo flectit' postea semp inclinat'. Se cūdo v̄bū dei opat' p̄ntiā dei i illis q̄ illud de uote audiūt. Vn̄ Math. xviij. Ubi duo vel tres cōgregati fuerit in noīe meo ibi in me dio eoꝝ ego sū. Hoc idē habet' Lu. xxiiij. de il lis duob' discipulis q̄ in die pasche iuerūt ī hierl'm in emaus ⁊ loq̄bant' inuicem de xp̄o Et dū sic fabularēt' inuicē ies' appropiquās iuit cū illis. Tertio v̄bū dei cibat aīaz. Mat. iiij. Non in solo pane viuit hō: s̄ i oī v̄bo qd̄ p̄cedit de ore dei. vn̄ Greg. Cibus anime est v̄bū dei. Nā sicut corp' cibat' cibo corpali: sic aīa v̄bo dei. Vn̄ qui nō pōt comedere corpa liter ⁊ cui nō sapit cib' vel q̄ nō retinet cibū signū est magne infirmitatꝭ ⁊ ppinque morꝭ vn Gre. Quisqs eni alimēta nō retinet: hu ius p̄fecto de vita despat'. Sz heu sūt pl'es q̄ quotidie corp' curāt ⁊ cibāt cibo corpali: sed aīam p̄ciosaz pmittūt fame pire ⁊ mori: nec cibāt cā cibo spūali. s. verbo dei: sicut sūt illi q̄ q̄ncz in q̄tuor septimanis nō audiūt v̄bū dī Et si p q̄tuor dies deberēt abstinere a cibo corpali esset eis valde graue. s̄ de aīa spūali ter cibāda nl' curāt vel sentiunt. Quarto v̄ bum dei oñdit hoiem discipulū dei. Vn̄ Joh. viij. Qui ex deo ē v̄bū dei audit. Nā natura le est q̄ qlibet audit libēter de p̄re ⁊ matre ⁊ fratrib': ⁊ de cognatꝭ suis: ⁊ de patria sua cū est in exilio constitut' ad quā redire intendit Sic si de' est pat' ⁊ btā v̄go est mat' ⁊ sancti angeli fratres ⁊ regnū celeste patria tua: ⁊ si ad illō anhelas toto corde tuo: tūc vticz libē ter audis loq̄ de his: ⁊ quō illuc peruenias. Quinto v̄bū dei a morte liberat ⁊ et'nā bea titudinē acqrit. vn̄ Joh. viij. Si qs sermonē meū seruauerit nō gustabit mortē in et'num

A Quantū ad tertiū p̄ncipale q̄rit' quare mali hoies veritatē audire nō possunt. Re spondet' q̄ hoc fit ppt' tria. Primo q: videt' eis dura. Joh. vi. Durus est hic s'mo ⁊ quis pōt eū audire. Verū. Videt' vobis durū cū dicitur. Agite penitentiā erratis. Sed aliqn̄ audituri estis v̄bū asperū ⁊ sermonē duꝝ et auditionē malā scz. Ite maledicti in ignē et' nū ⁊c. De q̄ iusti nō timebūt: dicente ps. Ab auditōne mala nō timebūt. Secūdo q: factꝭ eoꝝ v̄bū dei est ꝯtraria. Sapie. ij. Contrari' est opibus nostris: ⁊ improperat nobis pec cata legis. Vn̄ etiaz Joh. iij. Qui male agit odit lucē: ⁊ nō venit ad lucez vt nō arguant' opa eius. Tertio q: corda eoꝝ sūt ad aliud inclinata ad modū vasis qd̄ hz os versus ter ram. vn̄ Eccli. xxi. Audiuit luxuriosus ⁊ di splicebit ei: ⁊ proijciet illud post dorsum suū. vn̄ etiā Prouer. xviij. Nō recipit stult' ver ba prudētie: nisi ea dixeris q̄ versant' in cor de eius. Vn̄ tales pueri hoīes dicūt illud Esa. xxx. Loq̄mini nob placentia. B Ul timo nota exemplū de his q̄ recusant v̄bū dī audire. Scribit Jacob' de vitri. q̄ fuit q̄daz rustic' q̄ nunq̄ voluit audire v̄bū dei: s̄ sep exiuit de eccl'ia q̄ cito sacerdos incepit s'mo nem. ⁊ stetit i cemiterio ꝯfabulando cū alijs rusticis qui sep' a plebano suo propter hoc correptus fuit ex eo q̄ se ⁊ alios impediret: s̄ ipe se nō emēdauit: s̄ in ptinacia sua p̄mās̄it Qui postea grauit' infirmat' vocauit pleba nū ⁊ cōfessus est ex timore morꝭ ⁊ nō ex cha ritate dei ⁊ sue salutꝭ: ⁊ in eadem infirmitate postmodū in breui est defunct'. Cū aūt ad ec clesiā esset delat' ⁊ sacerdos ⁊ alij clerici offi ciū defunctoꝝ circa feretrū facerēt legēdo et cantando: imago crucifixi corā oī populo ce pit obdurare cū digitis aures suas: manib' a cruce separatꝭ: qd̄ cū oēs circūstantes aspi cerent valde mirabant': tūc sacerdos ait ad ppl'm. Scitis q̄le signū ē hoc. Rñdit ppl'us q̄ nō intelligerēt qd̄ xp̄s p illud signū p̄ten deret. Dixit sacerdos scire debetꝭ q̄ ille rusti cus cui' corp' iacet in hoc feretro mō ē in ma nib' diaboloꝝ. Idcirco sicut obstruxit aures suas ne audiret v̄bū dei: ita de' claudit aures suas ne audiat p̄ces n̄ras qs p eo fūdimus ⁊ p̄hibuit omib' ibidē exn̄tib': ne p ipa aīa amplius orarent: ⁊ tūc cessauerunt oēs p eo orare: ⁊ corp' ei' est delatū de loco sacro ⁊ se pultū ē in cāpo. q: p aīa dānati ampli' non est orandū: q: i inferno nulla ē redēptio. vn̄ Gre. xi. li. mora. q̄sqs ad inferni mala tolle randa semel descenderit. nequaq̄ vlteri' ad lucē redibit. q: nequaq̄ vlteri' nisi peenꝭ li berat qs semel i locꝭ penalib' iusticia iudicāꝭ dānat

Dñica in q̄nquagesima. Sermo xxxvi. de gaudio mundano.

Ecce ascendim' hie rosolimā ⁊ ꝯsūmabūt' oīa q̄ scri pta sūt p pp̄has de filio hōmis Lu. xviij. Mar. x. In isto euāgelio duo notā tur. s. passio xp̄i ⁊ illuminatio cuiusdam ceci. C Sed diceres q̄re illo tpe eccl'ia reducit nob ad mēoriā passionē xp̄i. Rñdet'. vt gau dū mūdi qd̄ illo tpe exerceri solet illis die b' i nob tēperet'. Necz ei fili' ē necz filia q̄ vl' q̄ p̄rez suū tā vilit' tractari videret: q̄ vl' q̄ n̄ sē ab oī gaudio tēperaret. vt s̄ ꝯpatiamꝰ xp̄o

ꝛ respuam⁹ gaudia mūdi tūc nob̄ hodie ꝓpo nit passio xp̄i mag̃ manifeste ꝙ̄ in aliq̄ alio euāgelio dn̄icali ꝑ totū annū ꝓter dn̄icā pal maꝝ in q̄ passio legit̄. Uñ xp̄s dic̄. Ecce ascē dim⁹ ꝛc̄. Uñ in isto ſmone tria sūt dicenda. Pͥo ꝙ̄ gaudiū mūdi ē spernēdū a nob̄. Se cūdo quot modis gaudiū mūdanū est pctm̄ mortale. Tertio exēplū. D Quātū ad pͥ mū est sciendū ꝙ̄ gaudiū mūdi ē spernēduꝫ ꝓpt̄ qnqꝫ. Pͥo q2 ore dei est maledictū. vñ Luc̄. vi. Ue vob̄ diuitib⁹ q̄ hic habetꝭ ꝯsolati onē vestrā. Quis eñ hō audet gustare cibū ab aliquo sctō maledictū: q̄tū ḡ timēdū est ꝛ cauendū gaudiū mūdi qḋ ē maledictū a sctō sctoꝝ. vñ ps̄. Renuit ꝯsolari aīa mea: ſꝫ poti us debem⁹ diligere tristiciā a xp̄o bn̄dictam Math. v. Bt̄i q̄ lugēt ꝛc̄. Jtē sciēdū ꝙ̄ gau diū mūdanū ex fatuitate ꝓuenit ꝛ ex ignorā tia. s. qn̄ ipi hoīes mūdani gaudēt ꝛ rident. Prouer. v. Stulticia ē gaudiū stulto. vñ ſm Aug. Uidet̄ insania eē q2 ē gaudiū frenetico rū q̄ infirmitatem nō cognoscūt ꝛ ridēt: ꝛ amici eoꝝ plorāt ꝛ tristant̄. q2 cognoscūt in firmitatē ipoꝝ mag̃ ꝙ̄ ipi ꝑ se: ꝛ sic t̄lēs mū dani gaudēt cū xp̄s ꝓ eis flet. Uñ Ber. Cō patit̄ dei fili⁹ ꝛ plorat. hō patit̄ ꝛ ridet. ḡ sa piētes ꝑeligūt gaudio p̄ñti tristiciā. dicentes illud Eccl̄. ij. Risū reputaui errorē. vñ Ber. loquens de fletu xp̄i dicit Xp̄m sup lazarū ꝛ ci uitatē fleuisse legim⁹: risisse x̄o ꝛ iocasse eum nūꝙ̄ legim⁹. E Secūdo gaudiū mūdi ꝛ hui⁹ seculi ē spernēdū ꝛ fugiēdū: ideo q2 nō ē purū: ſꝫ cū tristicia mixtū. Amatores eni hui⁹ mūdi nō p̄ñt hr̄e purū ꝛ verū gaudiū i reb⁹ hui⁹ seculi. sicut boni hui⁹ seculi ꝯtemptores hñt in deo. ꝛ nō hui⁹ est. Aut eī ledūt̄ i ꝯsciā aut i corpe aut in vtroqꝫ simul. x̄bi grā. Si q̄s q̄rit delectationē i cibo ꝛ nimiū sumit de ci bo ꝛ potu peccat ꝛ ledit̄ i ꝯsciā ꝓpt̄ synderesim remordentē. Jnsup grauat̄ i corpe intā tū ꝙ̄ postea nō delectat cū aliq̄d boni opari. Jtē si chorizat tūc erit fessus i corpe. Et cū h̄ ledit̄ i aīa. Jtē si luxuriā exercet ꝛ excedit in nimietate: tūc habebit nauseā ꝛ ledit̄ i ꝯsciā ꝛ cū hoc debilitat̄ in corpe. vñ Arist. de regi. pn̄ci. Coit⁹ est destructio corpis ꝛ abbreuia tio vite. Jtē si in diuitijs tūc hꝫ laborē i acq̄rē do. timorē in custodiēdo: dolorē in amittēdo Jtē si in ptātib⁹ ꝛ dignitatib⁹ tūc oportet eū hr̄e curā ꝛ sollicitudinē subditoꝝ. vñ Greg⁹ sup Ezech. Quāto q̄s hic altior erigit̄ tāto curis grauiorib⁹ onerat̄ eiusqꝫ ꝓpꝛijs mēte et cogitatiōe supponit̄ q̄b⁹ dignitate ꝓponit̄.

vñ Boe. O ꝙ̄ multis amaritudinib⁹ dulce do hūane felicitatꝭ respersa est. Tertio gau diū hui⁹ seculi est fugiēdū etiā si nō esset ma ledictū a xp̄o: ꝛ si esset purū gaudiū tñ adhuc spernēdū esset. q2 breue ꝛ momētaneū est. vñ Job. xx. Gaudiū ypocrite scꝫ mūdi ad istar pūcti. Habituri eñ sūt boni ꝛ mali tristiciā ꝛ gaudiū: aut hic aut i futuro. ſꝫ boni sciētes ꝙ̄ gaudiū p̄ñtꝭ vite ē breue ꝛ gaudiū future vi te est lōgū: ḡ tristiciā ꝑeligunt i p̄ñti: ꝛ gaudiū in futuro. Aug. Sapientia sctoꝝ ē hic tpalit̄ cruciari ꝛ alibi ineffabili delectari: mali x̄o cō trario faciūt. Uñ si q̄s aduerteret ꝙ̄ breue ꝛ momētaneū ē gaudiū hui⁹ seculi oīno fuge ret ꝛ sperneret illud: ꝛ deo ſuiret ꝓ eternis ꝛ sempiternis gaudijs. F Uñ in vita patrū ordinis p̄dicatoꝝ legit̄ exēplum tale ꝙ̄ mgr̄ rulād⁹ in quodā festo habuit de scarleto no uas ꝛ p̄ciosas vestes: ꝛ cū solēnib⁹ epul' int̄ fuisset cū socijs ꝛ totū illū diē in vanitatib⁹ ꝛ ludis ꝛ in vana glīa trāsegisset: in sero ad se reuersus ꝛ tact⁹ a sp̄ūsctō intrinsec⁹ ait. Ubi ē festū qḋ fecim⁹: ꝛ illa leticia quo abijt. Ui dens ergo ꝙ̄ oīs mūdi leticia cito transit ꝛ i dolorē ꝯuertit̄. sequuti dic ordinē p̄dicatoꝝ ē ingressus i quo mult' annis p̄dicauit: ꝛ d̄ns fuit in oī scītate: fama: doctrina ꝛ scīētia ꝑclar⁹. G Quarto gaudiū seculi ē fugi endū: q2 p̄uat hoīem eternis gaudijs. Uñ Greg. in mel'. Nemo pōt hic gaudere cū h̄ seculo ꝛ illic regnare cū deo. Hoc est durū ver bū amatorib⁹ mūdi cū hoc seculo se letifican tib⁹. s. chorizando: cantādo de nocte in plate is: ꝛ ridendo cū cachīnis ꝛ turpib⁹ x̄bis ꝛ factis se deordināðo. O ꝙ̄ miseri ꝛ ceci sūt tales q̄ estimāt meliora esse gaudia hui⁹ se culi ꝙ̄ meritū xp̄i ꝛ gaudia celi. Et isup sper nunt ꝛ ꝑuipēdūt xp̄m: mariā: ꝛ deos sctōs ꝛ angelos. Nā q̄ illicite gaudēt illi ꝓponūt il la gaudia gaudijs celi ꝛ societati marie ꝛ oīū sctoꝝ ꝛ gaudijs q̄ habituri sunt boni in celo ꝛ a ꝑticipatione marie: ꝓphetaꝝ: apostoloꝝ martyꝛū: cōfessoꝝ: v̄ginū: ꝛ oīm electoꝝ. qa vnusq̄sqꝫ habebit speciale gaudiū a quolibꝫ sctō ꝛ a quolibꝫ angelo. vñ Eusebi⁹. Unus q̄sqꝫ intantuꝫ gaudet de alteri⁹ merito sicut de suo ꝓpꝛio. Si tales mūdi amatores corde ꝛ rōne vellēt gaudia celi p̄oderare: tūc merito gaudia isti⁹ seculi deberēt spernere ꝛ volup tates corporis abdicare. vñ Aug. de li. arbi. Tanta ē iocūditas luc̄ eterne vt si etiā nō lice ret ampli⁹ in ea manere ꝙ̄ vni⁹ diei horā. ꝓ pter hoc solū innumerabiles anni hui⁹ vite

pleni delitijs et etiã cum affluẽtia bonoꝝ tem poraliũ recte meritoqꝫ cõcẽnerent. Un̄ ps. Qm̄ mille anni ante oculos tuos tanq̄ dies hesterna q̄ preterijt. M Quinto gaudiũ seculi est fugiẽdũ. qꝛ in etnũ̄ve mutabit. Nã sicut tristib⁹ salabit tristicia coꝝ mutabit i gaudiũ. vt hr̄ Joh. xvi. sic p oppositũ gaudiũ mũdanoꝝ vertet in etnã tristiciã. vñ Gre. in omel. Presentia gaudia sequũt ppetua la menta. verbi grã. Risus illicit⁹ vertet i fle tũ sempiternũ. vñ Lu. vi. Ve vobis q̄ nũc ri detis. qꝛ lugebitis et flebitis. Itez gula et satie tas vertet in esuriẽ. Luce. vi. Ve vobis qui saturati estis qꝛ esurietis. Et ps. Famẽ patiẽ tur vt canes. et circuibũt ciuitatẽ. Apoc. xvi. Manducabunt linguas suas p̄ dolore. Itez ebrietas coꝝ vertet i siti. ps. Ignis sulphur et sp̄us pcellaꝝ ps. calicis coꝝ. Item diuitie vertentur in paupertatẽ. vñ Luce. vi. Ve vo bis diuitib⁹ qui hic habetis cõsolationẽ vr̄am Hoc pꝫ in diuite epulone qui in inferno vl tra mille annos p vna gutta aque petijt nec vnq̄ obtinuit. O q̄ stulti sũt q̄ hic letant et i delitijs viuũt. qꝛ tñ verba xp̄i nõ pteribunt. Luc. xxi. Celũ et terra trãsibũt. v̄ba aũt mea nõ trãsibũt. Et nota hic vnũ exemplũ de his qui hic letant et in delitijs viuũt quõ in futu ro punient. quere in ser. lxij. Y. I Quãtũ ad secũdũ sciendũ q̄ gaudiũ mũdi et inepta leticia et gestus corpis inordinat⁹ mentis leui tatez ostendens põt esse pctm̄ mortale. Primo cum qs inepte letat et iactat se in his q̄ fm̄ se sunt mala. sicut hr̄ Prouer. ij. Letant cũ ma lefecerint: et exultant in reb⁹ pessimis. et sic ex obiecto sortit reatũ pctī mortal'. qꝛ tales gau dent de q̄bus valde dolendũ est. s. de pctis. Itẽ pꝫ hoc etiã Eccli. xix. Qui gaudet de ini quitate denotabit. i. de libro vite delebit. et hoc nõ fit nisi p pctm̄ mortale. verbi grã. Si qs letat: et iactat se de ppetratiõe pctõꝝ. s. de actu luxurie: vt q̄ illã ancillã vel illã v̄ginez vel filiã illi⁹: vel vxorẽ illi⁹ violauerit. Sil'r qñ d̄ chorea illicita vel de torneamẽtis iactat se et sic querit laudari. Similit' qñ iactat se d̄ vindicta q̄ illũ pcusserit: vel q̄ de⁹ vindica uit eũ de illo. qꝛ infortuniũ accidit sibi. Sil'r q̄ de supbia vestiũ et de honore sibi exhibito nimiũ gaudet. Sil'r qui iactat se de fraude q̄ p̄ximũ decepit. vñ Grego⁹. Dupliciter peccat q̄ se de crimine iactat. R Querit vnde venit q̄ hõ i malo letat. Respõdet ex igno rantia et cecitate mentis. Un̄ Sapie. ij. Exce cauit eos malicia coꝝ. hoc pꝫ. Nam si attẽde rent pctī grauitatẽ: offensam dei et penã eter nam: magis flerent q̄ gauderent. Un̄ xp̄s di xit in euangelio Lu. xix. Si cognouisses et tu supple fleres: ac si diceret. O tu supbe si co gnosceres hũiliationez q̄ humilieris in igne infernali nõ gauderes s; fleres. Similit'. O chorizans si cognosceres quõ oĩs mot⁹ petu lantie est saltus in pfundũ doãe. supple fle res potius q̄ gauderes siue rideres. Simili ter. O gulose et ebriose si cognosceres eternã famẽ et sitim q̄b⁹ post hanc crucieris nõ gau deres. Similit' O diues q̄ scient res iniu stas possides si cognosceres futurã paupta tem etc. Similit' O luxuriose q̄ in delitijs cor poris viuis si cognosceres quõ pars illoꝝ lu xuriãtiũ erit in stagno igne et sulphure. vt hr̄ Apoc. xxi. supple fleres. Similit' O accidio se si attẽderes dictũ xp̄i. vt hr̄ Math. xx. Li gatis manib⁹ et pedib⁹ pijcite eũ i tenebras exteriores etc. Un̄ q̄libet xp̄ianus debet fle re de malis cõmissis et nõ letari exẽplo ma rie magdal. et btī Petri apl̄i q̄ fleuerũt ama re p pctis suis. vñ Math. v. Bti qui lugent qm̄ ipi cõsolabunt. Nã est magna pueritas letari et iactari se in malis. Un̄ Bern. Quid est magis puerile q̄ letari cũ malefeceris et in rebus pessimis exultare. L Secũdo cũ aliq̄ assumunt ad scurrilitatẽ et ad ineptã leticiã que vergũt in nocumẽtũ p̄ximi vel cõ temptũ dei. verbi grã. Sicut deridere et sper nere vel vilipẽdere p̄ximũ et eũ ad irã puo care p talẽ leticiã vl' scurrilitatẽ: tũc talis re⁹ erit oĩm pctõꝝ q̄ ille pueccat⁹ sic cõmitit. Nã est regula iuris. Qui occasionẽ dãni dat dã num dedisse videt. Un̄ etiã d̄r in decre. Dã tes occasionẽ scandali rei sunt peuntũ. i. q. i. Mi qui. Similit' s' in Aug. Qui ante carnisp uiũ assumũt formas mõstruosas in quib⁹ in dicãt se hr̄e aĩm beluinũ. Un̄ d̄r i decre. He stus corpis q̄litatẽ indicat mentis. dis. xli. Cle ricus. Similit' illi q̄ circuierũt i ciuitate i car nispriuio pcẽdo cineres sup hoĩes vel qui maculãt hoĩes quocũqꝫ mõ vel etiã q̄ discur runt vel trudũt hoĩes in formis bestiaꝝ: et i formis demonũ. Similit' et mulieres q̄ indu unt habitũ virilẽ et ecõuerso viri q̄ induunt habitũ muliebrẽ: qd̄ est absurdũ et abomina bile. qꝛ ex hoc multa mala eueniũt. Nã q̄nqꝫ aliq̄ psone q̄ al's nunq̄ possunt puenire: tũc conueniũt in tali habitu. et sic vna psona con citat aliã ad malã cõcupiscẽtiã. Un̄ nulla p sona honesta et proba mulier deberet se sic transformare. Unde sp̄ussanctus loquitur

p pbet.i.vt hr Deut.xxij. Non induet mu
lier veste virili. nec vir vtet veste feminea ab-
ominabilis eni est apud deu q facit hec. Itẽ
aliquẽ psone sunt q in carnispriuio assumut
sibi habitu religionis ⁊ transformat se i mo
nachos: ⁊ sic in scõ habitu chorizant in quo
tales grauiter deu offendut. Insup grauiter
peccat qui ad talia iuuant q vestes pcedunt
viris ⁊ mulierib ad transformandu se: vel
etia qui in domib eor pmittunt talia fieri.
Similit ⁊ rectores ciuitatu ⁊ villar q in loc
sibi comissis ⁊ subiectis scient pmittut talia
fieri: rei erut oim petor eor. Vñ dr i decre.
Facientẽ ⁊ consentientẽ pari pena constrin
git.xxij.q.iij. Oñis. Similit illi grauit pec-
cant q carnes vltra media nocte feria tertia
in carnispriuio comedut. qr tnc incipit ieiuni
um ¶ Et nota inde exẽplu de his q tuc
comedut carnes post mediu noctis. Legit i
dialo. Cesarij q quidaz comunantes diuersas
carnes cu vino exquisito vsq ad mediaz no
ctẽ comederut: ⁊ cu saturati essent nimis post
modu in ipso gallicantu hospes vocans serui
torẽ suu dixit ei. Certe adhuc comedem car-
nes vade ⁊ affer nobis gallina i ptica iuxta
gallu sedentẽ. qr ceteris pinguior esse cosue-
uit ⁊ prepara nobis. Qua cu strangulasset ⁊
ventre aperto manuq imposita ⁊ cu omia
intestina ei simul eicere se putaret maximu
bufonẽ extraxit. cui motu cu manu sensisset
⁊ pieciisset vidissetq quid esset. repẽtino suo
clamore oms vocauit videntes illi intestina
galline in bufonẽ versa: cofusi sut ⁊ a loco co
muni recesserut intelligentes esse op diaboli
Tertio peccat qs p inepta leticia ⁊ p gaudi
um seculi cu aliqs ad talia nimis vehemẽt
afficit ppt nimia coplacẽtia qua hz in tali-
bus gaudijs seculi ⁊ vanitatib. vñ Augu.
Nullu petm est adeo veniale qd no fiat mor
tale du placet. Ergo qui i aliquo petõ qd sm
gen suu esset veniale habuisset quis nimia
coplacentia: tuc confiteri debet illud ppt se-
curitatẽ. Et etia qnto maior est delectatio in
quocuq petõ tanto maior pena debet huic
petõ. vñ Apoc. Quatu glorificauit se ⁊ in de
litijs fuit tantu date illi tormentu ⁊ luctu. Ex
quo ps q reprehensibile est nimia coplacenti
am habere in iocis ⁊ in gaudijs hui seculi.
Quarto cu qs inepte letat ⁊ scurrilitatez et
vanitatẽ exercet nec tn ɔ charitatẽ dei ⁊ pxi
mi facere attẽptat: ⁊ sic ẽ solu veniale. Quin
to cu qs iocat ⁊ letat vel facit aliqua leticia
vt seipm vel aliquẽ aliu tristẽ vel temptatuz
releuet: ⁊ sic ẽ bonu ⁊ licitu. vñ Aris. vij. eth.
Homo sp indiget quadaz delectatõe qsi qua
da recreatiõe ppt multos labores q sibi oc
currunt. Naz in nimia tristicia excecat deuo
tio ⁊ opatio xtutu suffocat. sic q non libeat
hoi aliqd boni facere q nimis est tristis in se
metipo. Itẽ si mẽs huana sp extẽderet circa
seria fatigaret ⁊ hebetaret. ⁊ iõ pueniẽs ẽ p
loco. ⁊ tpe vt hẽat requiẽ ⁊ recreationẽ. cauẽ
da tn est superfluitas ⁊ excessus. vñ Arist. ix.
ethi. Paru de delectatõe sufficit ad vita qsi
p codimẽto: sicut paru sufficit de sale p cibo
Ex quo sequit q isti sunt reprehẽsibiles q ni
mium insistunt gaudijs seculi ⁊ recreatiõib
corpis. ¶ Quatu ad tertiu nota exem
plu de vno q sp tristabat in hoc seculo: ⁊ de
alia psona q sp letabat in gaudijs hui secu
li. Vñ legit in vitaspatru. Fuerut duo. s. vir
⁊ mulier in matrimonio simul costituti: ⁊ vir
erat sancte vite. s infortunat in hoc mundo
intantu vt etia i morte du deberet sepeliri i
ta fuit pluuie inundatio: q vix potuit multis
dieb sepeliri. Mulier vxor eio ecõtrario muli-
er pessime vite s fortunatissima. qr nuq to-
pori ei morb acciderat: nec dolorẽ aliquem
sensit in quocuq mẽbro corpis. s a iuuẽtute
vsq ad vltimu diẽ integru sanuq corp suu
possedit. Factu ẽ q post mortẽ vtriusq filia
qua in simul habebat cogitare cepit. Cu q in
clinaret aliquatulu carne suggerẽte ad imi
tandu vita matris facta est in extasi. ⁊ osten
sus est ei ocul amenissim in quo cu vidisset
patrẽ inter alios bonos occurrẽtẽ: ruit i am
plexus pris rogãs vt ea secu retineret. At il
le. Non potes mõ hic manere: s si vitam du
xeris sicut ego duxi: tandẽ ad huc locu pue
nies ⁊ eris sp mecu. Mox aut auulsa est ab
eo ⁊ ducta est ad locu quedã vbi deorsuz re
spiciens vidit matrem in horribili tormẽto.
Que respiciẽs sursu ⁊ videns filiam: cepit cla
mare dicẽs. Vide filia q patior ppt immũda
vita mea heu mihi filia mea qsi deliramenta
videbant mihi vniuersa q de sobrietate erat
opa eni fornicatiõis ⁊ adulterij p nihilo ha
bui. ⁊ ebrietatẽ ⁊ crapula sectata sum: et ecce
ppter parua libidinẽ qta recipio cremati
nem. et ecce ppt delitias exiguas qtas sus
stineo penas: ⁊ ecce ppt momẽtaneu gaudi
um qd habui in seculo iam eterna tormẽta ⁊
lamenta exoluo. Ad hec aut vba illa comota
ad se redijt ⁊ recogitãs sup his q viderat i
patre ⁊ matre deliberauit sequi vita pris il
luc duci timens vbi viderat matrem. ⁊ facta

est postmodū mulier scā. Criso. sup Math. Tantā inesse huic vite agnoscunt⁹ breuitatē vt vix in tota vita hac ad mortē se quis possit disponere tam celeriē aduolante. Theophilus in breuiloquo diuersaꝝ artiū. Vitrū a puo igne frangit: ab igne aūt valido et forti potiꝰ solidat. Sic mēs humana igne carnalis delectatōnis mūdaneqꝫ concupiscētie dissipat et frangit igne auteꝫ amoris diuini consolidatur.

In eadem dñica de chorea. Ser. xxxvij.

Tradet eīm gētibus et illudet et flagellabit et conspuetur. Luc. xviij. Ubi sciendūꝫ ꝙ passio xpī q̄ in hodierno euangel. nobis hodie ꝑponit. nos dꝫ ab illicitis gaudijs huiꝰ seculi et a choreis et vanitatibꝰ alijs abstrahere. s exquo iam isto tpe hoies vt cōit choizare solent. Tūc in p̄nti sermone tria sūt dicenda. Prio quō xps in chorea illudit et cōtemnit. Secūdo vtrū choizare sit pctm̄ mortale. Tertio de circūstātibꝰ et astantibꝰ choree. P Quantū ad pmū sciendū ꝙ choizantes quantū i seipis ē rursuꝫ crucifigūt filiū hois. Ut autē hoc plenꝰ possit intelligere chorea volo vobis declarare et ex isto potestis intelligere q̄tū malū sit choizare. Notate ḡ diligent ꝙ q̄nqꝫ sunt in chorea q̄ requirunt ad artē bn̄ choizandi. Prio q̄ vult bn̄ choizare et diabolo in hoc multū cōplacere: et piculū aīe incurrere: tūc debꝫ pmo alte saltare. Hoc ideo vobis s̄m glo. dico: vt eo ꝓfūdius ad infernū saltare et cadere pessimo. qz s̄m Aug. Quilibet saltꝰ q̄ fit in chorea ē saltus in ꝓfundū inferni. Un̄ ipe Augꝰ. dicit. Ois motꝰ ꝑtulantie ē saltꝰ in ꝓfundū cloace Et eadē auctoritas allegat in sūma victoriā ca. de chorea. Ideo quanto altiꝰ in chorea saltauerit: tāto ꝓfundiꝰ ad infernū cadet. Est eīm magna stulticia sic saltare sicut hircꝰ: imo si videres aīal brutū. s. equū vel vaccā sic saltare tu diceres ꝙ essꝫ aīal fatuū: et tu es aīal rōnale et assimilas te hic hirco vel alio aīali irratōnali ꝯtra dictū ps. Nolite fieri sic equꝰ et mulꝰ qbꝰ nō est intellectꝰ. Ergo si nō vult ad ꝓfundū inferni cadere: s ad celū sursum ascendere: tūc fugite chorea et caueat vobis ab illa: et hoc est meū ꝯsiliū. qz multo meliꝰ est cū deo et cū oibꝰ sctīs in celo regnare q̄ in inferno cū demoibꝰ et dānat eīnā penā sustinere. Secūdū qō reqrit ad chorea: et qō etiam cōiter fit in chorea ē ꝙ brachia late expādūt vt chorea magnā faciāt. Et h' ideo fit glo. vt ietn xpo magnā irreuerētiā et irrisionem seu etiā ꝯtemptū possint facere. qz ta'is expāsio brachioꝝ signat expansionē brachioꝝ xpī in cruce q̄ sic fuit tractꝰ et expāsus: ꝙ omnia ossa sua dinūerari poterāt. Un̄ ps. Dinūerauerūt oīa ossa mea. Itē oēs vene cꝰ i sctīssimo suo corpe plꝰ nimio fuerūt extēse. Un̄ legit ꝙ ex pāsio brachijs et extēsio venis ꝑpēdit i cruce Et isti extēsioi et expāsioni magnā ꝯtumeliā et irrisionē tales choizātes faciūt: eo ꝙ sic in vana leticia se expādūt cū xps in mag tristicia et magno dolore fuit expāsꝰ et extēsus. Itē p h' ꝙ sic se i modū crucē expādāt miam dei derident et a se repellūt. qz i signū mie xpus in cruce manꝰ et brachia expādit: vt parꝰ eēt ad ampleādū nos pctōres misericordit suscipiēdo qn̄ ḡ sic choizātes eꝰ miaꝫ derident. iusticiā suā ꝯ se excitāt: vt eos tāto iustiꝰ dānet. Igit si n̄ vult ex iusticia dei dānari: eꝰ miaꝫ nolite sic amplꝰ deridere: igit cauete a chorea. Et hec est expō scdi mēbri. Itē q̄ciēscūqꝫ deuoti homines orāt et manꝰ suas i orone eleuāt: toties deo sacrificiū manuuꝫ suaꝝ offerūt. Un̄ ps. Eleuatio manuū meaꝝ sacrificiū vespertinū. Sic ecōuerso choizātes q̄tiēscūqꝫ manus suas expādūt i chorea i diabolo eas offerūt et seipos cōmunūt. vn̄ Ber. in psona xpī. Ego te accōmui manibꝰ crucifixis: et tu te ꝯsumis manibꝰ diabolo dedicat. Q Tertiū qō reqrit ad chorea: et qō cōiter fit i chorea est caput erigere et alta voce clamare. et p h' fit mag irreuerētia xpo: q̄ inclinato capite pependit in cruce: et clamore valido emisit spm̄. De q̄ inclinatiōe dr̄ Joh. xix. Inclinato capite emisit spm̄. Et clamor etiā ille bestialꝰ irreueret clamorē xpī i cruce pēdēt. De q̄ dr̄ Mat. xxvij. Clamās voce magna emisit spm̄. Per cuiꝰ clamore tria facta sūt. s. terra mota ē. petre scisse sūt: et sol obscuratꝰ ē. Et tali clamori xpī fit mag irreuerētia p talē cātū et p taleꝫ sonitū fistulaꝝ q̄ fit i chorea. Et tales q̄ sic delectāt i cātu et i fistulꝰ miserabilibꝰ et terribilius clamabūt et lugebūt i inferno dicētes illō Apoc. viij. ve ve ve. Ue ꝓ prio scorsū quiuis clamabit dicēs. Ue ꝙ vnq̄ natꝰ suꝫ. qz meliꝰ illi esset si natꝰ nō fuisset: dicēdo etiā. Maledictꝰ sit ille venꝰ q̄ me pctōreꝫ portauit. Itē secundū ve clamabit sup se et sua mēbra ꝓpria corpia dicēs. Ue vob maledicti pedes quid mihi misserimo iputastis ꝙ p malū gressū et saltꝰ illicitos mihi celi ianuā obserastis. Ue vob manibꝰ cur p malū tactū et illicitā extēsionē me

glorie corona ꝑuasti:iam ꝓpter vos ducor
ad ignē:de quo nunq̄ egrediar. Ue tibi ma
ledicta lingua:quāta mala mihi induxisti q̄ñ
tot turpia verba protulisti ⁊ tā frequenter il
licitos cant⁹ cantasti. O maledicti oculi qui
me ꝑ visum illicitū dei visione ꝑuastis:⁊ nun
q̄ vnā guttā lacħ:ymarū pro peccatis fudistis.
Iam incipit fletus vester intolerabilis corā
oīb⁹ demonib⁹ ⁊ dāņatis. Ue tibi cor q̄d mihi
imputasti q̄ tuis cogitationib⁹ ⁊ gaudijs il
licitis me eternis gaudijs ꝑuasti:⁊ sic de alijs.
Tertiū ve clamabūt dicētes ve ꝑ amaritu
dine:⁊ ve ꝑ multitudine:⁊ ve ꝑ eternitate pena
rum. ¶ Quartū qd̄ reqrit̄ ad chorēā ⁊
qd̄ cōiter fit in chorea ē q̄ manib⁹ ⁊ brachijs
seinuicē cōplectūt̄ vt firmi⁹ cōcatenēt̄ ne cho
rea de facili rūpat̄. Et hoc significat q̄ h̄ ideo
fieri d₃ vt diabol⁹ eos firmi⁹ teneat ī manu ⁊
ptāte sua. Nā oēs ī chorea exñtes sūt ī ptāte
diaboli.q: sūt in ei⁹ seruitio. Et iste diabol⁹ vo
cat̄ vulgarit̄ Gouuerneur de la dāce. Et iste
diabol⁹ recipit te in ptātē suā:cū accedis ad
chorēā. Sʒ si qs diceret. Si chorizans est in
ptāte diaboli:cur nō exercet in eo stati ptātē
Rñdet̄ q̄ hoc libent̄ faceret si oīpotēs de⁹ ꝑ
mitteret.⁊ de hoc q̄re vnū exēpluʒ infra ser.
cliiij. ¶ Quītū qd̄ reqrit̄ ad chorēā ⁊ qd̄ cō
munit̄ fit in chorea est q̄ chorizātes pulchre
se ornāt.s.caput cū sertis ⁊ capucijs ⁊ peplis
⁊ reliquū corp⁹ cū varijs indumētis. Et h̄ si
gnat q̄ hoc ideo fieri debeat a chorizātib⁹:vt
eo difformiores nigriores ⁊ diabolis simili
ores in inferno fieri possint. Nā quāto pl⁹ se
ornāt varijs ornamētis ⁊ diūsis vestib⁹ ⁊ co
lorib⁹:tāto oportet eos h̄re ī inferno mag̃ di
uersas ⁊ varias penas:q: q̄libʒ tunica super
flua:⁊ q̄libʒ color vari⁹ spālē penā hēbit ī in
ferno:q: aliū colorē sequit̄ alia pena:q: color
rube⁹ aliā penā hēbit q̄ color flaue⁹:⁊ sic de
alijs. Itē chorizātes pulchre ⁊ superbe se or
nant vt xp̄o maiorē cōtumeliā inferāt. Nam
sic xp̄s coronat⁹ fuit corona spinea:sic isti or
nant capita cū sertis ⁊ mitris ⁊ peplis. Ergo
isti dolorē xp̄i quē ī capite habuit ꝑ coronaʒ
spineā meditari deberēt cū capita sua sic or
nant. Itē vestes nimis lōgas caudas hñtes
⁊ post se trahētes ī t̄ra designāt albā vestē ⁊
fatuā quā herodes xp̄o induit q̄ñ ad pilatū
eū remisit:q̄ vestis fuit lōgior q̄ xp̄s. Et pro
pt̄ea q̄ñ ꝓcedere debebat sup eādē calcabat
⁊ sic ad terrā cadebat q: manꝰ ei⁹ fuerūt sibi
post tergū ligate.⁊ ideo nō poterat illā ante
se leuare. Talia memorari deberēt q̄ longas

vestes portāt. Itē habere cingulos deauratos
⁊ argēteos designat funē cū q̄ xp̄s erat liga
tus ⁊ ad patibulū crucis deduct⁹. Talia me
moranda essent chorizātib⁹ cū se ad choreaʒ
ꝑparāt. ¶ Quantū ad secūdū q̄rit̄ an
chorizare sit pctm̄ mortale. Rñdet̄ q̄ sic:q̄ñ
ex supbia ⁊ mala ɔcupiscētia fit. vñ Augu.
Meli⁹ est in die dñica arare q̄ chorizare. Et
meli⁹ essʒ mulierē lanā suā ī dieb⁹ festiuis te
xere q̄ impudice chorizare. Vñ dr̄ in decre.
In festiuitatib⁹ debēt laici a choreis abstine
re. de ɔse. dis. iij. In religiosa. Quare aūt mi
nus malū arare sit ī festiuo die q̄ chorizare.
Rñdet̄ ideo.q: iste q̄ laborat simplicit̄ peccat
frangēdo sabbatū:ſʒ chorizās chorizādo:q̄si
cōmittit oīa pctā mortalia. Qd̄ ꝓbat̄ sic. Nā
ibi est supbia q̄ ē initiū oīs pcti ꝓpt̄ quā lu
cifer celū ꝑdidit.q: nō ex humilitate hoīes so
lent chorizare:ſʒ pl⁹ ex elatiōe. Aug. in epla.
Quē supbū:filiū diaboli esse nō dubites. Ex
his v̄bis patet cui⁹ filij sunt q̄ ex supbia cho
reas ducūt. Itē ibi ɔmittit̄ luxuria. Nā tales
chorizantes ⁊ pulchre se ornātes plurimoꝝ
corda videntiū ad luxuriā ⁊ malas ɔcupiscē
tias accendūt. vñ Math. v. Qui viderit mu
lierē ad cōcupiscendū eā iaʒ mechat⁹ est eā i
corde suo. Itē q̄ñ vir⁹ accedit ad vnā tangē
do eam causa alliciendi ad malū grauit̄ pec
cat. Secus si vellet ɔtrahere cū ea matrimo
nium. Item ibi cōmittit̄ inuidia:q: si vna ꝑ
sona plus honorat̄ q̄ alia vel meliora vesti
menta habʒ tūc multotiēs cetere ꝑsone inui
dent ei. Iteʒ ibi cōmittitur auaricia:quia ta
lia vestimēta non habentes sepe contra dei
affectant tales vestes:⁊ talem pulchritudinē
⁊ qd̄ peius est ad malum finē.scilicʒ ad pec
candum. Iteʒ sciendū ſm Guilh. lugd. q̄
ducētes choreas quodāmō faciūt ɔtra septē
sacramenta ecclesie. Primo cōtra baptismū
quia frangunt pactuʒ qd̄ inierūt cum xp̄o in
baptismo.quando patrini⁹ eoꝝ dixit. Ab
renūcio diabolo ⁊ oīb⁹ pompis ei⁹. Pompā
eñ sine processionē diaboli intrant chorizan
tes. Vñ patrini eoꝝ possunt timere de illa ꝓ
cessione ne rei inueniantur apud deū:si non
admonuerint patrinos suos diligenter ne ī
trent choreas. Processio eñ diaboli est cho
rea. Signū aūt hui⁹ est hoc q̄ ꝓcedit̄ ad sini
strā manū. Vñ Prouer. iiij. Uias eñ q̄ a de
xtris sunt:nouit de⁹: peruerse aūt sūt q̄ sūt a
sinistris. vñ Guil. lugd. Chorea ē circul⁹ cui⁹
cētrū est diabol⁹. Itē faciūt ɔtra sacramētuʒ
ɔfirmatiōis in quo in frōte signū crucis acce

perunt tanq̄ empti passione xp̄i. In chorea
vero signo crucis obiecto signū diaboli in ca
pite suo ponūt. qḋ est supbia qḋ nō pōt fieri
absq̄ magna contumelia xp̄i. Itē faciūt ꝯ sa
cramētū pnie p qḋ recōsiliati erāt in q̄drage
sima dū pacē illā frāgūt ⁊ ad exercitū diabo
li vadūt. Itē faciūt ꝯ sacramentū matrimonij. q: mul
totiēs i choreis aliq̄s ꝯcupiscit vxorē alteri⁹
⁊ ecōuerso mulieres ꝯcupiscūt aliarū femina
rū viros. qḋ ē ꝯ nonū pceptū vbi dr. Nō con
cupisces vxorē pximi tui. T Quantū
ad tertiū sciendū q̄ astātes circa choreā q̄si
q̄ intātū peccāt sicut ipi chorizātes ⁊ rō est.
q: ipi dāt occasionē chorizādi. q: si circūstan
tes nō aspicerēt: nūc ipi nō chorizarēt. vel nō
tantā diligentiā ⁊ aduertentiā ad gest⁹ ⁊ ad
mores suos q̄bus se deordināt adhiberent.
Insup circūstātes peccāt in hoc q̄ cōsiderāt
dispositiōes: verba: ⁊ mores chorizātium. Et
nūc ex his cōsideratis iudicāt chorizātes. qḋ
est cōtra euangeliū. vt hr̄ Luce. vi. Nolite iu
dicare ⁊ nō iudicabimini. Itē sciendū q̄ qui
mag̃ delectabilr̄ vidēt choreas: vel cū maio
ri delectatiōe audiūt cant⁹ vel alia musicalia
tales magis horribiliores demones videbūt
⁊ audient lachrymabiliores clamores demo
nū ⁊ dānatoꝝ. Vn̄ Sap. xi. Per q̄ hō peccat
p hec etiā punietur. Vn̄ Bern. In quo mem
bro creator plus offendit: in eodē pctō gra
uius punief. Et hoc etiā intelligif de quinq̄
sensibus. scz visu auditu ⁊c̄. Unde pz q̄ an
tique vetule que circūsedent choreas potius
deberent intrare ecclīam vel camerā suā: ⁊
considerare pctā sua pterita in iuuentute cō
missa q̄ ibi circa choream sedere: ⁊ pctā sua
augere vel augmentare. V Vn̄ legif q̄
soror scti Damiani apparuit post obitū sibi
⁊ dixit se esse in maximis penis. ⁊ ipse sanct⁹
Damianus quesiuit ob quā cām esset in tan
tis penis: cū tamē sancte vite fuisset. Respō
dit hanc esse causam q̄ semel stetisset in ca
mera sua ⁊ audisset in platea cant⁹ chorizan
tiū cū aliquali dulcedine: ⁊ de hoc in pñti vita
non egisset pniam. ergo ob hanc cām p qn
decim dies deberet puniri i purgatorio. Sz
volunt aliqui se excusare in peccatis suis di
centes q̄ añ. c. ānos hoies chorizauerūt. ḡ ⁊
hodierna die chorizare pñt. Rūdef sup h
q̄ añ centū ānos hoies tā bñ intrauerūt in
fernū pter mala facta sicut hodierna die fa
ciūt. quia mala cōsuetudo nō excusat peccatū
imo q̄to diuturnior tanto periculosior. vt ha
betur i decre. xxiij. q. i. Scisma. X Ali

ud exēplū de plaga choree. Legif q̄ in q̄dā
villa Colon. dioc. exerxerūt arietē vestitū se
ricis vt q̄ meli⁹ chorizaret haberet illū. Qḋ
audiēs sacerdos illi⁹ loci phibuit publice in
ambone ⁊ minat⁹ est eis plagā dei si nō desi
sterēt. Sz obstinati ppt hoc nō omiserūt. Et
cū chorizarēt in die festo: ecce subito fulgur ⁊
tonitruū ⁊ grādo de celo venerūt: ⁊ cōminue
rūt oēs segetes ⁊ fruct⁹ arboꝝ ⁊ vineaꝝ illi⁹
ville. cū tn̄ p̄us esset aeris serenitas ⁊ tota p
uincia ex q̄ pplo ad illā choreā ꝯuenerat pla
gata fuit eadē plaga i segetib⁹ ⁊ frugib⁹ ter
re. Itē grauitas illi⁹ pcti pz ex vindicta ⁊ pla
ga q̄ chorea est punita: tā in veteri q̄ in no
uo testamēto. vn̄ hr̄ Exo. xxxij. Cū descēdisset
moyses de mōte synai ⁊ appropinquasset ca
stris filioꝝ isrl̄ vidit vitulū ⁊ choreas. iratus
q̄ valde piecit tabulas lapideas digito dei
scriptas ⁊ cōfregit eas ad radicē mōtis. De
inde assumpsit secū filios Leui accinctos gla
diis q̄ occiderūt ex ydolatrantib⁹. xxiij. milia
hoim. Ex hoc igif q̄ moyses q̄ erat mansue
tissim⁹ hoim in terra adeo fuit irat⁹ ⁊ turba
tus q̄ tantā sumpsit vindictā de pplo israel
ob hoc q̄ dei honorē vitulo impēderūt ⁊ cho
reas duxerūt. satis pōt esse manifestū q̄ ma
gnū sit pctm̄ chorizare. pter qḋ pctm̄ de⁹ p
misit tantā plagā in pplo israel. Itē in nouo
testamēto legif vt hr̄ Math. xiiij. q̄ saltatrix
filia herodiadis fecit amputari caput iohis
baptiste q: petijt illud q̄ tāte scitatis fuit q̄
xp̄s eū recōmendauit dicēs Math. xi. Inter
natos mulieꝝ nō surrexit maior iohe baptis
ta. In hoc enim figuratū est quantam pote
statem habeant saltatrices: vt scilicet separa
re possit eos in quibus est gratia dei. qui per
iohem designanf. nā iohes interptaf in quo
ē grā a capite suo. s. xp̄o. qa xp̄s ē caput nos
aūt mēbra. B Nota etiā hic de plaga cho
rizātiū circa ecclīam ⁊ cemiteriū alios īpedi
entes volētes fuire deo. Legif exēplū illud
q̄ in saxonia q̄dā psbyf in eccl̄a scti magni
celebrās diuinū officiū audiuit puellas ⁊ ma
sculos chorizantes ipm̄ ⁊ ceteros impedien
tes in orōib⁹ suis. Et eis malediēs īpcat⁹ ē
vt sic chorizantes ⁊ cantātes pmanerēt. Et
factū ē q̄ sic p integrū ānū pmāserūt nō mā
ducātes nec bibentes: sed quotidie chorizan
tes ⁊ cantātes primū vsq̄ ad genua. deinde
vsq̄ ad femora dimersi sunt in terrā. Et oēs
illuc venientes viderūt plagā mirabilē dei.
nec quisq̄ poterat eis subuenire: nec libera
re ab illa plaga donec sanctus Gilbertus p

tūc Coloñ. cp̄s illuc venit. Qui vidēs plagā dei cōpassus est eis: indixitq̄ pplo ieiuniu ꝛ cōem orōem p̄ eis fieri: ꝛ sic absoluit ꝛ liberauit eos. Et qdā ex eis cito obierūt. qdā autē diu supuiuētes penā suā tremore ostenderunt vsq̄ ad mortē suā. B Ultimo q̄rit quō se hr̄e debeāt hoīes cū vidēt vel audiūt mūdanos hoīes cātare: ꝛ chorizare: vel fistulare: vel hastiludere. Rūdet sm aplm paulū q̄ diligētib⁹ deū oīa coopant in bonū. Verbi grā. Cū audiūt cātare vel fistulare debent cogitare illū clamorē xp̄i quē i cruce habuit. Et insup quō iā xp̄s laudat a sctis ꝛ ab angelis in celo: sic ꝛ laudād⁹ est a bonis in hoc mūdo. Itē cū vidēt p̄sonas pulchre ornatas tūc cogitare dnt quō scti in celo coronabūt cū stola claritatꝭ eterne. ꝛ insup dolere q̄ nūq̄ se taliter ornauerūt xp̄o spūaliter. sicut ille p̄sone se ornauerūt huic neq̄ seculo corpaliter. Itē qn̄ vidēt vl' audiūt mūdanos hoīes hastiludere vel torneamēta exercere: tūc boni cogitare deberēt quō Longin⁹ cū lācea latus xp̄i p̄forauit: ꝛ sic de alijs ꝛ sic boni dn̄t hr̄e carnis priuiuz cū xp̄o: ꝛ se abstrahere ab hoc mūdo. q: nemo pōt duob⁹ dn̄is seruire. ꝛ sm aplm ad Gal. i. Si adhuc huic mūdo placerē fu⁹ dei nō essem. Et beat⁹ Iaco. dic. Quicūq̄ voluerit amic⁹ esse hui⁹ mundi inimic⁹ dei cōstituit. Rōnes q̄re mundus non sit diligēdus quere infra sermone. cxxxvi. F.

In die cinerū Sermo. xxxviij. de his que signanter ꝛ specialiter isto die fiunt.

Conuertimini ad me

in toto corde vestro in ieiunio: ꝛ fletu ꝛ planctu. Iohel. ij. Un̄ Iohēs de scto Geminiano. Videm⁹ eni q̄ cū aial brutuz sentit se vulneratū: solicite q̄rit ꝛ p̄curat sanatiōis remediū. Hinc ē q̄ vrsus vt dic Amb. in Exame. cū se g̃uatū sentit: formicas q̄rit ꝛ comedit: ꝛ sic sanat. Itē videm⁹ qn̄ corpal'r hoīes sunt infirmi vel vulnerati solicite q̄rūt medicos a qb⁹ curari possint. cū igr̄ vulnera mētis. s. vicia sunt magꝭ p̄iculosa q̄ vulnera corpis. tū q: occultiora. tuz q: ad maiorē p̄niciē final'r p̄ducūt q: ad mortē aīe nō momētaneā s̄ eternā. Manifestū ē q̄ q̄libz p̄ctōr ꝛ viciosus dz solicite q̄rere p̄nie remediū quo oēs morbi aīe sanant. Un̄ nūc i p̄ncipio q̄dragesime q̄ ē tp̄s p̄nie legit̄ prophetia Iohel' in q̄ nos dn̄s instruit de mō p̄nitēdi dicēs. Conuertimi ad me ꝛc̄. In q̄b⁹ v̄bis ōndit q̄ p̄nia nr̄a dz eē recta. ꝛ iō dicit. Cōuertimini ad me ꝛc̄. Est eni p̄ctōr silis curuo baculo quē oportet in ɔ̄triū flecti vt dirigat. Secundo p̄nia dz eē integra. iō dicit in toto corde vr̄o. Nā de oīb⁹ dz ɔ̄teri ꝛ ɔ̄fiteri ꝛ satisfacere. Tertio dz eē asp̄a. iō dr̄. in ieiunio quo caro exteri⁹ affligit ꝛ mēs interi⁹ reficit. Quarto dz eē dolorosa. iō dicit in fletu ꝛ plāctu. s. vt p̄ctōr doleat de p̄ctō cōmisso ꝛ de bonis omissis. Ergo dr̄ in v̄bis p̄missis Conuertimini ad me ꝛc̄. Charissimi lz oī tp̄e debeamus ɔ̄uertere corda ꝛ corpa nr̄a ad seruiendū deo sicut bonos xp̄ianos decz. specal'r tn̄ mater eccl'ia hodie incipit nos hortari ad cōuersionē. q: heu p̄ctōres his dieb⁹ sunt valde in iniq̄tatib⁹ suis indurati. g̃ vt possint emolliri corda dura ad p̄niam ꝛ deuotionē: tunc dn̄s nō solū monet: s̄ etiā petit dicēs. Conuertimini ad me ꝛc̄. Un̄ i p̄nti s̄mone tria sunt dicēda. Primo de his q̄ fiūt isto die ab eccl'a ꝛ nō ceteris tp̄ib⁹ anni. Secūdo q̄re ieiuniū q̄dragesimale feria quarta inchoatur. Tertio exemplū. C Quantū ad primū sciēdū q̄ sex sunt q̄ fiunt illo die ꝛ illo sacro tp̄e que i alijs p̄rib⁹ āni nō fiūt. Primū ē q̄ ante missam fit ɔ̄secratio cinerū ꝛ q̄libet accedens ad sacerdotē audiat tp̄s future mortis sibi p̄nūciare qū dicit. Memēto hō q: cinis es ꝛ i cinerē reuerteris. Un̄ sciendū q̄ hodie monemur ad memoriā mortis ꝛ in signū huius hodie i capitib⁹ nr̄is cinere asp̄gimur. ob id ista dies q̄rta feria cinerū appellat. Un̄ si ab aliquo hoīe q̄reret vn̄ venis: q̄d portas: q̄ vadis: posset r̄ndere de cinere. cinerē. in cinerē. Hoc est de cinere venio. cinerē porto. i cinerē redigar. Pro quo sciēdū q̄ vtile ē ꝛ bonuz habere memoriā hui⁹ cineris ꝛ mortis. Primo. sicut cinis terrā fecundat: sic memoria mortis ad bn̄ op̄andū nos sollicitat. Un̄ Greg. Valde eni se solicitat in bono opere q̄ sp̄ cogitat de extremo fine. Secundo. sicut cinis seruat ignē: sic memoria mortꝭ ɔ̄seruat i hoīe grām ad bn̄ ꝛ salubriter op̄andū. Tertio. sicut cinis lauat maculas: sic ꝛ memoria mortis expellit p̄ctā p̄terita ꝛ resistit p̄ctis futuris. Nā memoria mortis expellit supbiam Eccl'ia. x. Quid supbis terra ꝛ cinis. Itē expellit auariciā. Iob. i. Nud⁹ egressus sum ab vtero mr̄is mee: nudus reuertar illuc. Itē expellit gulā ꝛ luxuriā. Un̄ Greg. Nihil sic ad domādū desideria carnis valet q̄ vt vnusq̄sq̄ qd̄ diligit q̄le sit mortuū penset. vn̄ Eccl. vij. Memorare nouissima tua ꝛ in eternū nō peccabis. Un̄ sciendū q̄ hoīes cū deuotione

debēt hodie cineres accipe. q: nesciūt an vs=
q3 ad illud sacratissimū tps de cetero viuent
amplius. Plures eni defuncti sunt illo anno q
aū annū nō crediderūt se morituros: s3 adhuc
p longū tps victuros. D Secūdū est q oī
bus ymaginibus facies cū pānis velant. τ si
gnat q petōres nō sunt digni ipos sanctos
in celo videre: nisi peniteāt in hoc pn̄ti tpe. τ
h̄ q̄libz cogitare dz qn̄ i hoc sacro tpe aliquā
eccl'iam intrat τ sic dz penitere τ se corā deo
humiliare. Cū eni q̄s est in grā: tūc dignus ē
videre deū: beatā mariā virginē: pphetas:
aplos: martyres: ɔfessores: virgines: τ oīs
sanctos τ angelos dei: imo etiā est heres re
gni celestis. S3 qn̄ ē i petō mortali: tūc nullius
boni est dignus: nec panis: nec aque: imo infe=
rior brutis aīalibus q nunq̄ deū offenderūt.
Un̄ Iere. ij. q vilis facta es nimis iterās vi
as tuas. Tertiū ē q hodie i officio misse mu
tamus casulas. vt hoc visibili exēplo ipi petō
res inducant ab intra mutare h̄itū suoꝝ pec
catoꝝ τ ab extra debent deponere supbū hi=
tū corpis. Un̄ xpiani q sunt vere penitentes
debēt iā deponere lōgas caudas i tunicis τ
inscissuras τ lōgas manicas: nec debent por
tare viridē nec rubeū colorē in vestibus: s3 de=
bēt se induere h̄itu hūilitatis τ pnie. Un̄ cā
tatur hodie. Immutemur habitu in cinere τ
cilicio. Un̄ sciendū q casula q̄dragesimalis
est alba τ habet rubeā crucē. Et in hoc q est
alba signat castitatē quā penitens debet ser
uare in q̄dragesima: τ etiā illi q sunt in mrī=
monio ɔstituti. Un̄ hodie i missa legit. Egre
dietur sponsus de cubili suo: τ spōsa de tha=
lamo suo. Un̄ dr̄ i decre. Cōiuges cōtineant
tpe pnie, xxxiij. q. v. Q̄d aūt. Un̄ sicut coniu
gati a cibo ieiunant: sic etiā debent ieiunare
a delectationibus carnis q̄s solent h̄re in actu
mrīmonij. q: in q̄dragesima nō solū est absti
nendū ab illicitis: s3 etiā a licitis. vn̄ Greg. in
omel. Quilibz p hoc ɔditori suo satisfaciat:
vt q pbibita cōmisit: sese abstineat τ a cōces
sis. Et rubea crux q est i casula signat mace=
ratione carnis. Nā in q̄dragesima q̄libet dz
corpus suū castigare in cibo τ potu: τ asperis
vestibus: τ in alijs bonis exercitijs vt sic sa=
tisfaciat deo quē per totū annū offendit in co
medendo: τ vestes molles portando: τ volu
stibus meis: et vindicabor de inimicis meis. Ubi dicit glo. Mox e pii patris eos licet ini/micos plangit et peurit. Est etiã tard⁹ ad pu/niendũ. qr sicut dicit Criso. Illud qd̃ hõ fm naturã facit cito facit. sic de⁹ facit cito opus mie: qr hoc bz fm naturã suã. tarde aũt op⁹ iusticie: qr ẽ cõtra naturã suã. Roma. ij. An diuitias benitatis ei⁹ et patientie et longani/mitatis contẽnis. B Si ergo op⁹ iusticie est deo alienũ et inuolũtariũ et tardũ: querit Criso. sup Math. quare ergo punit. et rñdet qr cõpellitur. vñ ait. De⁹ inuitus et cũ magno dolore cõpellitur petõres dãnare. Nõ enĩ sic dolet qp ipe ab eis offendit: sz qr violent' co/gitur pdere quos oẽs cupit saluare. Deinde qrit dicẽs. Cũ in ptãte sua de⁹ habeat pdere et saluare: qs cũ inuitũ cõpellit. rñdet. tu q̃ nõ desideras miam dei. Nã sic q̃ desiderãti miaz denegat crudelis est: sic q̃ nõ desiderãti miaz pstat iniustus est. Deinde qrit tertio dicens Quis est hõ q̃ nõ desiderat miam dei. rñdet Tu q̃ pmanes in peccatis. Desiderare enim dei ẽ cõuerti ad deũ. Ille enĩ desiderat dei miaz q̃ timet irã ei⁹. q̃ aũt nõ timet miam nõ desi/derat: sz cõtẽnit. Secundũ qd̃ facit eũ prom/ptũ ad miam est potẽtia vniuersalis. Quã/to enĩ qs est magnanimior. tanto ad indul/gentiã est pronior. et hoc videm⁹ in animali/bus et hoib⁹. Nã ea que sunt nobiliora ad in/dulgendũ magis sunt prona: et nõ econuerso. Vñ leo a catulo puocatus se nõ vindicat. p/pt sui magnanimitatẽ et catli vilitatẽ. sz si ca/tulus mordet catulũ: tũc statim mutuis mor/sibus se lacerãt: qr animalia vilia sunt. Sil'r videmus qp homines magnanimes sunt ad indulgentiã faciles. Amb. Procul a magna/nimis cupiditas vltionis est. iij. Regum. xx. Reges domus israel clemẽtes sunt. Econtra autez mulieres: qr viles sunt et fragiles. ideo sunt ad irã et vindictã faciles. Eccli. xxv. Nõ est ira super iram mulieris. Deus enĩ cũ sit omnĩps et nos viles vermiculi nrãs iniurias pũprendit. et si eas recognoscimus statim re/pellit. et hoc ppter suã maiestatẽ et nrãm vili/tatem. ps. Excelsus dominus et humilia respi/cit. Ac si dicat. qr ipe est excelsus p potentiã maiestatis: ideo humiles respicit oculo pie/tatis. Sapie. xi. Misereris oĩm qr omnia po/tes. Ac si dicat. quia tu habes potestatẽ vni/uersalem: ideo habes miam generalem. et in isto sensu loquitur ecclesia. Deus qui omni/potentiam tuã parcendo maxime et miserã/do manifestas et c̃. Tertiũ qd̃ facit eũ prom/ptũ ad miam est experientia singularis. Mo/lestiã enĩ morbi trib⁹ modis medic⁹ scire pt. Aliqñ p suã scientiã theoricã: tũc est infirmo multũ misericors. Aliqñ p practicã et exerci/tationẽ longã: et tũc ẽ magis misericors. Ali/qñ p experientiã qñ in psona ppria infirmi/tates plurimas est expertus: et tũc est maxime misericors. Et ideo bonũ ẽ qp ipi medici ali/qñ infirmenẽ: vt eo meli⁹ infirmis cõpatian/tur. Sz si esset aliqs medic⁹ qui esset bonus theoric⁹ et bonus practicus: et etiã infirmita/tes sepe in seipo expertus esset: iste adhuc es/set magis misericors. Deus autem ante in/carnationẽ infirmitates nostras tam corpo/rales q̃ spirituales cognouit p eternã sapiẽ/tiã quasi p quandã theoricã scientiã. Et ido tanq̃ pater benignissim⁹ multũ erat miseri/cors. ps. Quõ miseret pater filiorũ misertus est dominus timẽtibus se: qñ ipe cognouit fi/gmentũ nostrũ. recordatus est qñ puluis su/mus. homo sicut fenum: dies eius sicut flos agri sic efflorebit et c̃. Post incarnationẽ au/tem sciuit per quandã practicã et longã exer/citationẽ. qr per. xxxiij. annos circa infirmita/tes nrãs sanandas tã corporales q̃ spũales practicauit: et sic factus est magis misericors. Act. x. Qui ptrãsijt bñfaciendo et sanãdo et omẽs oppressos a dyabolo curãdo. Et sicut medicus multũ contristaret qñ circa aliquẽ ĩfirmũ diu se exercitasset et nihil pfuisset: ita xps circa nrãs infirmitates. Vñ ps. Cõtri/status sum in exercitatione mea et cõturbat⁹ sum a voce inimici: et a tribulatione petõris. Ac si dicat. De tribus reb⁹ doleo et ptristor scz qñ mea exercitatio nihil valet: et qñ vox inimici. i. dyaboli suggestio pl⁹ valet q̃ mea inspiratio. et qñ ego petõrem tribulo. i. punio Tandẽ sciuit per experientiã. qr expertus ẽ temptationes. s. famem: dolores: et mortem. et ideo factus est maxime misericors. Unde ad Hebre. ij. Debuit p oĩa fratribus assimi/lari vt misericors fieret et c̃. C Circa se/cundũ sciẽdũ qp xps miseret trib⁹ generib⁹ hoim. s. peccãtib⁹: penitẽtib⁹: et iustis. Primo peccantib⁹: et hoc tripl'r. Pmo in hoc qp non statim petõrem punit: sed expectat ad penitẽ/tiã. Esa. xxx. Expectat nos de⁹ vt misereat nri Hoc angelis nõ fecit quos de celo ppter sup/biam deiecit. nec ade quẽ de paradiso ppter inobedientiã expulit. Si enim deus petores statim qñ peccassent puniret: nec Dauid nec Maria magdalena: nec Petr⁹ nec Paul⁹ i. ĩ in celo essent: sed aĩe eorũ iam ĩ inferno arde

rent. r̄ s. Nisi qꝛ dñs adiuuit me paulominꝰ
hitasset in inferno aīa mea. Et si ꝯsideremꝰ
q̄ magna pctā ꝛ multa vicia quotidie ī mū-
do cōmittunt: in hoc diuinā miam cognosce
re poterimꝰ. Quia iā in mūdo nec ē veritas
nec fidelitas: nec vera vita xp̄iana s̄ supbia
regnat vbiqꝫ. silr luxuria ꝛ auaricia: ꝛ sic de
alijs. Ubi em̄ iā sunt veri hūiles. veri casti.
veri mites. veri veraces ꝛ obedientes. Heu
plures hodie nō peccāt ex ignorātia. vt pau
lus q̄ dixit. Ignorās feci. nec ex infirmitate:
vt petrꝰ q̄ ex timore mortis xp̄m ter negauit
s̄ heu ex certa malicia peccāt: ꝛ tn̄ deꝰ sustinet
eos. ꝛ ġ tales abutunt̄ dono dei qꝛ nō statim
puniunt̄: iō liberiꝰ peccāt. Eccl'ia. viij. Eo ꝙ
nō cito ꝓfert̄ ꝯ malos snīa. absqꝫ vllo timo
re filij hoīm ꝑpetrāt mala. ꝛ tales graue iu-
diciū sustinebūt. Quia s̄m Gre. Illos dñs
grauiꝰ dāñat quos hic diu lōganimit̄ portat
Tales deberēt cogitare ꝙ quotiēs mortalit̄
peccarēt: totiēs ab hac vita auferri deberent
qꝛ quotiēs mortalit̄ peccauerūt: totiēs hoc me
ruerūt. nō em̄ ampliꝰ fuerūt digni vite p̄sen
tis: qꝛ auctorē vite ꝯtēpserūt peccādo scīēter
ꝯ eū. ꝛ deꝰ misericordit̄ tā diu vitā eoꝝ ꝓlō
gauit. xx. vel. xxx. annos: ꝛ hoc ꝓpt̄ emendā.
Et illud tp̄s grē qd̄ xp̄s eis ꝯcessit nō meru
erūt. qꝛ p̄teritū tp̄s male expēderūt. vñ Ber.
dic. Nihil p̄ciosiꝰ tp̄e. Secūdo miseret̄ pctō-
ribꝰ ī hoc ꝙ eis tp̄alia bn̄ficia tribuit. Quia
s̄m Aug. Peccator nō est dignꝰ pane q̄ ve
scitur. ꝛ tn̄ xp̄s dat talibꝰ multotiens tp̄alia
n̄ solū ad necessitatē: s̄ etiā dat eis magnas
opes ꝛ diuitias. ꝛ hoc vt puto propter tres
causas. Primo vt p̄ hoc eos ad amorē suum
alliciat. Secūdo vt nobis exemplū bn̄facien
di nostris inimicis p̄beat. in hoc ꝙ ipse suis
inimicis. i. pctōribus tot bn̄ficia tribuit. Ter
tio vt pctōribus retribuat illa bona q̄ faciūt
q̄diu in pctīs mortalibꝰ scienter stant. Et in
his tp̄alibꝰ bn̄ficijs possumus magnā miāꝫ
dei intelligere. Quis ei hostē rebellantē sibi
pascit ꝛ potat. At dñs tribuit sanitatē corpo
ris. ꝯcedit lucē solis ad videndum. ꝛ omnes
creaturas ꝯcessit ad seruiēdū que sunt ī ter-
ra: aere: ꝛ mari. ꝛ hoc ingratis: imo retribuē
tibus mala ꝓ bonis: ꝛ odiū ꝓ dilectiōe. Vñ
Ber. O clementissima circa filios adā diui-
ne recordatio pietatis: que sua beneficia lar
giri nō desinit. nō solū vbi nullū inuenit me
ritū: sed plerūqꝫ vbi totū videt cōtrariū. Si
em̄ deus misericors no[illegible]: tūc eos pctōres
q̄ abusi sunt dei bn̄ficijs fame: siti: ꝛ frigore:
mori deberēt. qꝛ deꝰ dedit eis corpis fortitu
dinē vt sibi seruirent cū qua seruierūt mūdo
ꝛ dyabolo. Itē diuitias ex bōitate ꝯcessit eis
ꝛ ipi abusi sunt eisdē in voluptatibꝰ carnis.
qꝛ facti sunt gulosi: ꝛ cōiter luxuriosi: ꝛ sic de
alijs. Tertō miseret̄ pctōribꝰ. qꝛ statim vt cō
uersi fuerint ad grām eos recipit. Vñ Esa.
lv. Derelinq̄t impiꝰ viā suā: ꝛ vir iniquꝰ cogi
tatōes suas: ꝛ reuertat̄ ad dñm ꝛ miserebit̄
eiꝰ: ꝛ ad deū nostrū qm̄ multꝰ est ad ignoscē-
dū. Quid differs o pctōr agere pniāꝫ: ad do
minū ꝯuertere ꝛ miserebit̄ tui. Nō est enim
adeo stultꝰ hō q̄ vtit̄ rōne si offendisset dñm
suū tp̄alem: ita ꝙ dñs suꝰ eū occidere vellet si
sciret dñm suū tā misericordē ꝙ q̄cito q̄reret
grām inueniret eā apud ipum: certꝰ sum ꝙ
nō negligeret q̄n rogaret eū vt p̄ceret ei ꝓ-
pterea vt euaderet mortē tp̄alē: ꝛ nō expecta
ret in crastinū cū hodie esset certꝰ ꝛ cras du
bius de venia ꝛ grā. Et ecce miser pctōr adeo
stultꝰ ē ꝙ nō vult q̄rere grāꝫ vt euadat mor
tē aīe: cū tn̄ ipe scit deū ita misericordē ꝙ sta
tim vt pctōr ad ipm ꝯuertit̄ vult ei misereri
Iohel. ij. Cōuertimini ad dñm deū vestrū: qm̄
benignꝰ ꝛ misericors ē ꝛ p̄stabilis sup mali
cia. D Secūdo dico ꝙ dñs miseret̄ pe-
nitentibꝰ tripl'r. Primo ī hoc ꝙ oīa pctā re
laxat. ps. Quantū distat ortꝰ ab occidēte lon
ge fecit a nob̄ iniq̄tates nr̄as. De remissione
totiꝰ iniq̄tatis Bern̄. dic. Sic ex toto indulsit
ꝛ tā liberalit̄ donauit oēm iniuriaꝫ vt iā nec
dānet vlciscēdo: nec cōfundat improperando.
nec minꝰ diligat īputādo. Vñ Ezech. xviij.
Quacūqꝫ hora pctōr ingemuerit oīm iniqui
tatū eiꝰ nō recordabor amplius. Vñ nō ait.
Si biennio vel triennio ante mortē: s̄ q̄cūq
qꝫ hora. imo quocūqꝫ momēto: etiā si in ipso
aīe exitu ingemuerit. Nec ait decē iniq̄tatum
eiꝰ. vel centū. vel mille ꝛc̄: s̄ oīm iniq̄tatū eiꝰ
nō recordabor ampliꝰ. Itē Esa. xlix. Nūquid
obliuisci pōt mulier infantē suū vt nō misere
atur filio vteri sui. ꝛ si illa oblita fuerit: ego
tn̄ nō obliuiscar tui. Ecce q̄ mitis ꝛ benignꝰ
est ad ignoscendū nō tn̄ sub hac spe est peccā
dū. qꝛ maledictꝰ hō q̄ peccat in spe. nec etiam
in pctīs morandū. qꝛ q̄uis venia tibi in fine
vite ꝓmittit̄ si veracit̄ penitueris: valde tn̄
difficile est vt vera sit pnīa q̄ venit taꝫ sera.
Tūc em̄ cruciatꝰ mēbra ligat. dolor sensum
opprimit vt vix aliud valeat cogitare. Vnō
Aug. Si qs positꝰ in vltima voluntate volue
rit accipe pniam: fateor nō esse illi negādūꝫ
qd̄ petit. s̄ nō possumꝰ dare securitatē ꝙ bn̄

hinc exeat. si securus hinc exierit nescio. peni
tentiā dare possum⁹. securitatē aūt dare non
possum⁹. nūqd dico dānabitur: sꝫ nec dico ꝙ
saluabitur. Uis ergo a dubio liberari. vis q̄
dem incertū euadere. Age pniām dū sanus
es. si sic agis dico tibi ꝙ secur⁹ es. De penitē
tia sera q̄re isra ser. clvi. A. Secūdo miseret
tur de⁹ penitentib⁹. in hoc ꝙ eternā penā in
tpalē comutat. q̄ consistit in ieiunijs: genufle
xionib⁹: castigationib⁹: gemitib⁹: ⁊ in fletib⁹:
q̄ p satisfactōe accipit. Et est magna mīa ꝙ
de⁹ tpalē penā recipit p eterna pena quā su
stinuisset si non penituisset. Sicut latroni cui
deberet caput abscindi: ⁊ p capite abscinde
retur ei vnus capillus capitis ei⁹. Unū apl's
Romano. viij. Non sunt condigne passiões
hui⁹ tpis ad futurā gl'iam ⁊c. Sic etiā intel
ligitur de penis p̄ntibus ⁊ futuris quaꝝ nul
la pōt esse equalitas: q: pene inferni sunt in
finite. Aristo. Finiti ad infinitum nulla est
proportio. Ergo sis patiēs i tribulationibus ⁊
in infirmitatib⁹: ⁊ in penitētijs agēdis q̄ hic
tibi p pctis tuis iniūcte sūt. vñ Isid. in syno.
Attende etiā in mēte q̄scūqꝫ seculi penas. q̄s
cunqꝫ tormētoꝝ dolores. q̄scūqꝫ penaꝝ acer
bitates: ⁊ cōpara hoc totū gehēne ⁊ leue erit
tibi oē qd pateris. Tertio miseret penitēti
bus in hoc ꝙ virtutes resuscitat quas p pec
catū extinxerāt. ps. Tu aūt dñe miserere mei
⁊ resuscita me. Et q̄nqꝫ plures q̄ aū habue
runt tribuit virtutes. Sicut pꝫ in maria mag
dalena. q̄ pfectior facta est post casuꝫ q̄ ante
fuit. Unū etiam Lu. xv hr de filio pdigo cui
pater dixit. cito pferte stolā primā. i. innocen
tiā quā peccādo pdiderat ⁊ penitēdo recupe
rat. ⁊ date illi anulū. i. graꝫ operandi. q: opera
extra charitatē facta nihil valēt ad vitā eter
nā: ⁊ calciamēta in pedib⁹ ei⁹. i. patientiā in q̄
nia custodit ne ledat. vñ Lu. xxi. In patien
tia vrā ⁊c. ¶ Tertio dico ꝙ dns miseret
iustis ⁊ bene opantib⁹ tripliciter. Pmo eos in
bono conseruat ne recidiuēt: q: nisi dns ho
minē in bono firmaret facilit recidiuaret. Unū
difficultas standi ⁊ in bono pmanēdi pꝫ i lu
cifero: in adā: ⁊ in iuda. Luciferū vent⁹ vane
gl'ie deiecit de celo. Adam mulier expulit de
paradiso. Judas ppt auariciā cecidit de cō
sortio aploꝝ. Quid tunc nos fragiles hoies
q̄ sum⁹ in hoc mūdo q̄ est plen⁹ laqis pstitu
ti. ps. Nisi dns custo. ci. ⁊c. Secūdo ꝙ intimā
dulcedinē ⁊ pslatōnē dat suis quī ē q̄si que
dam arra spūsscti. de q̄ Eccl'. xxiiij. Spūs ei
me⁹ sup mel dulc. Quia deuotio ⁊ dulcedo
spūalis excedit oēm delectationē carnalē. ⁊ ē
signū p̄ntie spūsscti in hoie. vñ Aug. in li. cō
fes. Qui spūsancto semel inebriat⁹ ē ad oīa
bona hilarescit: si laborat nō lassescit: si dolet
non sentit: si deridet nō aduertit. Bern. Cu
bus aie est grā dei dulcissim⁹ oēm habēs in
se suauitatē ⁊ delectamentū saporis. Tertio
q: dat iustis regnū celeste ex sua mīa: q: pro
pter merita nra pax tenet nobis: īmo nihil
de cōdigno. Nā si aliqd boni facim⁹ plus tñ
tenemur deo. Unū cū oēs vires corpis ⁊ aie
cōsumpserim⁹ i seruicio dei: ⁊ totū posse nrm
fecerim⁹ adhuc dicere debem⁹ illud Luce
xvij. Serui inutiles sum⁹: qd debuim⁹ facere
fecim⁹ ⁊c. Qd ex nris meritis nō possumus
vitā eternā hre ex cōdigno. sꝫ solū ex dei mīa
ōndit Bern. dicēs. Si nati essem⁹ ex quo fa
ctus est hō sup terrā: ⁊ vsqꝫ ad centū milia
annoꝝ vita nra extēderet: nō esset tñ condi
gna operatio hui⁹ tpis ad futurā gloriā q̄ re
uelabitur in nobis.

De eadē dñica. Sermo. xcviij. De his q̄
reprehensibilia sūt in comedēdo.

Accipiens septē pa
nes gras agēs fregit ⁊ dabat
discipulis suis vt apponerēt: ⁊
apposuerūt turbe. Mar. viij. Cū hō tripliciter
cōsideret. s. quātū ad corp⁹ quātū ad aiam
⁊ quātū ad vtrūqꝫ piunctū. ideo de⁹ sibi tripli
cem cibū pparauit. s. corpalē quo corp⁹ refi
ciatur. spūalē quo aīa nutrit. ⁊ celestē quo to
tus hō beatificatur. Cōuiuiū aūt corpale tm
bis xps in hac vita fecit. s. hic de septē pani
bus. ⁊ Joh. vi. de q̄nqꝫ panib⁹. Cōuiuiū autē
spūale multotiēs fecit. Nā quotiēs pdicabat
totiens alimēta spūalia tribuebat. Aug. Nō
est magnū pascere ventres cito morituros:
sꝫ magnū est pascere aīas i eternū victuras
Cōuiuiū aūt celeste tantū semel faciet. qd tñ
nūqꝫ finē accipiet. Luc. xxij. Edatis ⁊ bibad
sup mēsam meā in regno meo. Sciēdū ꝙ sic
dns pauit quattuor milia hoim corpalit: sic
nos quotidie pascit etiā corpalit: q: nihil ha
bem⁹ a nobisipis. Ergo cuꝫ grāꝝ actione su
mere debem⁹ cibū sicut donū dei: vt de⁹ ex h
honoret ⁊ laudetur. vñ Aug. Porro si man
ducas ⁊ bibis ad refectionem corpis ⁊ deo
grās agis: tūc cibus ⁊ pot⁹ tuus deū laudat
Un[illegible] p̄nti sermone tria sūt dicēda. Pri
m[illegible]o se debeat hre in comedendo ⁊ bi
b[illegible] sunt repḣensibilia in cibo ⁊ potu
[illegible]ciēdo quomō q̄s peccat mortalit in come

dendo ⁊ bibẽdo. Tertio exẽpluz. De duob⁹
vltimis dicet̃ in sequẽti s̃mone. ¶ Circa
p̃mũ sciendũ ꝙ hõ in comedẽdo ⁊ bibendo
sic se dꝫ hr̃e ꝙ fugiat illa q̃ sũt rep̃hensibilia
circa comestionẽ. ⁊ talia sũt q̃nqꝫ. Primũ est
añ debitũ tp̃s comedere. Nam sicut serui dei
s̃m doctrinã xp̃i p̄rio q̃rũt regnũ dei: sic gulo
si quoꝝ de⁹ venter est p̄rio querũt regnũ dei
sui. ⁊ regnũ dei coꝝ est esca ⁊ pot⁹. Cõtra qs
dicit ap̃ls. Ro. xiiij. Non esca ⁊ pot⁹ est re-
gnũ dei. vñ Esa. v. dicit̃ de gulosis. Ue q̃ cõ
surgitis mane ad sectandã ebrietatez. Ergo
merito rep̄hẽdend⁹ est xp̃ian⁹ ille q̃ de ma
ne comedit anteꝙ̃ aliqd̃ pr̃ noster dicat: vel
deo aliquã reuerẽtiã exhibeat: q: q̃libꝫ hõ dꝫ
p̄rio cibare aĩam cũ deuotis orõnib⁹ ⁊ san-
ctis meditationib⁹. q: aĩa nobilior ẽ corpore
Aug. Maĩ⁹ est dãnũ ĩ amissione vni⁹ aĩe ꝙ̃
mille corpoꝝ. s; isti q̃ q̃nqꝫ p̄ duos dies nũꝙ̃
aliqd̃ pať noster dicũt periculose stant. q: est
signũ ꝙ deũ nõ diligũt: nec p̄p̄riã salutẽ q̃rũt
ideo obliuiscunt̃ dei. vñ Aristo. ij. rethorico.
Obliuio ẽ signũ puip̄ẽsionis. ⁊ isti q̃ sic obli-
uiscunt̃ deuz in vita sua illoꝝ vult etiã deus
obliuisci in morte. Aug. Ita fiet in fine obli
uiscatur sui: qui dũ viueret oblit⁹ ẽ dei. ¶
Secũdũ rep̄hensibile ẽ qñ q̃s nimis delica
ta cibaria vult hr̃e: ⁊ nimis magnã diligen-
tiam apponit ad cibaria p̄parãda. Uñ legr̃
Nume. xi. de filijs israel qui ĩ deserto carnes
desiderabãt: ⁊ p̄pt̃ hoc iram dei incurrerũt.
ps. Adhuc esce coꝝ erant in ore ip̃oꝝ: ⁊ ira
dei descẽdit sup̄ eos q̃uis satisfaceret de᷑ desi
derijs ⁊ ɔcupiscẽtijs coꝝ: tñ nihilominꝰ eos
puniuit. In quo ostẽdit ꝙ ei displicet ꝙ hõ ni
mis delicata cibaria appetit. ⁊ tales etiaꝫ vt
frequent̃ nimis magnã sollicitudinẽ hñt in
p̄parando cibaria. Aliq̃ q̃si intãtũ occupan
tur circa p̄parationẽ ciboꝝ vẽtris ꝙ vix vl̃
nunꝙ̃ vnã missam pñt audire: s; de cibarijs
aĩe modicũ vl̃ nihil curãt. Aliq̃ etiã ⁊ si p̄ se
nõ faciũt oportet tñ ꝙ ancille vel familia in-
tantũ occupent̃ circa illa ꝙ negligãt missaz
⁊ sermonẽ: ⁊ ꝙ nunꝙ̃ vel raro pñt visitare
eccl̃iam ⁊ p̄ncipalit̃ in die dñico: cũ tñ q̃libꝫ
illa die tenet̃ audire missaz sub p̄cepto eccl̃ie
vt pꝫ de ɔse. dist. i. Missas. ⁊ ca. Oes fideles
Nec al's excusat̃ nisi mag̃ necessitate cogẽte:
vt hr̃ eodẽ ca. Et tũc tal' neglectio redundat
in dños illoꝝ q̃ sic eos occupant. vñ Hugo ĩ
suo claustra'i. Quidã supsticiosum nimis in
p̄parãdis cibis studiũ adhibent decoctiõem
fixarioꝝ: ⁊ condimẽtoꝝ genera excogitãtes

modo mollia: mõ dura: mõ frigida: mõ cali
da: mõ cocta: mõ assata: mõ pipe: mõ sale cõ
dita s̃m ɔsuetudinẽ p̄gnantiũ mulieꝝ desi
derantes: ⁊ cũ tanta sollicitudine p̄parãtur
vt deuorãtis q̃ttuor vel q̃nqꝫ fercula prima
non impediãt nouissima. Isti hñt colere vẽ
trem suũ tanꝙ̃ deũ: ⁊ heu qd̃ peius est tales
gulosi nunꝙ̃ vel raro contẽti sũt de cibarijs
ip̃is p̄paratis. etiã qñ vxor vel familia fece
runt oẽm diligentiã suã in p̄parando ciba-
ria: tũc adhuc ɔq̃rũtur ⁊ murmurãt: aut sũt
nimis salsa aut nimis frixa: aut nimis mol-
lia: aut nimis dura: ⁊ sic d̃ alijs. Et qd̃ adhuc
peiꝰ est si aliqua negligẽtia notabilis facta ẽ
in p̄parando cibaria: tũc irascunt̃ maledicẽ
do vxori ⁊ familie. etiã q̃nqꝫ blasphemant ⁊
volunt p̄ijcere ip̃is scutellas ad collũ. Tu q̃
es talis cogitare deberes ꝙ de⁹ ideo p̄misit
illã negligentiã fieri vt recognoscas te nõ eẽ
dignũ cibarijs bñ p̄paratis. q: forte es pec-
cator mortalis ⁊ antea ingrat⁹ fuisti deo de
bonis cibarijs q̃ ex largitione dei habuisti:
vel etiã q: antea in bñ p̄paratis cibarijs ex
cessisti ⁊ deũ offendisti. ⁊ ergo iam de⁹ punit
te in illis reb⁹ in quib⁹ peccasti: imo qñ re-
cognoscis te esse in pctĩs mortalib⁹. tũc scire
debes ꝙ nõ es dign⁹ comedere panẽ ⁊ bibe
re aquã ad satietatem. s; vix deberes sumere
purã necessitatẽ ad sustentationez nature: et
ratio hui⁹ ẽ: q: pctõr indignior ẽ oĩb⁹ creatu
ris. vñ Aristo. i. poli. Sicut optimũ aĩaliũ
est hõ fruẽs lege ⁊ iusticia: sic pessimũ aĩaliũ
est hõ a lege ⁊ iusticia separat⁹. Ergo nõ est
dign⁹ hr̃e vsuz alicui⁹ creaturarũ q̃s de⁹ ad
hoc creauit vt hoĩes vsuz illaꝝ haberent et
deo de hoc gr̃as agerẽt ⁊ ei seruirẽt. Sꝫ heu
tales pctõres ⁊ gulosi hoĩes pl⁹ ɔsumunt de
creaturis ꝙ̃ boni hoĩes. de q̃bus deo raro
vel nunꝙ̃ regratiant̃ nec ei seruiũt: s; potius
diabolo ⁊ mũdo seruire volũt. De quib⁹ oĩ-
bus sic vsis districtã reddituri sũt rõem deo
Ex q̃ sequit̃ ꝙ merito null⁹ de cibarijs mur
murare deberet vel blasphemare. s; p̄ pctĩs
suis sustinere deberet hoc ⁊ cogitare ꝙ xp̃s
in cruce p̄ pctĩs nr̃is pẽdẽs comedit ⁊ bibit
amarũ cibũ ⁊ potũ. Uñ ps. Dederũt in escã
meã fel: ⁊ ĩ siti mea potauerũt me aceto. ¶
Tertiũ rep̄hensibile ẽ qñ q̃s nimis multũ
sumit de cibo ⁊ potu: vt legit̃ de sodomitis.
Gen. xviij. ꝙ vixerũt in delitijs carnis. Sic
enĩ pluuia nimis magna nociua est: s; aũt ni
mis parua etiã ñ valet. sic q̃sq̃s sibi p̄uidere
diligent̃ dꝫ ꝙ nõ nimis multũ sumat: nec cib⁹

aggrauet corp⁹ ⁊ suffocet rōnē: nec etiam in minus modicū ne corp⁹ nimiū debilitet: ſꝫ in medio cōsistit virt⁹. Vn̄ Arist. ij. eth. Medium in oībus est laudabile. Quia s̄m Hugo de scō victo. Sic caro est nutrienda vt sumat: ⁊ sic domāda est ꝙ nō superbiat. Quartū rep̄hensibile ē qn̄ quis nimis auide sumit cibus. Signū aūt hu⁹ auiditatē ē qn̄ sic anim⁹ ad cibū tanto ardore ↄcupiscētie trahit̄ vt nihil sinat hoīem de deo cogitare vel de alijs bonis: ⁊ effundit se sup cibū tanq̄ brutū aīal: ⁊ hoc vtiqꝫ nō ē bonū: nec rōnabile ꝙ hō rationalis effundat se sup cibū vt irrōnale aīal. Et etiā corꝑalit̄ nocet: qꝛ ad sanitatē corꝑis valet ꝙ cib⁹ honeste: ordinate: ⁊ moderate ingerat̄. quia sic tāto facili⁹ ⁊ salubri⁹ digeritur. Ergo ↄtra istā auiditatē bonū est ⁊ laudabile ꝙ quilibꝫ hō an̄ sūptionē cibi ad̄ minus dicat vnū pr̄ nr̄: ⁊ signū crucis faciat anteq̄ cibū sumat. Exemplū legim⁹ de vna moniali q̄ de mane anteq̄ orauerat ī orto comedit lactucā sine signo crucis: ⁊ diabolū cū lactuca comedit. Itē quidā ↄuersus bibit vinū in ciuitate sine licētia ⁊ sine signo crucis: ⁊ sic diabolū cū vino bibit. Et sp in p̄ncipio prandij ⁊ cene hō cogitare dꝫ de pauꝑibus: sic ꝙ vellet ꝙ quilibꝫ pauꝑ intantū haberet sicut ipe hꝫ ad comedendū ⁊ bibēdū. Insup debꝫ eis impartiri elemosynā de mēsa sua inq̄tū facultas admiserit. vn̄ Cato. Cū sedes ī mēsa p̄mo de paupere pensa. tūc bn̄ prandet̄ cū xp̄s adesse videt̄. Et infra prandiū cū sedet in mēsa dꝫ loq̄ de bonis ⁊ honestis ⁊ deificis ⁊ dꝫ cauere ne v̄ba scurrilia ⁊ immunda ⁊ detractoria loq̄tur. Exemplū tale legim⁹ ꝙ q̄dā diues inuitauit vicinos ⁊ cognatos suos locando eos in vna mēsa: ⁊ in alia mensa collocauit paupes. Et vn⁹ int̄ paupes q̄ fuit sāctus hō vidit qn̄ Bn̄dicite dixerāt ⁊ p̄ria duo fercula comederūt angelos circuīre discumbentes: qꝛ loq̄bant̄ de deo: ⁊ postmodū loq̄ incipiebāt mūdana ⁊ ↄsequent̄ viciosa ⁊ detractoria. tūc demones affuerūt ⁊ discūbētes circumdederūt ⁊ angeli fugierūt ab eis ⁊ dederunt locū demonib⁹: qui tūc oēs discumbētes circuierūt ⁊ circa eos saltauerūt: tūc amare fleuit iste scūs hō. Postmodū iterū in fine mēse icepērūt loq̄ de deo ⁊ honestis ⁊ bonis materijs: tūc angeli redierunt ⁊ discūbētes alacrit̄ circūdederūt: ⁊ tūc demones fugierūt ⁊ iste deuot⁹ hō hoc vidēs cepit alacrit̄ ridere. tūc alij postmodū interrogauerūt illū deuotū hoīem q̄re p̄mo fleuisset: ⁊ postmodum risisset. ⁊ ipe manifestauit eis q̄ vidit. ⁊ exhortatus est eos vt vbicūqꝫ essent cū hoīb⁹ congregati ꝙ sp loqui deberēt de deo ⁊ de bonis ⁊ honestis materijs: tūc xp̄s cū angelis suis semꝑ esset p̄ns. vn̄ Math. xviij. Vbicunqꝫ duo vel tres ↄgre. fue. in noīe meo ibi ī medio eoꝝ sum. Itē post mēsam q̄libet dꝫ dicere gr̄as ⁊ regrari deo de ꝑceptis. vn̄ apl̄us .i. Thessal. v. In oībus gr̄as agētes. Ex his pꝫ ꝙ hō q̄nqꝫ pōt vti p̄ciosis cibis sine pctō: ⁊ ali⁹ grossis cibarijs vtēs pōt deū offendere. vn̄ Aug. de doctri. xp̄ia. Potest esse vt sine aliquo vicio crapule vel voracitatꝫ p̄ciosissimo cibo sapiens vtat̄: insipiēs aūt fetidissima gule flāma ī vilissimū olus ardescat. Itē Aug. Nō ꝓpt̄ porcū: ſꝫ ꝓpt̄ pomū mortē p̄m⁹ hō inuenit. ⁊ Esau p̄matū suū nō ꝓpter gallināꝫ: ſꝫ ꝓpt̄ lenticulā ꝑdidit. Et legim⁹ regem nostrū nō de carne: ſꝫ de pane tēptatū. ¶ Quintū rep̄hensibile ē varietas ferculoꝝ q̄ rep̄hēsibilis ē: imo ⁊ nociua hoī nō solū q̄tū ad aīaꝫ ſꝫ etiā q̄tū ad corp⁹. ꝙ aūt varietas ⁊ multiplicitas ferculoꝝ noceat hoī in corꝑe hoc ꝓbat Macrobi⁹ ꝑ quinqꝫ rōnes. Primo mō ꝓbat ꝑ hoc ꝙ vt frequent̄ aīalia sūt sana: qꝛ vtunt̄ simplici cibo ⁊ assueto sue nature ↄueniēti: ⁊ nullo mō illis q̄ sūt ↄtraria nature sue. Cuius oppositū homo rationalis sepe facit. scꝫ comedendo ⁊ bibendo ea q̄ non ↄpetūt sue nature: ſꝫ solū vt satisfaciat delectationi ⁊ appetitui. Secundo ꝓbat per artem medicine: qꝛ medici suadent infirmis simplicem cibū comedere ⁊ potū bibere: ⁊ nō diuersa fercula assata ⁊ frixa. Ratio ē: qꝛ simplex cibus ⁊ pot⁹ magis digestibilis est: ⁊ etiā qꝛ antea nimis se repleuerūt de diuersis cibarijs. Et s̄m Arist. ij. ethi. Medicine fiunt ꝑ ↄtraria. ergo oportet eos postmodū abstinere ⁊ simplicē cibū sumere. Tertio ꝓbat per hoc. verbi gratia. Si duo hoīes eiusdē complexionis biberent eandē mensuram: ⁊ vnus biberet diuersa vina simul ⁊ semel: tunc citius infirmaretur ⁊ minus competit sue nature ille multiplex potus q̄ ille qui bibit simplicem potū: sic similiter intelligendum est de cibo. Quarto probat per hoc. Si quis postmodum infirmaretur: tunc medici eo facilius cognoscere valent vnde habeat illam infirmitatem: q̄ si diuersa cibaria comedisset: ⁊ diuersa pocula bibisset. ℞ Quinto ꝓbat ꝑ hoc qꝛ natura est vniformis in operatione sua. Cū aūt hō comedit diuersa ⁊ multiplicia fercula: tunc natura digerit istum ci-

bum qui magis est digestiuus: remanēte illo cibo in stomacho q̄ mīr⁹ est digestiuus. et cū hō gulosus supaddit iterū cibū sup cibuȝ scȝ comedēdo ⁊ replēdo se añ digestionē tūc ille cibus qui manet in stomacho indigestus fit putrid⁹: sic stomach⁹ corrūpitur ⁊ ꝯsequēter hō infirmatur ⁊ moritur. vñ Señ. Multa fercula multos morbos fecerūt. Vñ etiaȝ Sap. dicit. ꝙ gula plures interficit ꝙ ensis. q: multi p crapulā efficiunt cōtracti: leprosi: hydropici: paralitici: ⁊ sic de alijs. Et hec est magna fatuitas ꝙ hō ꝓpt delectationē vni⁹ hore vult oī tempe esse infirm⁹. Itē vitā hominis minuit. Eccl'i. xxxvij. Propt crapulaȝ multi obierūt. Sic econuerso abstinētia ⁊ simplex cib⁹ causat sanitatē ⁊ ꝓlōgat vitā. Vñ Eccl'i. xxxvij. Qui aūt abstinens est adijciet vitam. vñ Hiero. Mater sanitatis est abstinentia: mater egritudinis est voluptas. Vñ etiā Aristo. de regi. pnci. Abstinere a comestionib⁹ nimijs ⁊ a supfluitate est summa medicina. Qꝫ aūt abstinentia ꝓlongat vitā hoc patet p experientiā. q: in pncipio mundi homines diu vixerūt. ⁊ ratio vna fuit q: parce ⁊ moderate vixerūt. Quia vt legit adam vixit dccccxxx. annis. ⁊ post eū plures alij habuerunt multos annos anteꝙ moriebant. Nā Mathusalē vixit. dcccclxix. annis: qui fuit antiquior inter oēs veteris testamēti. Itē hoc patet in sanctis noui testamēti. sicut Johannes euāge. qui vixit a tpe passiōis xp̄i. lxviij āni: ⁊ totū tp̄s suū fuit. xcix. anni. Itē btūs paul⁹ prim⁹ heremita vixit. cxiij. annis. Iteȝ btūs Antho. vixit in heremo. cv. annis. ⁊ tales nō habuerūt diuersa fercula nec p̄ciosa pocula. L Ex his oīb⁹ pȝ ꝙ vtilius ⁊ salubrius est etiā quantū ad corp⁹ comedere simplicē cibū ⁊ bibere simplicē potū ⁊ assuetum Et ex his pȝ quō hō debet se hr̄e in sumendo cibū ⁊ potū. s. ꝙ dȝ comedere moderate ⁊ cū grāꝝ actōne. Vñ legit exemplū in vitis patrū ꝙ quidā senex deuot⁹ comedit cum alijs plurib⁹ fratrib⁹. ⁊ comedentib⁹ illis vidit in spū ille senex ꝙ aliqui ad mēsam sedētes comedebāt mel. alij panē: alij sterc⁹: ⁊ admirabat intra seipm ⁊ dep̄cabat deū dicēs. Dñe reuela mihi misteriū hoc ꝙ idē cib⁹ oīb⁹ appositus est sup vnā mēsaȝ ⁊ māducando sic imutat⁹ videt ꝙ quidā ī edūt mel: quidā ī autem paneȝ: alij vo sterc⁹. Et venit vox desup dicens. Illi q̄ manducāt mel hi sūt q̄ cū timore ⁊ tremore ⁊ grāꝝ actione sedent ad mensam incessanter orātes: ⁊ eoꝝ oratio sicut incensuȝ ascendit ad deū. ideoq; mel comedūt Qui aūt panē māducāt sunt illi q̄ grās agētes pcipiūt ea q̄ a deo sūt donata illis. Illi autem q̄ sterc⁹ comedūt hi sunt q̄ murmurāt ⁊ dicūt hoc bonū ē: hoc malū est. Hec aūt fieri a nobis nō debēt: s̄ magis debem⁹ glificare deū atq; laudes ei offerre vt in nob implea tur illud dictū apostoli. i. Coꝝ. x. Siue manducatis siue bibitis siue q̄d aliud facitis oīa in gloriam dei facite.

De eadē dñica. Sermo. xcix. Quot modis peccet quis in comedendo.

Accipiens septem panes grās agēs fregit ⁊c. M Circa secundā p̄tē p̄cedentis s'monis sciendū ꝙ in comedēdo ⁊ bibendo quinq; modis pōt quis peccare mortaliter. P'mo qñ quis intantū diligit corp⁹ suuȝ ꝙ contra preceptū eccl'ie quo parat⁹ sit comedere dieb⁹ ieiunioꝝ: cū tñ bñ posset ieiunare: s̄ nō vult corp⁹ suū intātū molestare vt ieiunet: ⁊ sic soluit ieiuniū sine cā qđ ab eccl'ia est p̄ceptū. Vñ Hermā. de schildis dicit. qñ q̄s inordinate gule vel ꝯcupiscētie inheret tā ꝙ vltimo finis: sic de q̄busdā dr̄ ad Philip. iij. Quoꝝ de⁹ venter est. Hoꝝ finis interit⁹ ita ꝙ talis q̄si deū ꝯtēnens parat⁹ sit p̄cepta dei trāsgredi vt delectationes gule assequat: tal grauit peccat q: quicūq; transgressus fuerit ieiuniū qđ sub p̄cepto eccl'ie est institutū scienter ⁊ sine causa ex ꝯtēptu peccat mortaliter, Nec⁹ ē si ex rōnabili cā hoc faciat. Secundo qñ quis sumit cibū illicitū ⁊ ꝓhibitū: sic adā comedit ī padiso fructū vetitū idō expulsus est. Sic simile est si quis comederet carnes vl' etiā lacticinia in q̄dragesima ille cibū illicitū ⁊ ꝓhibitū comederet. N Circa qđ q̄rit a quib⁹ cibis ieiunātes debent⁹ abstinere Rñdet sm sctm̄ Tho. ii. ij. q. cxlvij. In ieiunio q̄dragesimali interdicunt vniuersaliter oua ⁊ lacticinia. In alijs autē ieiunijs sūt diuerse ꝯsuetudines q̄s q̄s obseruare dȝ sm mores eoꝝ inter quos ꝯuersat ⁊ morat. vt pȝ di. iiij. Deniq;. Esus aūt carniū generalr in oī ieiunio ꝓhibit⁹ est. q: generalit magis delectabilis ē: ⁊ ad humorē luxurie mag cooperat. Vñ in sextis ferijs necesse ē abstinere a carnib⁹: ⁊ etiā in sabbato sm generaleȝ ꝯsuetudinē. ex de obser. ieiu. ca. Consiliū. Coꝝ. Immo. Sciendū ꝙ oēs hoīes tenet totaȝ xl. ieiunare: ⁊ h' in q̄dragesimali cibo q̄ sani ⁊ fortes sūt ⁊ vti bñ pñt tali cibo. vñ dr̄ ī decre.

In q̄dragesima ē ieiunādū a lacticinijs. dis.
iiij. Denuq;. Sec⁹ ē de illis q̄ sūt infirmi ⁊ de
biles: vel etiā mulieres p̄gnātes ⁊ pueros la
ctantes ⁊ in puerperio existētes. q: si necessitas
corporalis debilitatis impedit eos vel eas nō
tenent̄ ieiunare: imo si timeat̄ ꝓbabilit̄ de pe
riculo vel de aborsu nō solū pn̄t sꝫ tenent̄ sol
uere ieiuniū. Tertio qn̄ qs sciēt̄ cibum sibi
nociuū in virib⁹ ⁊ in corpe comedit ꝓpt̄ so-
lam delectationē q̄ nō vult carere. talis grauit̄
peccat q: facit ꝯtra charitatē q̄ hō tenet̄ se in
deo diligere ⁊ vires suas ꝓ̄seruare vt deo diu
tius possit s̄uire. ps. Fortitudinē meā ad te
custodiā. Cōtra qḋ tal̄ gulosus ⁊ voluptuo-
sus vires corpis debilitat scient̄: ⁊ vitā sibi
abbreuiat sumēdo talē cibū vel potū q̄ nō cō
petit sue nature. vn̄ ⁊ tant⁹ posset esse appe-
titus illiat⁹ ad talē nociuū cibū vel potū ꝙ
hō deū grauiter offenderet. Aliq̄ em̄ dicunt
scio ꝙ hoc non cōpetit mihi comedere vel bi
bere: ⁊ eque bene sumūt. q̄re nisi q̄a volūt sa
tisfacere appetitui ⁊ delectationi. Sciēdū ꝙ
ois cib⁹ creat⁹ est ad sustentationē nature vt
inde hō deo s̄uiat. g̃ si vir⁹ cib⁹ nature tue nō
cōpetit tūc bonitas dei diuersa cibaria crea-
uit vt sic te cū cibo tue nature cōpetēti refice-
re possis. Itē q̄ sessiones lōgas faciūt ⁊ com
messatiōes ⁊ ꝯuiuia ꝓpt̄ societatē ⁊ cōplacē
tiam hoīm: ita ꝙ postmodū q̄nq; infirmant̄.
vel q̄nq; etiā citi⁹ moriunt̄ ex talibus lōg o
sessionib⁹ ac sup̄fluis cōmessatiōib⁹. etiā post
modū sūt indispositi ad s̄uitium dei: ⁊ negli
gūt aīe sue salutē. tales etiā grauit̄ deū offen
dunt. silr̄ illi peccāt q̄ talia ꝯuiuia faciūt. Un̄
Aug. Quicūq; ad bibendū pron⁹ fuerit vel
ad ꝯuiuiū alios inuenerit, ꝓ se ⁊ ipsis i die iudicij
re⁹ erit. Quarto qn̄ sumit cibū licitū ⁊ sanū sꝫ
excedit i q̄ntitate: sic ꝙ ꝑdit rōnē vl̄ nauseā vl̄
vomitū acq̄rit ꝓpt̄ illā sup̄fluā crapulā. tali s
ēt grauit̄ peccat. ¶ Circa qḋ sciēdū sm̄ He
ri. ovri. Quicūq; iebriat̄ vl̄ q̄cūq; excedit mē
surā i cōedēdo. si h̄ facit cū ꝓposito ⁊ intētiōe
peccandi vel se replēdi nimis: peccat morta-
liter. Sec⁹ si fit ignorant̄ ⁊ sine ꝓposito vl̄ si
casu euenerit vel ex fortitudine cibi vel pot⁹.
vel ex fragilitate sumētis: tūc ē veniale. Sciē
dū sm̄ Herman de scildēb3. ꝙ qn̄ qs intātū
sumit de cibo vel potu ꝙ oportet seq̄ vomitū
vel aliā inordinationē: vl̄ intantū sup̄flue su
mit cū grauamie etiā sine vomitu vnde debe
rent ⁊ possent plures alij sustētari q̄ forte fa
me periclitant̄: vel forte mag̃ inedia perurgūt
credo ꝙ in talib⁹ casib⁹ etiā ꝯtigūt peccā mor-
talia: q: manifeste pꝫ ꝙ talis comestio sit ꝯ
charitatē ꝓximi. Idē de nimia sumptiōe cibi
sm̄ eundē doctorē qn̄ tanta est ꝙ ꝓpt̄ eā rō
absorbet̄: ⁊ corp⁹ sciēt̄ nimis ad rebellionē
spūs ⁊ ad carnalia vicia incitat̄. ita ꝙ homo
certitudinalit̄ scit ꝙ sumpt⁹ talib⁹ cibarijs vl̄
in tāta q̄ntitate ipse nullo mō pōt ꝑseuerare
nisi peccā mortalia incidat: credo ꝙ sit peccm̄
mortale. q: ille volūtarie p̄cipitat se i pericu-
lū. De ebrietate aūt sciendū ꝙ ebrietas dire
cte rōnis vsum impedit ⁊ vehemēti⁹ ꝙ come
stio. cū tn̄ bonū hūanū fundat̄ in vsu rōnis.
Doctores tenēt cōiter ꝙ ebrietas ex genere
suo est peccm̄ mortale: qn̄ hō qui inebriatur
scit pro certo potum esse inebriatiuum et sci-
enter ⁊ volūtarie imoderate sumit illū. Se-
cus tn̄ ē si nesciret potū eē inebriatiuū: vel tā
subito inebriatiuū esse: vel nō credebat: vl̄ nō
intendebat ex ꝓposito eū sumere imoderate
sic q̄nq; pōt eē peccm̄ veniale. Et credo ꝙ mi
nus peccm̄ sit ebrietas in his q̄ hn̄t capita de-
bilia ꝙ citissime ex potu modico inebriant̄.
nec etiā audeo dicere ꝙ in eis sit peccm̄ mor-
tale. ⁊ forte in aliquo tāto viliores reputant̄
illi in morib⁹ ⁊ ex natura male dispositi q̄nto
citi⁹ ⁊ facilius vsum rōnis ⁊ bonū hūanum
amittūt ⁊ cū debilitatē suā multotiēs experi
antur: qḋ tn̄ nō cauēt. Et ꝓ tāto etiā ebrietas
pōt eē in eis grauī⁹ peccm̄, ꝓ q̄nto est mag̃ cō
tinua: q: sic in habitū deducit̄: ⁊ ipi ex habitu
peccare vident̄: nō ex passione aut ignorātia
Ebrietas valde detestāda ē. q: nō solū ē pec
catū mortale sm̄ gen⁹ suū: sꝫ etiā q̄nq; mat̄
mū peccm̄. i. multoꝝ pctōꝝ causa. vn̄ Orige. i
omel. xxvij. Sicut ebrietas ē mat̄ oīm vicio-
rū: sic ecōuerso sobrietas ē mat̄ oīm virtutū
Itē ebrietas facit de hoīe bestiā: de robusto
infirmū. ⁊ de prudēte insanū. Un̄ Amb. i li.
de peni. Ebriosus dū absorbet vinū absorbe
tur a vino: ⁊ abominat̄ a deo. despicit̄ ab an
gelis: deridet̄ ab hoīb⁹. destituit̄ a virib⁹. cō
fundit̄ a demonib⁹. Sciendū ꝙ valde pericu-
losū ⁊ stultū ē inebriari. q: ebriosus ꝯparat̄
aīali nō hn̄ti rōnē. ps. Nolite fieri sicut equ⁹
⁊ mul⁹ qb⁹ nō ē intellect⁹. Quia ꝑ rōem hō
solū differt ab alijs aīalib⁹ irrationabilib⁹
vn̄ Aristo. vij politi. Inter oīa aīalia sol⁹ hō
hꝫ rōem. Itē ꝙ periculosū sit hoī inebriari pꝫ
ex hoc. q: si hō in tali ebrietate occideret̄. vel
alias quacūq; alia morte moreret̄ eternalit̄
dānaret̄. Et est plurimū periculosa mors sic
mori: qḋ ꝓbatur ꝑ hoc: q: qn̄ hō cū delibera
tione ⁊ ex ꝓposito inebriat̄: tūc peccat morta

liter ꝛ illud pctm̃ nõ dimittit̃ sine vera contritione: ꝛ interim ꝙ sic est priuat⁹ vsu rõnis nõ põt cõteri. ergo si sic morit̃ nũꝗ̃ saluabit̃ secus est qñ hõ hñs vsum rõnis submergit̃ vel alias occidit̃: tũc in momẽto põt cõteri de pctis suis: ꝛ sic saluari. vñ Aug. Ebrietas aufert memoriã. dissipat sensuꝫ cõfundit intellectũ. cõcitat libidinẽ. oĩa mẽbra debilitat. vitã diminuit. ꝛ oẽm salutẽ exterminat. ¶ Qualẽ aũt penã habebũt gulosi ꝛ ebriosi pꝫ ꝑ tale exẽplũ. Legit̃ ꝙ quidã miles frequenter inebriabat̃ ꝛ cũ quodã crusibulo ad dedicationes prexit ꝛ tabernas visitauit. s̃ de ecclesijs ꝛ indulgẽtijs nihil curauit: q̃ postmodũ infirmat⁹ rogat⁹ est a deuota filia sua vt ei post mortẽ appareret ꝛ statũ suũ ei indicaret. Qui post obitũ suũ ei infra. xxx. dies apparuit. ꝛ crusibulũ ĩ manu ei⁹ habuit. ꝛ ignitus ex toto fuit. Et filia ei⁹ ꝑterrita q̃s esset q̃siuit ꝛ quid cũ crusibulo vellet. q̃ r̃ndit. P̃r tuus suꝫ ꝛ in illo crusibulo habeo potũ meũ de quo dicit ps. Ignis sulphur ꝛ spũs ꝓcellarũ ps calicis eoꝝ. Tũc secũdo q̃siuit vtruꝫ sibi suffragari possꝫ. R̃ñdit nõ: imo nec oẽs sancti in celo. q: sententia euangelij data est super me: vbi dr̃. Ligatis manib⁹ ꝛ pedibus ꝓijcite eũ in tenebras exteriores: vbi erit fletus ꝛ stridor dentiuꝫ. Tũc cepit clamare terve. Ue in amaritudine. Ue in multitudine. Ue in eternitate penaꝝ. Vñ Greg. in mora. Qui nũc se male in voluptatib⁹ dilatat: illuꝫ postea in supplicijs pena angustat. Quinto cũ q̃s intantũ diligit cibũ ꝙ appetit⁹ delectationis est causa finalis ꝛ ꝑncipalis sumendi cibũ delectabilẽ: sic ꝙ ꝑponit talẽ delectationẽ deo q̃ ꝑncipalis causa ꝛ finalis dꝫ esse in oĩb⁹ opib⁹. Et talẽ delectationẽ querũt homines voluptuosi: qui solũ s̃m corp⁹ viuũt ꝛ curã carnis in desiderio ꝑficiũt. Ap̃ls Romano. viij. Si s̃m carnẽ vixeritis moriemini. De q̃b⁹ Hiero. in ep̃la. Difficile imo impossibile est vt ꝑñtib⁹ quis ꝛ futuris fruat̃ bonis: vt hic ventrẽ ꝛ illic mentẽ impleat: ꝛ de delitijs transeat ad delitias. Sciendũ tñ ꝙ qñ q̃s esurit ꝛ sic esuriẽdo comedit ꝛ delectatur in cibo nõ est pctm̃. q: hoc naturale ẽ oĩ aĩali. Itẽ si q̃s preparat cibũ ea intentiõe vt eũ sumere possit. q: aliter nõ posset. hoc iteꝝ posset fieri sine pctõ. vñ Augu. de v̈bis dñi. Vtant̃ diuites ꝯsuetudine infirmitatꝭ sue: s̃ doleant se alit̃ nõ posse. meli⁹ enĩ possent si aliter possent. Ergo q̃libꝫ xp̃ian⁹ cibũ ꝑparatum cũ grãrũ actiõe dꝫ accipere: nec dꝫ nimis auide comedere: nec nimis delicata cibaria appetere: s̃ necessitatẽ ciboꝝ accipe semꝑ q̃s in deũ corde tendere si nõ semꝑ actu tñ habitu. vñ Aug de v̈bis dñi. Si q̃d manducas ꝛ bibis ad refectionẽ ꝛ recuꝑationẽ mẽbrorum ꝛ grãs agis ei q̃ tibi mortali tribuit hec suffragia cibus tuus ꝛ potus tuus tecum laudant.

Dñica octaua post octauã trinitatꝭ. Sermo. c. De hereticis ꝛ hypocritis.

Attendite a falsis ꝓphetis q̃ veniũt ad vos in vestimentis ouiũ ꝛc̃. Math. vij. Secũ leges hũanas puniẽdi sũt falsarij literaꝝ regaliũ ꝛ bullaꝝ. simil'r ꝛ falsarij monetaꝝ. Falsarij literaꝝ sũt heretici q̃ literas sũmi regis. i. sacrã scripturã falsificãt. quã etiã fili⁹ dei ꝑ q̃nqꝫ bullas. i. per quinqꝫ vulnera roborauit. Falsarij monetaꝝ sũt hypocrite. Monete enĩ regꝭ celestis sũt ieiunia orões: elemosyne: q̃ ipi falso mõ faciũt. q: in his nõ attẽdũt honorẽ dei: s̃ fauorẽ seculi. Et ab his duob⁹ ꝓphetis debem⁹ nos sollicite custodire. Ideo xp̃s dicit ĩ v̈bis ꝑmissis Attẽdite a falsis ꝓphetis ꝛc̃. Vñ in ꝑñti sermone tria sunt dicẽda. Pˀmo quõ heretici cognoscẽdi sũt. Secũdo quõ hypocrite cognosci pñt: ꝛ q̃re ypocrisis detestãda sit. Tertio qñ ypocrisis ẽ pctm̃ mortale ꝛ qñ nõ. ¶ Circa pmũ sciendũ ꝙ heretici ꝑ q̃nqꝫ cognosci pñt. Pˀmo q: in occulto ꝑdicãt: ꝛ hoc ẽ manifestũ signũ malicie. Joh. iij. Qui male agit odit lucẽ. Sꝫ oppositũ xp̃s docuit. vt h̃r Johan. xviij. Qñ annas q̃siuit a xp̃o de doctrina ꝛ discipul' ei⁹. tũc xp̃s r̃ndit. Ego palam locutus suꝫ mundo: ꝛ in occulto nihil. ideo interroga eos qui audierũt ꝛc̃. Hoc est signũ bone ꝛ salubris doctrine qñ q̃s aperte docet. q: veritas nõ q̃rit angulos. ecõuerso aũt doctrina in angulis est suspecta. Sciendũ ꝙ ãnas a xp̃o duo q̃siuit. s. q̃ ei⁹ doctrina esset. ꝛ q̃ essent sui discipuli. Et xp̃s solũ r̃ndit de doctrina: ꝛ nihil dixit de discipulis. q: ꝓ tunc nihil boni potuit dicere de discipulis. q: oĩs relicto eo fugierũt: ꝛ tũc etiã noluit neqꝫ mali dicis loq̃ dans nob̃ exemplũ ĩ hoc ꝙ qñ interrogamur de statu ꝓximoꝝ si tũc aliq̃d boni scim⁹ hoc dicere debem⁹: ꝛ nullo mõ malũ ꝓximoꝝ publicare: s̃ poti⁹ oĩno tacere de ꝓximis exẽplo xp̃i. Secũdo heretici cognoscũt̃ in hoc ꝙ p̃latꝭ eccl'ie detrahũt. s. dño papꝫ episcopis: sacerdotib⁹: ꝛ alijs religiosis. ꝛ h̃ faciunt vt laicos possint ꝯcitare ꝯ cleꝝ. q: p̃lati ꝛ alij litterati resistunt hereticis ꝛ impugnant

eos. Ut q̃ seculares credãt hoc fieri ex vidi
cta ⁊ iudicia: tũc ipi heretici ɔ̃riant plãt ⁊ de
trahũt eis directe ⁊ indirecte quãtũ pñt. Itẽ
ipi impugnãt ptãtẽ platoꝝ ⁊ libertatẽ cleri:
ecclesia a xpo collatã. Et in h̃ ɔ̃dicũt euãge
lio vbi xp̃s dicit. Quecũqꝫ ligaueritis sup trã
erũt ligata ⁊ in celis ⁊c. Et intelligit' h̃ signã
ter de vinculo excõicatõis. de q̃ excoicatiõe p'
uersi heretici nihil tenẽt: nec etiã tenẽt de ab/
solutiõe pctõꝝ q̃ ptãs solis sacerdotibꝰ colla
ta est. Un̄ xp̃s dixit discipulis suis: vt hr̃ Ioh.
xx. Accipite spm̃sctm̃ quoꝝ remiseritis pctã
remittunt' eis: ⁊ quoꝝ retinueritis retẽta sũt.
Et eadẽ v̉ba ep̃s dicit ordinãdo sacerdotes
q: suflando sup capita eoꝝ dicit accipite spi
ritũsctm̃ ⁊c. Sꝫ illi puersi heretici sibi mutuo
cõfitent' s. vnꝰ laicꝰ alteri. Ergo q̃cũqꝫ detra
hunt platis ⁊ sacerdotibꝰ ⁊ impugnãt ptãtẽ
⁊ libertatẽ cleri ẽ valde malũ signũ. Tertio
cognoscũt' q: mulierculis ⁊ simplicibꝰ libent'
loquunt' q̃ nõ pñt intelligere fraudes ipoꝝ
⁊ frequent' allegãt sctõs doctores scꝫ Augu.
Hiero. Amb. Grego. ⁊ sic de alijs. Licet ipi
heretici sint seculares ⁊ loquunt' placẽtia: vt
eos libentiꝰ audiant. Ap̃ls. ij. Thi. iiij. Erit
tp̃s cũ sanã doctrinã nõ sustinebũt: sꝫ ad sua
desideria coaceruabũt sibi magros prurientes
auribꝰ: ⁊ a v̉itate quidẽ auditũ auertent: ad
fabulas autẽ ɔ̃uertent'. q: ipi puersi heretici
volũt viã celi facere latã quã xp̃s dixit eẽ ar
tam. vt hr̃ Math. vij. Arta ẽ via q̃ ducit ad
vitã. Hoc pꝫ. q: heretici asserũt simplicẽ for
nicationẽ nõ eẽ pctm̃ mortale. qd̃ tñ est falsũ
Itẽ dicũt supbiã i vestibꝰ iã esse i ɔ̃suetudie
⁊ q idõ supbie pctõ excusent' qd̃ ẽ falsum.
vñ Isid. Cõsuetudo auctoritati cedat: prauũ
vsum lex ⁊ ratio vincat. Quarto cognoscũt'
heretici i hoc q oppoīt se ordinatiõi ⁊ pce
ptis eccl'ie. s. in celebrãdo festa. Ipi eñ dicũt
q festa ppt' lucra ⁊ oblatiões inuenta sũt a
sacerdotibꝰ. Silr̃ de ieiunio ⁊ alijs p̃ceptis ec
clesie non curãt obedire. Contra quos dicit
christus in euangelio. Luc. x. Qui vos audit
me audit. qui vos spernit me spnit. Etiã qd̃
grauiꝰ est aliq heretici loquunt' ɔ̃tra sacramẽ
ta aliq. s. ɔ̃tra sacramentũ matrimonij: baptis/
mi ⁊ eucharistie. Et etiã aliq heretici nihil te
nent de aqua bñdicta vel de locis ɔ̃secratis. s. de
cemiterijs nec de aiaꝝ suffragijs. Un̄ ap̃sto
lus. i. Thimo. iiij. In nouissimis diebꝰ disce/
dent q̃dã a fide attẽdẽtes doctrinã loq̃ntiũ
mendaciũ phibentiũ nubere ⁊c. Quinto co/
gnoscunt' heretici in hoc q libent' faciũt illa
opa que ostendunt eos esse sctõs ⁊ deuotos
apud hoĩes: sicut genuflexiones ⁊ lõgas ora
tiones. q: vnꝰ hereticꝰ q̃nqꝫ orat p tres horas
flexis genibꝰ: sꝫ oĩa illa faciũt vt videant' ab
hoĩbꝰ. Et sciẽdũ q oẽs heretici cũ oĩbꝰ suis
fautoribꝰ sũt ipo facto excõicati maiori excõ
municatione. ℟ Circa secundũ sciẽdũ q
ypocrite etiã p quĩqꝫ cognoscunt'. Primo cog/
scũtur p hoc q opprimunt bonos ⁊ obloquũ
tur eis. Nam oẽs ypocrite sunt detractores
bonoꝝ ⁊ adulatores malorũ. quia ypocrite
bona opera bonoꝝ in peius interpretantur.
⁊ mala opera diuitũ excusant ⁊ in bonuꝫ in/
terpretantur. ⁊ hoc faciunt ppt' fauorẽ ⁊ lu/
crum. Un̄ Bern̄. Alijs adulãtes: detrahen
tes: mordaces vt canes. dolosi vt vulpes: su/
perbi vt leones: intrinsecꝰ autẽ sunt lupi ra/
paces. q̃ vbicunqꝫ cernis vnũ i habitu spũa
li q̃ detrahit ꝓximis: ⁊ libẽt mala noua nar
rat de alijs scias eandẽ psonã eẽ ypocritam
Secundũ signũ ẽ facilis reprehẽsio alioꝝ: qd̃
faciũt idõ vt videãt' hr̃e zelũ ⁊ charitatẽ. Pec
cata alioꝝ aggrauãt ⁊ mag̃ reputãt. sua autẽ
pctã pua ⁊ leuia estimãt. Rephẽdũt alios ⁊
seipos nõ ɔ̃tẽdãt. Cõtra q̃s dicit xp̃s i euã
gelio Lu. vi. Quid autẽ vides festucã in ocu
lo fris tui. trabẽ autẽ q̃ in oculo tuo est nõ cõ
sideras. Ypocrita eijce primo trabẽ de oculo
tuo. ⁊ tunc pspicies vt educas festucã de ocu
lo fratris tui. Bernar. Ypocrite volunt esse
sine auctoritate iudices. sine visu testes. po/
stremo falsi accusatores: ⁊ omni veritate carẽ
tes. ℟ Tertio ypocrite cognoscuntur
in hoc q in aduersis sũt valde impatientes:
Sup oĩa eñ mouent' ⁊ offendunt' ad ɔ̃tume
lias sibi dictas: imo vnũ v̉buꝫ ipis in ɔ̃trari
um dictũ ipos pturbat. ⁊ hoc est signũ sup/
bie. vñ Hiero. Qui laudẽ nõ appetit cõtume
liam nõ sentit. Itẽ est signuꝫ q sunt vacui a
grã dei. vñ Gre. Qualis vnusquisqꝫ apud
se lateat illata cõtumelia probat. Sed tales
qui ppt' vnũ verbum ipis in cõtrarium di/
ctum mouentur nõ sunt veri religiosi nec de/
uoti: sed ypocrite quia nihil volunt sustinere
ppter deũ. Un̄ Bern̄. Ypocrite volunt esse
humiles sine despectu: paupes sine defectu:
bene vestiti sine sollicitudine: delicate pasti
sine labore. Quarto cognoscuntur per hoc
q deꝰ permittit eos quandoqꝫ cadere in pu
blica ⁊ manifesta peccata. ⁊ etiam q̃nqꝫ re/
uelat occultam neqtiam eoꝝ sic q cõfundan
tur hic corã hoĩbꝰ ⁊ hoc signãter contingit
illis q̃ se estimãt esse bonos ⁊ spernunt alios

Uñ Isido.li.iij.de sum.bo. Plerūq3 vtile est
arrogātib9 deseri a deo q̄ten9 sue infirmitatē
cōtra ad hūilitatē redeāt. vt hūiles post casū
existant. Uñ etiā Bern.in tractatu de septē
donis. Multo meli9 ē esse peccatōrē hūilē q̄ iu
stū arrogantē. ¶ Quarto cognoscunt hypo
crite q̄ñ nimis hūilia de seipis dicūt: et eadē
ab alijs de se dici audire nolūt. Sicut aliq̄ di
cunt ego sum mal9 et pessim9. s3 si hoc idē ali9
de ipis pferret hoc oino nō sustinerēt: s3 p̄
teruis v̄bis ptradicerēt. Et hoc ē signū sup
bie et hypocritaꝝ. vñ Greg9.in mo. Supbie
viciū ē. vt qd̄ q̄ se fateri digne q̄si spōte digna
tur sibi hoc dici ab alijs dedignat. Uñ bono
rū et hūiliū ē se nō laudare nec etiā se multū
vituperare. vñ Cato. Non te collaudes nec
te culpaueris ipē. Hoc faciunt stulti q̄s glia
vexat inanis. Exemplū. Legit9 q̄ erat que
dā inclusa q̄ apparebat valde deuota: et psue
uit frequent̄ dicere ad suū pfessorē q̄ sepius
eā accessit et pfessionem ei9 audiuit. O bone
dñe orate deū p̄ me ego sum ita mala et pes
sima mulier q̄ timeo ne dñs alios hoīes pu
niat ppt̄ delicta mea. Tūc sacerdos sicut vir
discret9 voluit experiri vtrū esset ibi fundamē
tū vere hūilitat̄ et alia vice q̄ñ ipa iterū sibi
talia v̄ba ptulit dicēs se esse pessimā p̄ alijs
mulierib9: tūc sacerdos r̄ndit ei dicēs. h̄ ego
sepi9 audiui ātea q̄ te dici. Tūc ipa imediate
cōmota dixit. Uos mētimini ad collū vestrū
Et q̄cunq3 vobis dixit vel de me talia loquit̄
sil̄r mētit̄ q̄ nūq̄ fui talis sicut iam me asse
ruis. Tūc sacerdos hūilit̄ r̄ndit dicēs. Mō
ego intelligo tuā supbiā et hypocrisim. quia
tu loq̄ris de teipā qd̄ ab alijs dedignaris au
dire. Et hoc ē signū nō vere hūilitat̄: s3 super
bie interioris. ¶ Circa secūdū est sciēdū
q̄ hypocrisis ē pctm̄ valde detestandū. Pri
mo q̄ hypocrita est simea diaboli volēs imi
tare filios dei. et qd̄ filij dei faciūt ad sui deco
rationē ipē facit ad sui iugulationē. Sicut d̄
simea q̄dā refert exemplū. Qd̄ q̄dā pauper
sutor pparabat calceos et scidit coriū ad cal
ceos. Et q̄cito surrexit et cutellū de manu po
suit. tam cito simea ex opposito i domo cuius
dam diuitis q̄ eā obseruabat accurrit: et etiā
sibi coriū pscidit: volens facere sicut a sutore
vidit: et sic destruxit paupi suū coriū. qd̄ ipse
paup diuiti sepius conq̄stus est: s3 ille diues
modicū v̄ba sua curauit. Uñ postea vna vi
ce ille sutor vnā nouaculā cepit ad manū et
rasit sibiipi barbā et sub collo suo et sub gut
ture suo. qd̄ cernēs simea etiā post recessum
suū aduēit et nouaculā recepit: et sic sil̄r sibiipi
voluit facere sicut vidit et sic sibiipi abscidit
collū. Sic et hypocrite faciūt sibi ad pniciem
qd̄ boni sibiipis faciūt ad salutē. Secūdo po
test valere ad detestationē hui9 peccati pena
quā scriptura eis cōminat. Et vna pena ē q̄
nunq̄ videbūt faciē dei nisi puertant. vnde
Job.xiij. Nō veniet i cōspectu ei9 oīs hypo
crita. Nec mirū cū de9 nō sit ante cōspectū hy
pocrite. Quia oīa opa sua facit vt ab hoīb9
videat. hoc est viciū qd̄ multū displicet deo et
econuerso multū placet deo q̄ hō cor suū et i
tentionē suā sepe erigat ad deū. Uñ sup illō
ps. Firmabo sup te oculos meos dicit glosa
in psona dñi. Non auferā a te oculos meos
quia tu semp leuas oculos tuos ad me. Ter
tio possunt valere ad detestationē hui9 pcti
maledictiones multiplices q̄s dñs iesus sup
hypocritas ptulit. Math.xxiij. Ue vob̄ scri
be et pharisei hypocrite: q̄ clauditis regnū
celoꝝ añ hoīes vos eñ nō intratis nec intro
eūtes sinit̄ itroire. Itē ve vob̄ scribe et phari
sei et ypocrite qui comeditis domos viduaꝝ
orōnes longas orantes. Itē ve vobis scribe
et pharisei hypocrite q̄ mūdatis qd̄ de foris
est &c. Itē ve vobis scribe et pharisei hypocri
te q̄ similes estis sepulcris dealbat̄ &c. et sic
de alijs plurib9 maledictionib9 q̄ in euange
lijs inueniunt̄. S3 q̄reres q̄re dñs ita p̄seq
batur hypocritas. R̄ndet̄ s̄m Guil.lugd.
q̄ ideo q̄ ipi sūt pditores simulantes se esse
ex pte dei et sūt ex pte diaboli: vident̄ eñ ee
amici et sūt inimici: et ideo multū pñt nocere
eccl'ie dei. Uñ heretici p ypocrisim hoīes de
cipiunt. Et antixp̄s q̄ erit caput maloꝝ per
ypocrisim hoīes decipiet. ¶ Circa ter
tiū querit̄ quot modis fit ypocrisis: et q̄ñ sit
mortale et q̄ñ nō. R̄ndetur q̄ multis modis
ypocrisis cōmittitur. Primo quando quis
ostendit sctitatē quā nō h3 nec habere curat
s3 tm̄ vt sanctus appareat: et sanctus repute
tur. sic s̄m sctm̄ Tho.ij.ij.q.cxi. est pctm̄ mor
tale. quia null9 totaliter priuatur sanctitate:
nisi p peccatū mortale. Uñ dicit Aug. super
ps.lxiij. Simulata eq̄tas nō est equitas sed
duplex iniq̄tas. Ex quo patet q̄ hypocrisis
talis est duplex pctm̄. s. iniquitas q̄ occulte
iniq̄ et mali sunt: et falsitas. q̄ fingūt et menti
untur se esse sctōs et nō sūt. vñ Hiero.in epi
stola. Duplicis pcti reus es non habere qd̄
crederis: et qd̄ nō habueris simulare. Unde
in decre.xij.q.i.c. Nolo. d̄r q̄ licet hypocrita
viuat corporaliter. mortu9 tm̄ est spiritualit̄.

Secūdo si scītatē oñdit: vt falsam doctrinā sȝ heresim seminare possit. Talis peccat mortaliter ⁊ facit ꝯ deū ⁊ salutē ꝓpriā ⁊ ꝓximi. Et talis simulatio scītatꝭ ē cōis hereticis: q̄r heretici multū ieiunāt: ⁊ genuflexiones longas faciūt vt sic hoīes decipiāt ꝙ suis doctrinis credāt. Tertio si oñdit sanctitatē ꝑ pctā vt possit sibi ecclīasticā dignitatē acqrere ad quā tñ indign⁹ est. ⁊ talis etiā deū grauiť offendit. Vñ Berñ. sup Missus ē ⁊c. O frēs quotiēs hoīb⁹ pesse desidero: totiēs deū mēū pire ptendo. ⁊ tūc vere non sapio q̄ dei sunt. Vñ Aug. in li. de doc. xpiana. Cū hō illis q̄ sibi sunt naturaliter pares: hoc ē hoīb⁹ dñari affectat intolerabilis q̄dē supbia ē. Quarto si q̄s oñdit scītatē vt iniuste acq̄rat q̄cunq̄ bona tpalia: in q̄bus finē cōstituit. Hoc ſm Hermānū de schildis est pctm̄ mortale: q̄d etiā sic pȝ. Quāuis enī talis sibi non q̄rit honorē ⁊ ecclīasticā dignitatē: vt ābiciosi. nec q̄rit falsam doctrinā seminare vt heretici: tñ q̄rit tpalē subām ꝯgregare. iō q̄r auarus ē: ⁊ auaro nihil scelesti⁹. Vñ Aug. Auar⁹ anteq̄ lucret seipm̄ pdit: ⁊ anteq̄ aliq̄d capiat capiť. Vñ etiā Criso. sup Math. Qui pecunie seruit ⁊ p̄ntib⁹ ꝑdib⁹ stringiť ⁊ futuris. Quinto si q̄s oñdit scītatē fictā ⁊ in ip̄a sola fictōe delectaf cū al's nullū malū ptendat peccat venial'r ſm Hermānū de schildis. de quo dic̄ Arist. ij. ethi. ꝙ tal' magis videf vanus ꝙ malus. Sexto si quis simulat sanctitatem quam libēter haberet credo ꝙ nō peccet mortaliter. Septimo si quis simulat sanctitatē occultādo suū pctm̄ ne alij ex hoc scandalizentur. ⁊ hoc ſm Tho. ij. ij. pōt fieri laudabiliter vt aliquis occultet pctm̄ suū ne alij scandalizentur: q̄r ve hoī per quem fit scandalum. Octauo cū q̄s ad honorē dei ⁊ proximi edificationez simulat scītatē: vt q̄ñ aliq̄s bon⁹ religiosus maiorē morꝫ ꝯpositionē oñdit corā extraneis: vt ip̄i magis edificentur iste non peccat ſꝫ meret. Vñ Mat. v. Sic luceat lux vr̄a corā hoīb⁹ vt videant op̄a vr̄a bona ⁊ glorificent patrē vestrū q̄ i celis est.

De eadē dñica. Ser. ci. de penis inferni

D Quantū ad secūdā p̄tē isti⁹ sermonis sciendū ꝙ tria tenemur proximo. Primo tenemur eū diligere ꝛ ei offensam ppter deū dimittere. Nam oēs sum⁹ fratres. ergo fraterna charitas ꝛ fidelitas dȝ eē int̄ nos. q: oēs sumus a deo creati ꝛ ab Adā ꝛ Eua ꝓgeniti. ꝛ oēs habem⁹ vnā ꝛ eandē fidē. vnū baptismā. vnā hereditatē ꝛ patriā in celo. vbi vnus alterum cordintime diliget plusꝙ hic p̄r ꝛ mater vnq̄ dilexerunt filios suos. Nā oēs nos mutuo diligim⁹ ꝛ cognoscim⁹ in celo: etiā qui ante centū vel mille annos vixerūt. Nā hic charitas incipit̄ ꝛ ibi in celo perficit̄. q: illic pfecte vnusquisq̄ diligit suū ꝓximū. ꝛ ppter illā charitatē tunc gaudet de merito alteri⁹. Anselm⁹. Unusquisq̄ intantū gaudet de alterius merito q̄ntuȝ de suo ꝓprio. Et illa charitas quā in celo tunc simul habituri sum⁹ dȝ nos inducere ad diligendū ꝓximū in p̄nti. amicū in deo. ꝛ inimicū ppter deū ꝫ hoc faciūt illi q̄ nolūt indulgere suis offensorib⁹: sȝ semp cogitāt de vindicta sup ꝓximos. Et tales stant ī malo statu. q: p rancorē illū ꝛ vindictā oīa bona opa sua pdūt: ꝛ mortē eternā incurrūt. i. Ioh. iij. Qui nō diligit fratrē manet in morte. Idem Qui odit fratrē suū homicida ē. supple suispiius. Ex quo pȝ si volum⁹ saluari opt̄et nos indulgere inimicꝭ nr̄is ꝛ h̄re charitatē ꝛ fidelitatē ad ꝓximos: sine q̄ charitate fraterna nemo videbit deū. Secūdo tenemur ꝓximis si volum⁹ iusti inueniri ꝙ nō debem⁹ eis nocere neq̄ ī reb⁹ neq̄ ī fama neq̄ in v̄bis neq̄ in factꝭ. Naȝ q̄ infert ꝓximo dānū in reb⁹ suis facit ꝫ septimū p̄ceptū vbi dr̄. Nō furtū facies. Circa qḋ q̄rit̄ verū in re pua cōmittatur furtū sic in re magna. De illa materia q̄re sup̄ ser. cxliij. B. Sil'r nō debes ꝓximo nocumentū in fama inferre: ei detrahēdo. q: detractio ē mai⁹ pctm̄ ꝙ reȝ ablatio. Et hoc q̄re sup̄ ser. xci. F. Tertio q̄libet tenet̄ dicta ꝛ facta proximi in meliorē partē interpretari. Ubi querit̄ vtrū oīa dubia in meliorē partē sunt interpretanda: ꝛ vnde orit̄ iudiciū temerariū. ꝛ ꝙ ḡuiter peccāt q̄ ꝓximos suos sic iudicāt. De ista materia q̄re sermo. xc. B.

D Quantū ad tertiā partē istius sermonis sciendū ꝙ quilibet qui vult iustus inueniri tenet̄ tria sibijp̄i. s. ꝙ cū istis trib⁹. s. cuȝ bonis temporalib⁹. cū corp̄e ꝛ cū aīa merent̄ vitā eternā. Hoc quere ante sermone. cl. M

Iterū de vno confessore sermo. clv. quo modo tenemur seruire deo.

Serue bone ꝛ fidelis

intra ī gaudiū domini tui. Mathei. xxv. Sciēdū ꝙ dn̄s de⁹ creauit cuncta sibi ad seruiendū. ps. Qm̄ omnia seruiunt tibi. Eccl'ia. xlij. Oīa obaudiunt ei. Etiā gaudet in omnibus que fecit: qm̄ omnia sibi seruiunt. Sap. vij. Letat⁹ sum ī oīb⁹ ꝛc̄.

A Plus tm̄ diligit seruitiū duaꝝ creaturarū ꝙ oīm aliaꝝ creaturarū. videlicet hoīs ꝛ angeli. q̄b⁹ solis ꝓ mercede dat vitā eternā. Rō āt hui⁹ ē. q: he sole s̄uiūt ei ex libero arbitrio ꝛ ex amore. De seruitio oīm creaturaꝝ dr̄ Iudit. xvi. Adonay dn̄e magn⁹ es tu tibi seruit oīs creatura: et nō ē q̄ resistat tue voluntati nisi due creature. s. angel⁹ malus ꝛ hō mal⁹. He due libentius seruiūt vilissimo inter oīa. s. pctō ꝙ deo optimo. oēs creature

seruiūt ei. Nā ei fuiūt angeli ⁊ archangeli ⁊
oīa supiora sol ⁊ lūa. aer ⁊ t̃ra. ⁊ oīa q̄ ī eis
sunt ⁊ oīa media. Purgatoriū fuit ei purgā
do venialia. infern⁹ vindicādo ꝓ eo morta⸗
lia. ⁊ sic ð alijs. Sȝ vt dixi solis duab⁹ creatu
ris dat vitā eternā ꝓ suo fuitio. pl⁹ tñ gau⸗
det de fuitio hoīs ꝙ̄ angeli quo ad hoc. qꝛ lȝ
angeli fuiāt ei ab initio mūdi vsqȝ ad finē:
hoīes vero tp̄e breuissimo. s. x. vel. xx. vel. xxx
vel. xl. vl. lxx. annis tñ: tū remūerat hoīes
tantū ꝓ illo breuissimo fuitio q̄ntū angelos
ꝓ illo lōgissimo. Et q̄ ē rō. qꝛ sic placet diui⸗
ne beniuolētie. Et qꝛ nō solū fuit ei hō ex dl
lectōe sic angeli: sed etiā cū multo labore: qȯ
nō facit angel⁹. Pl⁹ eñ laborat hō in vnius
diei fuitio ꝙ̄ oēs āgeli laborauerīt a mūdi ii
tio. Jō singulariť delectať de⁹ in opib⁹ bonis
q̄ hoīes faciūt. Juxta illud Sap. viij. Delitie
mee eē cū filijs hoīm: eo ꝙ simul cū dolore ⁊
dilectōe seruiūt sibi. Vñ etiā habebūt dupli
cē stolā. s. glorificationē corpis ⁊ aīe. Jntan⸗
tū eñ diligit ⁊ gaudet de⁹ de hoīs seruitio vt
oīs leticia oīm patrū de filioꝝ suoꝝ ꝑfectu.
siue sint reges: siue pape: siue epī effecti: ⁊ hu
iusmodi. Jmmo siue sint suscitati a mortuis:
siue curati ab infirmitatib⁹ grauissimis mo⸗
dicū: vel nihil sit respectu gaudij qȯ hȝ deus
cū aliq̄d boni facit iust⁹. Prouer. xxiij. Exul⸗
tat gaudio pater iusti. Vñ ꝓ p̄nti sermone
tria sunt dicenda. Primo q̄re merito deo ser
uire debeam⁹. Secūdo q̄ de⁹ principaliter ser
uitia req̄rit a nobis vt ei placeam⁹. Tertio
exemplū. ¶ Quantū ad primū sciendum
ꝙ merito debem⁹ deo seruire ꝓpter sex. Pri
mo ꝓpter creationē. qꝛ ꝓpter hoc deus nos
creauit vt ei fuiam⁹. ps. Jp̄e fecit nos ⁊ nō
ipi nos. Nā ad seruiendū sibi: cōcessit nobis
corp⁹ cū mēbris. s. pedes ad ambulandū. ma
nus ad palpandū. ocl'os ad videndū. os ad
loquendū. ⁊ sic de oib⁹ alijs. Et ista oīa mē⸗
bra ⁊ vires corpis ⁊ aīe exercenda sunt ī ser
uitio dei. Et q̄ aliter vtitur mēbris suis ꝙ̄ ad
qȯ de⁹ sibi ꝯcessit: fur est coram deo. Hoc illi
aduertere deberēt q̄ exhibent mēbra sua ad
seruiendū mūdo poti⁹ ꝙ̄ deo. Secūdo tene
mur seruire deo ꝓpter emptionē. qꝛ p̄cioso
sanguine suo emit nos ad seruiendum sibi. i.
Cor. vi. Empti eñ estis p̄cio magno: glorifi
cate ⁊ portate deū in corpe vestro. Oportet ḡ
ꝙ dño seruiam⁹ ꝙ ei sanguinē suū quē ꝓ no
bis fudit psoluam⁹. alioq̄n sanguis ei⁹ aget
cōtra nos in die iudicij. Tertio tenemur ser
uire deo ꝓpter impensi seruitij recōpensatio

nem. Nā recōpensare debem⁹ deo seruitium
q̄ ipse nobis ꝑ se seruiuit. Esa. xliij. Seruire
me fecisti in peccatis tuis: p̄buisti mihi laborē
in iniquitatib⁹ tuis. Oīa eñ q̄ xp̄us fecit in
carne: q̄si q̄dā seruit⁹ fuerūt. videlicet ꝙ fle
uit: p̄dicauit: orauit: ieiunauit: ꝙ infirmos cu
rauit: ꝙ dorsum suū percutientib⁹ exhibuit. ꝙ
faciē suā ꝯspui pmisit: ⁊ ꝙ patibulū suū ip̄e
portauit: ⁊ amarā mortē in patibulo crucis su
stinuit. Jnsup seruit nob̄ cū corpe ⁊ sanguie
suo in p̄nti vita: ⁊ etiā in agone nos cibādo.
Quare merito sibi econuerso seruire tenem̄
ex quo nobis hic. xxxiij. annis. seruiuit. Quar
to tenemur deo seruire ꝓpter ꝓmissiōis obli
gationē. Promisim⁹ eñ ei in baptismo ꝙ ei
fuire vellem⁹. Vñ ps. Redde altissimo vo
ta tua. Multo eī meli⁹ est nō vouere. ꝙ̄ post
votū ꝓmissa nō reddere. Quinto tenemur
deo seruire ꝓpter quotidianā bñficioꝝ ero⸗
gatōēȝ: q̄ oīa nemo explicare valȝ. ps. Quid
retribuā dño ꝓ oib⁹ q̄ retribuit mihi. Nam
xp̄s bñfacit nob̄ quotidie dādo nob̄ sanita⸗
tē corpis: diuitias rerū. ⁊ tolerādo nos ī pec⸗
catis ad pniam. Jnsup bñfacit nob̄ cū crea⸗
turis. Nā terra bñfacit sustinēdo ⁊ pascēdo
nos dū viuim⁹. hospitādo nos vsqȝ ad iudi
ciū post mortē. Aqua nob̄ fuit lauādo ⁊ po⸗
tādo. aer flatū dando. ignis calefaciēdo. illu
mināndo. nociua cōburēdo. ⁊ cibaria coquen
do. Seruiūt etiā nob̄ celestia. sol in die. luna
⁊ stelle in nocte. Etiā supcelestia seruiūt no⸗
bis. Vñ ad Heb. i. Nōne omēs administrato
rij sunt spūs in misteriū missi ꝓpter eos q̄ he
reditatē capiūt salutis. Hoc totū fecit nob̄ vt ei
seruirem⁹. ¶ Sexto tenemur seruire deo
ꝓpter eterne mercedis expectationē. Unde
Mathei. v. Gaudete ⁊ exultate qm̄ merces
vestra copiosa est in celis. Nā xp̄us exaltatu
rus est sibi seruiētes. Hoc pȝ p̄mo in exalta⸗
tione sancte crucis q̄ seruiuit xp̄o breui tp̄e ⁊
duro seruitio. ⁊ ita exaltata est a deo. Aug.
Crux trāsijt de penis latronū ad frontes impa
torū. Quid faciet suis fidelib⁹ si tantū hono
rē cōtulit penis suis. s. clauis. corone. lancee.
⁊ cruci. Secundo pȝ ꝙ xp̄s exaltatur⁹ ē sibi
seruiētes. qꝛ fuos suos reputat suos fratres
⁊ sorores. Math. xij. Quicūqȝ fecerit volun
tatē patris mei q̄ ī celis est. ip̄e me⁹ frater ⁊ so
ror ⁊ mater est. Jn quo xp̄s multū ē illustratus
est diuitib⁹ mūdi hui⁹ q̄ sibi seruiētes videntur
non reputare hoīes. imo mēni⁹ eis ei videntur
hic eos ꝙ̄ iumenta [illegible]. T[illegible] [illegible] dictū euā
gelij qȯ est dulce verbū [illegible]

Ille et minister meus erit. Nõ sic faciūt diuites huiusmodi q̄ magnū dedecus sibi reputāt si ministri eorum sedeāt cū ipsis ad mēsam eorum. Quarto q: ipse redditur[?] ē vicē sibi seruientibus. Cū enī deuenit a ministerio ipse eis ministrabit iuxta illud Luce.xij. Et trāsiēs ministrabit illis. Unū scđm q̄ si aliquis mille annis ministraret xpo vt ipse vna hora econuerso ministraret ei i celo hoc nō eēt nimia. et tñ p singlis bonis qbus ei ministrabum[?] si i bono pseuerem' ministrabit ipse nob plusq̄ cētū milia annorum. Et h ministratio ē facie ei' ostēsio. de q̄ dic ps. Satiabor cū appuerit glīa tua. Nulli etiā valet' fuit: q: sibi fidelit' suiētibus dabit regnū etnū Lu.xij. Nolite timere pusill' grex: q: cōplacuit prī vro dare vob regnū et h regnū hz bona oīm regnorum. ps. Regnū tuū regnū oīum seculorum. Imo intātū remūerat vt dicat cuidā suo sibi fidelit' suiēti. s. abrahe. et sīlr adhuc vnicuiq3. Suspice celū et nūera stellas si potes. q. d. Sicut nec potes nūerare stellas: sic nec multitudinē remūerationū mearum q̄s dabo mihi suientib'. Imo vt pl' dicā tātā mercedē dabit vt null' hoim i tra vel āgelorum in celo hāc valeat ad plenū estimare vel nūerare. Job.xxviij. Nescit hō p̄ciū ei'. Seqt'. volucres q̄q3 celi. i. angelos latet. ¶ Quantū ad secūdū scđm q̄ de p̄ncipalr sex suitia reqrit a nob vt ei placeam'. Primū suitiū ē vt petā p̄terita p pniam diluam'. q: nullum suitiū sine illo placet deo. Ergo optet nos cōtritionē: cōfessionē: et satisfactionē hre d petis p̄teritis. Unū Isido. de sū. bo. Ille pniā digne agit q̄ reatū suū satisfactiōe legitima plagit Et nihil ē qđ deo intantū placet int' oīa i pre catore sic penitere et āpli' a petis cessare. hoc sic pbat'. q: si dares deo omīa bona tpalia q̄ habes: et omēs paupes pasceres: et infinitas ecclias et monasteria cōstrueres: deo totum h nō pl' aceret nisi peniteres et a petis cessares. Secūdū suitiū ē vt vitijs viriliter resistam'. h suitiū sup modū diligit de'. Et in signū hui' hic remunerabit vnūq̄q3 p victoriā quā quis hz pugnādo cōtra vitia. Bern. Quotiēs restiteris: totiens coronaberis. Amb. Corona proposita est: ineūda sunt certamina. nemo poterit coronari nisi vicerit. nemo aūt potest vincere nisi ante certauerit. Tertiū seruitiū est. vt mūdū et oīa q̄ mūdi s̄t toto corde spernam'. Sed diceres. Quō h fieri dz. Rñdeo q̄ hō cogitare dz mortē ppriā: et sic facilime pōt cōtemnere mundū et oīa q̄ i eo sunt. Unū Hierōn. Facile contēnit oīa q̄ se cito nouerit moriturum. Unū memorandū ē hoi q̄ nud' vadit ab hinc: et hoc valz cō auariciā. Unū Job.i. Nud' egressus sum de vtero matris mee: et nud' reuertar illuc. Si enī haberes centū milia florenorum: qđ tibi pdessent cū nullum tecū recipes. Qr aūt hō sub terra sepelit' hoc valet cō supbiā. Eccl.x. Quid sup' bis terra et cinis. Et q̄ hō erit cib' v'miū valet cō voluptates carnis. Quare enī sic delicate nutris corpus tuū qđ in breui erit cib' v'miū. Job.xvij Putredini dixi: Pat' me' es. mat' mea et soror mea v'mib'. Quartū suitiū ē vt in bonis opib' iusticie: mie et deuotōis exercitem' nos Iusticie quo ad paupes qb' subuenire debem' Deuotōis: quo ad meditationē passiōis xpi Quintū suitiū est vt studiose v'tutib' insistamus. Aliud enī est in bonis opib' se exercere: aliud v'tutib' insistere: lz vtrūq3 ex altero crescat et pficiat. Sic et semine spica et seges crescit: et in segete et in spica ecōuerso semen crescit: sic et se hñt bōa opa et v'tutes. Ex opibus enī bonis v'tutes pficiunt: augent' et roborant': et ex v'tutib' bona opa pullulāt. Sic cū qs ē patiēs in aduersis: humilis in psplis et charitatiu' ad deū et ad pximū. Sextū seruitiū est vt deo p' purā cōscientiā fidelit' inhe ream'. Nā qđ ē meli' in reb' q̄ bona et pura cōscientia. Bern. Magne diuitie sunt bona cōscia. Et reuera qđ in rebus meli': qđ i corde dulci': qđ in terra quietius atq3 securius bona cōscia. Sic ecōuerso qđ est peius q̄ habere malā atq3 lesam cōsciam. Unū Isido. de sum. bo. dicit. Nulla pena grauior ē mala cōscientia. Uis aūt nūq̄ eē tristis viue bñ. bona cōscia gaudiū sp hz. reus anim' nunq̄ est securus. ¶ Quantū ad tertiū nota exemplū q̄ oīa suitia q̄ facim' nō dñt principaliter fieri pter celū intrādū: nec pter infernū euadendū: s solū ex charitate dei q̄ debet nos mouere ad seruiendū deo. Unū legit' in vitaspatrū q̄ erant duo frēs: iuuenis et antiquus. iuuenis erat ver' seru' xpi et dyabol' inuidēs ei venit ad antiquū dicēs. Ego sum angelus dei et habeo tibi referre aliq̄ ex iussu dei. de quib' maxime doleo. Scias q̄ frater tu' iunior ē fili' dānatiōis eterne: et seruitiū suū qđ exhibet deo sibi non pđest ad vitam eternam. Et hoc dicto recessit. Et antiquus post hoc q̄ciēscūq3 vidit iuuenē sp ingemiscebat. Quo cōsiderante tandē dixit. Pater mi q̄re tristiciam ex aspectu meo habes. Rñdit et dixit ei sicut sibi reuelatum fuit ab angelo malo. Qui respondit. Noli tristari. Si enī de

deo dānari dānabor. si saluari saluabor sicut deo placuerit ita faciat. Nō enī sum deo ppt regnū celoꝝ: sꝫ ppt suā charitatē ꝛ bonitatē quā hꝫ ad me: ꝛ ppter suā passionē quā sustinuit ppter me. Si vult mihi dare regnū celoꝝ pōt. sꝫ īfernū: itēꝫ pōt. Et sequenti nocte venit angel⁹ dei ꝛ manifestauit seni ꝙ alter angel⁹ fuisset dyabol⁹. Et dixit sibi ꝙ ille iuuenis ex illa ꝯstantia magis meruisset ꝙ̄ prius omnibus diebus vite sue vnꝙ̄ meruisset

De confessoribus. Sermo. clvi. Qȝ penitentiam non debemus differre.

Estote parati qȝ qua
e hora nō putatis fili⁹ hoīs veniet Luc. xij. Math. xxiiij. Mar. xiij.

In ṽbis p̄missis monemur ad pn̄iam ꝛ ad vite emendationē vt. s. p̄pem⁹ nos ad mortē vt nos dn̄s cū venerit: paratos inueniat. sicut iste sctūs ꝯfessor. N. patus inuent⁹ est. Vn̄ dicit dn̄s ad nos. Estote pati ꝛc. X Pro q̄ sciendū ꝙ nō debem⁹ differre pn̄iam nr̄am vsqȝ ad mortē: nec etiā debem⁹ in pctīs pseuerare: sꝫ cito a pctīs resurgere. ꝛ hoc ppter quinqȝ. Primo qȝ q̄nto diuti⁹ ꝗs manet ī peccatis: tāto pl⁹ onerat̄. Vn̄ Greg. Peccatū qd̄ p pn̄iam nō diluit̄: mox suo pondere ad aliud trahit. Et ideo postmodū min⁹ potest resurgere a pctīs. cū semper peccatis aggrauatur. ps̄. Appone iniq̄tatē sup iniq̄tatē ꝛc. Ille q̄ non pōt pondus leuare cū paruū est: quō leuabit qn̄ magnus est. Insuper stat⁹ peccatoris valde piculosus est. Vn̄ legit̄ Gen. iij. quesiuisse dn̄m ab adam cū ipse peccasset vbi esset: ad designandū ꝙ peccator dꝫ semꝑ querere vbi sit: an in bono statu: an in malo Et cū considerat statū suū periculosum hoc admonere ipsum debet ad pn̄iam agendā. Qȝ autē peccator stat in magno periculo potest ostendi. Primo in hoc ꝙ omni die dictā facit ad eternam damnationem. ergo peccator merito debet cogitare vias suas quo vadat: ꝛ conuertere pedes suos. iuxta illud ps̄. Cogitaui vias meas ꝛ cōuerti pedes meos in testimonia tua. Itē qȝ pctōr est in terra inimicorū suorū q̄bus se subiecit peccando. Vn̄ Aug. de ṽbis dn̄i dicit. Audacior est q̄ cum vno pctō mortali dormit ꝙ̄ q̄ cū septē bestijs de morte sua inuicē obligatis confligit.
y Itē peccator cū se diligenter inspicit ꝛ ꝯsiderat: tūc est in magnis angustijs posit⁹. Nam si supra videt cognoscit deū quē offendit: qui sibi multa bona fecit, ꝛ ipē sibi econuerso mlta mala tribuit. Vn̄ ps̄. Retribuebāt mihi mala p bonis ꝛc. Si īfra infernū quē certitudinalit̄ meruit ꝛ sine dubio habebit nisi dn̄s eum adiuuerit. Vn̄ ps̄. Nisi dn̄s adiuuisset me: paulomin⁹ hītasset in inferno aīa mea. Nā peccādo hō appropinq̄t ad portas īferni. ps̄. Appropinquerūt vsqȝ ad portas mortis. Nā inter aīaȝ pctōris ꝛ infernū nullū est mediū nisi egressus aīe a corpe. ꝛ ī pūcto ingressus ad īfernū. Vn̄ Job. xxi. Ducūt ī bonis dies suos: ꝛ in pūcto ad inferna descendūt. Si retro: tūc videt tp̄s qd̄ inutiliter expēdit in quo dyabolo ꝛ mūdo seruiuit Bern. Nihil p̄ciosi⁹ tp̄e. Si ante: tūc videt ꝛ cognoscit mortē ppriā ꝛ extremū iudiciū vbi deo reddatur⁹ est rōem de oīb⁹ cogitationib⁹ verbis ꝛ opib⁹: nisi hic emēdauerat satisfecerit. Secundū qd̄ dꝫ nos monere ad p̄parandū nos ad pn̄iam duꝫ sani sum⁹ est hoc ꝙ q̄ nō vult penitere dū san⁹ ē ꝛ pōt: qn̄qȝ demeretur ꝙ nō pōt qn̄ libent̄ vellet. s. qn̄ distulit vsqȝ ad mortē. qȝ tūc p̄ nimio dolore impeditur vsus rōnis ꝙ obliuiscit̄ aīe ppt nimiū dolorē quē hꝫ in corpe. Vn̄ Greg. Cū egritudine deprimeris vix aliud cogitare poteris p̄ter illud qd̄ sentis. ps̄. Sup dolorē vulnerū meoꝝ addiderūt. Vn̄ etiaꝫ Alber. magnus Una potētia existente in actu alie num⁹ pn̄t Ubi aūt tactus maxime patit̄ ī infirmitate ꝛ dolore corporis: quare intellectus minus potest iudicare de p̄terꝛis: Vn̄ Aristo. iij. ethico. Terribilissimū oīum terribiliū est mors. Vn̄ propter nimiū dolorē quādoqȝ homo ī agone obliuiscitur suijpsius ꝛ etiā dei ꝛ matris: ꝛ oīm sctōrum. Unde Hiero. Quia ibi rapit̄ intētio mentis vbi est vis doloris. vn̄ multotiens hō pre nimio dolore corpis perdit vsum rōnis. Et q̄d sentiendū sit de illis q̄ pdūt vsum rōis ī agone q̄re an̄ ser. lxix. D.
A Tertiū qd̄ debet nos admonere ꝙ nō differamus pn̄iam nr̄am vsqȝ ad mortē est ꝙ si q̄s in agone pn̄iam agat: tūc incertū est vtrum ex timore vel amore seruili peniteat. Vn̄ Alb. mag. Raꝝ ē ꝙ aliq̄s ex amore in fine vite sue peniteat. Vn̄ etiā Petr⁹ de palude dicit. Raro inquit est ꝙ ī morte incipiat vera pn̄ia. Aug. Pn̄ia in morte satis periculosa est: qȝ nō inuenit̄ in sacra scriptura nisi vnus. s. latro qui in fine, vere penituit. Fuit vt nullus desperet. solus: vt nulli⁹ presumat. qȝ ī sano hoīe pn̄ia ē sana. ꝛ in infirmo infirma. ꝛ in mortuo mortua. Idē Aug. Si quis positus in vltima voluntate voluerit accipe

re pniaꝫ:fateoꝛ nō illi negam⁹ qḋ petit:ſꝫ nō
o ſſum⁹ ſecuritatē dare ꝙ bñ hinc exeat. Si
cut⁹ hinc exeat neſcio. pniam dare poſſum⁹
ſecuritatē aūt dare nō poſſum⁹. Nunqd dico
dānabit:ſꝫ nec dico ſaluabit. Uis ģ a dubio
berari:vis quidē incertū euadere:age peni
tentiā dū ſan⁹ es. Si ſic agis:dico tibi ꝙ ſe
ur⁹ es. Nā ſi de⁹ videt illā intētionē ī corde
ecōis in morte ꝙ ſi ſperaret de infirmitate
uadere:vellet viuere ſicˀ pri⁹ in pctis. ⁊ ſi vi
et ꝯteri vel ꝯfiteri ⁊ diſponere teſtamentū
elemoſynas elargiri ⁊ pmittere ſatiſface
·lcis ⁊ inūgi ⁊ cōicare. ⁊ inuocare ſanctos
inqꝫ hec oīa fac tñ:q: timet cito mori ⁊ etˀ
iliter dānari:⁊ nulla dilectio dei vl' odiū pec
ꝫ mouet eū. qn ſi diuti⁹ daret ei viuere vel
⁊ diuti⁹ peccare eternaliter dānabit. q: ſola
aritas ē q̄ ſaluat hoīem. non timor ſuilis.
Exēplū legit ꝙ qdā valde delicatā vitā
xit:⁊ alia multa pctā ꝑpetrauit. Tandē p
irmitatē tact⁹ timore mortis ꝯfeſſionē fec.
tā defleuit:emendationē vite pmiſit. viati
acceptit. ⁊ inūct⁹ eſt ⁊ mortu⁹. Cui⁹ corp⁹ vt
te nobilis ⁊ diuitis viri cū magna pōpa ſe
laris glie tumulatū ē. Et erat eadē die tā
ſerenitas vt ipē aer videret famulari exe
ijs. Dixerūt āt adinuicē hoīes: Multa bo
pſtitit de⁹ iſti hoi:q: nihil defuit ei coꝝ q̄
ꝑpianus hr̄e dꝫ. Diuinis munit⁹ eſt ſa
mētis. aer in ei⁹ morte eſt ſerenat⁹. ⁊ cuꝫ
gna glia eſt ſepult⁹. Poſt paucos dies il
efunct⁹ appuit cuidā ſocio ſuo dicēs ſe eē
natū. Qḋ cū ille ſoci⁹ miraret ⁊ unde ex
ueſceret:pniam ⁊ ꝯfeſſionē ⁊ ſacramenta
ꝫ cōionē cōmemorās. ⁊ ꝙ ita deuote ⁊ cō
cto corde ⁊ cū lachrymis eſſet ꝯfeſſus:⁊ ſa
menta cum magna deuotōne percepiſſet
ſibi videbatur. Reſpōdit defunct⁹. Unū
nū mihi defuit ſine quo nullū bonū valet
rodeſſe poteſt. quod eſt illud inquit. Re
dit:charitas. Quia oīa que feci.ſ. ꝯfitē
:ſacramēta percipiēdo:feci ex timore mor
⁊ pene inferni ⁊ extremi iudicij. ⁊ non ex
aritate. ⁊ ergo oīa illa nihil mihi pfuerūt
. ſalutē. ſed ſi ex charitate illa feciſſem ſal
s factus fuiſſem. ſed qa illa ex ſolo timore
:ideo nihil mihi profuerūt. quia ſola cha
as liberat hominez a morte. E Quar
m eſt ꝙ ſi etiā verā pniam quis in agone
erit:ſic ꝙ de⁹ indulgeat ſibi culpaꝫ. tñ ad
c pena ⁊ ſatiſfactio remanet. ⁊ ppterea tā
a purgat in purgatorio qḋ hic in breui tē
re pſoluiſſet ſi tēpeſtiue pniam egiſſet. Et

ſm Augu. Ignis purgatori⁹ miro mō grauis
eſt:ꝗuis etern⁹ nō eſt. ſuperat tñ oēm penaꝫ
quaꝫ hō vnqꝫ paſſus eſt in hac vita vel pati
pōt. Et de hoc qre exemplū infra ſer. clx. B.
Hoc diligent' qlibet pētare deberet ⁊ hic tē
peſtiue penitere ⁊ ſe a pctis cauere. q: non ſo
lū p magnis pctis qs grauiter punict:ſꝫ etiā
p venialib⁹. Ergo qlibet dꝫ ſeipm hic puni
re in eodē corpe ⁊ in eiſdē mēbris in qb⁹ pec
cauit. q: ſm Aug: Nullū bonū irremunera
tū:⁊ nullū malū impunitū remanebit. Et Sa
lomon dicit. Per q̄ qs peccat:p hec ⁊ punict.
Ergo ſi in crapula ⁊ ebrietatib⁹ vixiſti:tunc
hic p ieiuniū ⁊ abſtinentiā debes corp⁹ tuuꝫ
caſtigare:⁊ ſic hic ſatiſfacere. Si in luxaria:
tunc debes corp⁹ flagellare. Si in delitijs cor
poris:ſicut cuꝫ mollib⁹ veſtib⁹ ⁊ lectiſternijs
deū offendiſti:tūc iā debes aſperā veſtē indue
re:⁊ qñqꝫ dure iacere. Si aūt chorizaſti:tūc
iā ire debes nudis pedib⁹ ad eccliam:⁊ ſatiſ
facerē poti⁹ hic in pñti vita ꝙ̄ in futuro. Si
militer quilibet dꝫ eſſe patiēs in infirmitati
bus quas qñqꝫ de⁹ ſuis caris amicis dat p
purgatorio. Uñ dicit per ꝓphetaꝫ Naum. i.
Afflixi te. ſupple in preſenti. ⁊ nō affligā te.
ſupple in futuro. Et hoc debemus a deo de
ſiderare:vt nos hic a pctis noſtris puniēdo
expurget. Unde Auguſtin⁹. Hic vre. hic ſe
ca:vt ineternum parcas. Unde Gregorius
Misericorditer adhibet deus temporalē ſe
ueritatē:ne eternam inferat vltionem. Ideo
hic quibuſdam parcit: vt eos ineternum fe
riat. Alios vero hic ferit non parcendo vt i
eternum parcat. Item ſciendum ꝙ eſt bo
num ſignum ſalutis ⁊ charitatis dei quādo
quis hic diu infirmatur in eodem corpore:⁊
in eiſdem membris: cum quibus deum lon
go tempore offendit: ⁊ ſic diu in peccatis ia
cuit. Unde Gregorius in libro moral'. Diui
na diſpenſatione agitur vt prolixiori vitio p
lixior egritudo exiſtat. D Sed queritur
quamdiu quis in purgatorio puniendus ſit
ſm dei iuſticiā p ſolutiōe vnius pene pecca
ti mortalis. Reſpondetur ⁊ ſatis probabili
ter ꝙ quis tot annis deberet puniri pro ſa
tiſfactione vnius peccati mortalis:quot ſunt
dies in ſeptem annis. Et ratio eſt. quia in
preſenti ſcḋum veram iuſticiam debet ſep
tennis penitentia iniungi pro vno peccato
mortali. Unde dicitur in decretis. Peniten
tia peccati mortalis ſunt ſeptem anni. xxiij.
queſtione ſecunda. Hoc ſanctū. Sed in pur
gatorio datur ſibi annus pro die vna, quia

dño dicit ꝑ ꝓphetã illis q̃ hic tpe grẽ ⁊ mĩe
penitẽt: vt hr̃ Ezech. iiij. Diẽ ꝓ anno dedi ti
bi. Diẽ. s. in pñti tpe grẽ ⁊ mĩe ꝑ anno sc; in
futuro vbi erit tps iusticie. Sil'r pôt ꝓbari
hoc in filijs israel: q̃ ꝑ q̃draginta annos fue
runt in deserto ꝓpter pctã sua retardati, an
teq̃ intrauerunt terrã ꝓmissionis: q̃ si nõ pec
cassent in. xl. dieb' intrassent. Et sic ꝓ q̃libet
die dat' est eis ann'. Ex dictis ptȝ ꝙ alique
aie ꝑ longũ tps puniunt̃ grauit' in purgato
rio. Nã in vno anno sunt. ccclxv. dies: ⁊ in se
ptẽ ãnis sũt bis mille q̈ngẽti q̈nq̃ginta q̈nq̃
dies. Modo ꝑ tot annos ſm merã iusticiã
deberet qs ardere in purgatorio ꝓ vno pctõ
mortali. Hoc nõ attendũt luxuriosi q' ꝓ vno
actu tot annis puniendi sunt. Sil'r ebriosi ⁊
sup̃bi: chorizantes ⁊ blasphemi: mẽdaces ⁊
maledici: inuidiosi ⁊ iracundi: auari ⁊ accidio
si: ieiunia ⁊ festa ab eccl'ia p̃cepta trãsgredi
entes. ⁊ sic de alijs pctõrib'. S; tñ vtrũ ista
ꝓbatio sufficiẽs sit: iudicio discretoꝝ relinq̃.
Sed tñ vt videtur satis credibile appet. ¶
Itẽ sciendũ ꝙ null' ꝓpterea despare d;. q̃a
iã dicta intelligenda sunt ſm merã iusticiã
dei: ſ; de' misericors est. ⁊ ɔtritio ⁊ erubescen
tia ɔfessionis: ⁊ satisfactio in pñti q̃ fit ꝑ bo
na opa q̃ qs facit. sil'r ⁊ tribulationes ⁊ infir
mitates ⁊ ꝑsecutiões q̃s qs patient' ⁊ volũ
tarie sustinet: multũ de pena purgatorij delẽt
Sil'r ⁊ suffragia q̃ fiũt ꝓ aiab' valde ipsis
ꝓsunt vt eo cit' liberent̃ a purgatorio. Uñ
legit̃ in dyalogo Cesarij ꝙ q̃dã debebat eẽ
duo milia annoꝝ in purgatorio: ⁊ in duobus
annis ꝑ suffragia vni' epi ⁊ alioꝝ bonoꝝ ho
minũ liberat' fuit a purgatorio. ¶ Item
legit̃ in dyalogo Cesarij ꝙ q̃dã adolescens
in claraualle recept' in ɔuersuȝ fact' est opi
lio ouiũ. q̃ oues pascẽs in agro appuit ei cõ
sobrin' su' nup defunct'. Quẽ interrogans
vñ veniret: r̃ndit. Mortu' sum ⁊ magnis pe
nis torqor. Ait ɔuersus. Poteris ne iuuari.
Ait ille. Si potero hr̃e tres missas in ordine
vestro mox liberabor. Mox ɔuersus ad mo
nasteriũ festinãs: q̃ viderat ⁊ audierat prio
ri indicauit. Cui prior gratanter r̃ndit. Ego
vnã celebrabo: alias duas duob' sacerdoti
bus iniũgã. Dictis aũt missis iteꝝ ille appa
rens ɔuerso grãs egit dicẽs. Bñficio missa
rũ saluat' sum. Nec mirari debes si tanti va
let dñici corpis imolatio ⁊c̃. Itẽ legit̃ ꝙ q̃dã
ꝓuincialis habuit fratrẽ cardinalẽ q̃ appuit
ei post obituȝ dicẽs se esse in maximis penis
purgatorij. ⁊ ꝙ illas deberet sustinere ꝑ. xv.

annos. Et ꝓuincialis sequẽti die celebrauit ꝓ
aia ipsius missam vnã. Tũc appuit ei ipsa a
nis ⁊ regratiabat̃ charitati sue: ⁊ dixit ꝙ ꝑ
illã missam eẽt liberat' a purgatorio. ⁊ dixit
se iã ad celũ trãsiturũ. Quantũ est ꝙ ille qui
tardat suã ɔfessionẽ vsq; in agonẽ mortis ⁊
extremitatem vite ⁊ si vere ⁊ bene peniteat
tñ minorẽ gl'iam habebit in celo. Na; valde
dissimiles erũt in p̃mio ille qui in extremis
penitet: ⁊ ille q̃ triginta vel quadraginta an
nis deo seruiuit. Uñ dr̃ in euãgelio Jo. xiiij.
In domo patris mei mansiones multe sunt
De hoc quere ante sermone. xx. J.

Sermo de virginibus. Sermo. cviij.

Simile est regnuȝ celorum thesauro abscondito in agro ⁊c̃. Math. xiij. Per istum
thesauꝝ intelligit̃ virginitas: q̃ est thesaur'
sup oẽs thesauros. Uñ Eccl'ia. xxvi. Nõ est
ɔdigna pôderatio ɔtinentis aie. Uñ ꝑ pñti
de virginib' tria sunt dicẽda. Primo de vir
ginitatis dignitate. Secũdo q̃ xps reqrit in
sponsis suis. s. in virginib'. Tertio exemplũ
¶ Quantũ ad primũ notãdũ ꝙ beate sũt
ɔiugate: beatiores vidue: beatissime sunt vir
gines. Nã isti tres stat' differũt sicut lux sol.
lux lune. ⁊ lux stellaꝝ. Itẽ differũt sicut aurũ:
argentũ: ⁊ plũbũ. Uñ Aug. de bono ɔiuga
li dic̃ sic. Sicut bonũ erat ꝙ martha satage
bat occupata circa freq̃ns ministeriũ sctõꝝ
ſ; meli' ꝙ maria magdalena fecit audiens
verbũ dei: ita etiã bonũ Susanne in castita
te ɔiugali laudam'. ſ; bonũ vidue anne ma
gis. ſ; tñ bonũ virginis Marie anteponim'
Uñ etiã Damascen' li. iiij. Quanto angel'
hoi est supior: tanto virginitas nuptiis est
honorabilior. S; diceret aliqs. Quare virgi
nes sunt beatiores. R̃ndet̃ ꝙ ꝓpter virgi
nũ dignitatẽ. Nã xps in nouẽ dignitatib' pri
uilegiauit dignitatẽ virginũ q̃ significate sũt
ꝑ nouẽ choros angeloꝝ. Primũ priuilegiũ
est ꝙ virginitas est thesaur' incõpabilis su
per oẽs thesauros. Nã oĩa regna mũdi ⁊ oẽ
auꝝ: ⁊ oẽs lapides p̃ciosi nõ possunt cõpari
virginitati. Et in signũ hui' xps cõmendan
do virginitatẽ cõpauit eã thesauro dicens i
verbis p̃missis. Sil'e est regnũ celoꝝ thesau
ro ⁊c̃. Secundũ priuilegiũ est ꝙ virginitas
est vita ãgelica. Amb. Qui nõ nubũt ⁊ vxo
res nõ ducũt: sicut angeli in terris sunt. Hie
ro. etiã dicit. In carne p̃ter carnẽ viuere nõ
est vita humana. ſ; angelica. Quod cũ sunt

virgines:nisi hoīes celestes ⁊ angeli terre-
stres. Vñ Amb. in li. de offi. Supgredit̃ vir-
ginitas cōditionē humane nature:p quā ho
mines angelis assimilant̃. Tertiū est q: vir
gines sunt regnū celoꝝ. Nam de⁹ habitat in
eis. Lu. xvij. Regnū dei intra vos est. Quia
sicut xp̄s regnat in celo ⁊ in sanctis:sic in ter
ra in virginib⁹. Bern. in ep̄la. Sola est casti
tas q̄ in hoc mortalitatis loco ⁊ t̄pe quēdam
statū mortalis glie. rep̄ntat. ꝙ aūt xp̄s ī vir
ginib⁹ regnat p3. q: virgines sunt dei refectō
Can. ij. Qui pascit̃ int̃ lilia. i. inter virgines
Enī ip̄e xp̄s pascit eas cū sua dulcedine. Et
merito q: etiā ip̄e delicias carnis relquūt: iō
n xp̄o delicias inuenūt. De qua dulcedie dicit
Bern. Cib⁹ aīe est grā dei dulcissim⁹ suauis
: oēm habens in se suauitatē ⁊ delectamen-
ā saporis. Quartū p̄uilegium est libri vite
īscriptio. Nam ip̄e virgines a xp̄o sunt scri
te in libro vite. Apoc. iij. Habes pauca no-
ina q̄ nō coinquinauerūt vestimēta sua. Et
bditur. Et non delebo noīa eoꝝ de libro vi
. Et d̄ hoc gaudere debēt v̄gines ⁊ nō ī va
itatib⁹ hui⁹ mundi:sicut in risibus ⁊ ludis.
Mat. v. Gaudete q: noīa v̄ra scripta sūt in
elis. vñ Aug. Gaudia virginū xp̄i sunt de
xp̄o:in xp̄o:cū xp̄o:post xp̄m:p xp̄m: p̄pter
xp̄m. Quintū est. q: virgines sunt ornat⁹ celi
pulchritudo ecclie. Eccl. xliij. Species celi
glia stellaꝝ. i. virginū. Quia sicut stelle celū
ornant:sic ⁊ virgines eccl'iam. Stelle enī in
die latēt:⁊ in vespe apparēt. sic in fine mūdi
i resurrectione nouissima claritas virginū
apparebit. Unde de quolibet iusto d̄r illud
Math. xiij. Fulgebūt iusti tanq̄ sol. Sz vir-
gines q̄ mūdiciā cordis ⁊ corporis hr̄uerūt:
sic p̄e ceteris oīb⁹ clariores erūt. vñ Amb.
i li. de virginitate dicit. Pulchritudinē q̄s
potest maiorē estimare decore virginis que
amatur a rege: pbat̃ a iudice. dedicat̃ dn̄o:
consecrat̃ deo. Sz mali ⁊ luxuriosi tūc erunt
deformes:nigri ⁊ graues. passibiles ⁊ īmor-
tales. q: mors fugit ab eis. S3 casti tunc luce-
bunt p̄e alijs. sicut stella differt a stella s̄m
plus. Sextū priuilegiū est ꝙ xp̄s specialem
dilectionē h3 ad virgines. Quāuis enī om̄s
bonos hoīes diligat:tñ sp̄alit̃ v̄gines p̄ oīb⁹
diligit. Prouer. xxij. Qui diligit cordis mūdi
tiā habebit regē amicū. Beda sup Lucam.
Sicut xp̄s in sūma pace nat⁹ ē vt se pacē di
ligere ondēret:ita de virgine nat⁹ ē vt se vir
ginale dec⁹ diligere demōstraret. Vñ etiam
Hiero. Plus ceteris amat xp̄s v̄gines. quia

sponte tribuūt q̄d nō est eis imperatū. Sep-
timū ꝙ habebūt specialē aureolā. Est autē
aureola additio ad gloriā electis cōiter debi
tam. Pro quo notandū ꝙ virgines:marty-
res:⁊ p̄dicatores habebūt specialē aureolā
Unde q̄ritur vtrū virgo q̄ violent̃ corrūpit̃
perdat aureolā. R̄ndet̃ s̄c̄m Tho: ꝙ non.
dūmodo p̄positū virginitat̃ h3 nec ꝯsensit ī
actū. Vnd̄ legit̃ de beata Lucia ꝙ dixit. Si
me inuitam violaueris castitas mihi dupli-
cabit̃. s. p̄pter virginitatē ⁊ iniuriā quā pa-
teretur si corrūperet̃. Vñ d̄r in decre. Dū vir
ginitas sine ꝯsensu corrūpit̃:meritū castitat̃
duplicabit̃. xxxij. q v. c. i. Item q̄ritur vtrū il-
la que in carne est virgo s3 p̄positū habet cō
trahendi matrimoniū. ⁊ in tali p̄posito mori
tur. vtrū habebit aureolā. Respōdet̃ ꝙ nō
q: ad aureolā cōsequendā requirit̃ p̄positū
p̄petue virginitat̃. Unde Albert⁹ magnus
⁊ sanct⁹ Tho. dicit ꝙ p solū ꝯsensū in actū
carnalē p̄ditur virginitas cum in mēte consi
stat. s3 recuperari pōt vt p3 in Johāne euāge-
lista:quē xp̄s de nuptijs vocauit. Ergo si ta-
lis virgo in agone peniteret ⁊ mutaret p̄po
situ:sic aureolā acquireret. Et est sciendū ꝙ
virginitas carnis p̄dita nunq̄ recuperari pōt
Vñ d̄r in decre. Deus nō pōt facere de cor-
rupta virginē. xxxij. q. v. si paulus. Vñ etiā
Hiero. Audent̃ loquor cū oīa possit de⁹. su-
scitare tñ nō pōt virginē post ruinā: valet q̄-
dem liberare de pena: s3 nō val3 coronare cor
ruptā. Unde etiā Jsido. de sum. bo. Omne
petm̄ p p̄niam recipit vulnerū sanitatē. vir-
ginitas aūt si labit̃: nulla penitentia repara
tur ad integritatē. Querit̃ vtrū meli⁹ sit ser
uare virginitatē cū voto q̄ sine voto. R̄n-
detur ꝙ melius est seruare cū voto. q: hō se
totū offert deo p votū. Unde sicut mai⁹ ē da
re arborē cū fructu q̄ solū fructū sine arbore
sic etiā est de virginitate q̄ seruat̃ cū voto: ⁊
de virginitate q̄ seruat̃ sine voto. Nam sicut
plus peccat q̄ post votū frangit p̄missum:sic
etiā pl⁹ meret̃ seruando votū. Attamen nō
est leuit̃ vouendū. q: q̄ā postmodū matrimo
niū ꝯtrahūt. grauit̃ xp̄m in h̄ offendūt. De hoc
q̄re supra ser. xxvi. P. Octauū p̄uilegiū est
ꝙ virgines sunt sponse xp̄i. Nam ipse xp̄s
est summus pontifex. De quo d̄r Leuit. xxi.
Sūmus pontifex virginē ducet vxorē. Et ex
hoc sequit̃ ꝙ ip̄e virgines sūt regine. q: hn̄t
xp̄m regē glorie p spōso. p̄s. Astitit regina
a dextris tuis in vestitu deaurato ⁊c̄. Unde
etiam Ciprian⁹ in li. de virginitate. Virgo

nitas ē soror angelorū. victoria libidinū. regina ꝟtutū. possessio oium bonorū. Nonū puilegiū ē. ꝙ ꝟginitas ꝑncipatū tenet tā i celo ꝙ̄ i ꝉra. vñ Hiero⁹. in oi sexu ⁊ gradu pudicicia obtinet ꝑncipatū. Notāter dicit sexu ⁊ gradu q: duo sūt sex⁹. s. masculin⁹ ⁊ feminin⁹. In masculino tenet ꝑncipatū xp̄s. in feminino gloriosa ꝟgo Maria. Itē i gradu in ꝓphis Iohes baptista. In predicatoribus noui testamēti. Paul⁹. q̄ est ꝟgo. Vñ ⁊ ꝓponit̄ Petro in sigillo pape. ⁊ frequēter depingit̄ rome ad dexterā xp̄i. ⁊ petr⁹ ad sinistrā. vt pȝ in ecclia ipsi⁹ bti petri. In euāgelistis btūs Iohes euāgelista: q̄ est ꝟgo. In martyrib⁹ btūs Stephan⁹ ꝓthomartyr: ⁊ Laurenti⁹: q̄ sūt ꝟgines. In cōfessorib⁹ Nicolaus ⁊ Martin⁹: q̄ sūt virgines. Ergo honorabiliores sūt ꝟgines coram deo: hoib⁹ ⁊ angelis. ¶ Quātū ad secūdū sciēdū ꝙ xp̄s sex req̄rit in sua spōsa. q̄rū si vnū defuerit nō sibi placet illa spōsa. Primū ē pulchritudo q̄ cōsistit in puritate ꝯscie. Vñ Cañ. iiij. Tota pulchra es amica mea: ⁊ macula nō ē in te. Ergo q̄̄to cōsciētia ꝟginis est purior: tāto corā xp̄o ip̄a est pulchrior. Ideo ꝟgo diligēter dȝ custodire faciē aie. i. cōsciētie. nō solū a nigredine pcti mortalis: ſȝ etiaȝ a puluere venialiū. q: venialia maculāt aiaȝ ſȝ mortalia denigrāt. Et ponit̄ exemplū ꝙ aliqñ denigrat̄ imago ꝙ videri nō pōt. ⁊ aliqñ obscurat̄ ꝙ videri pōt: ſȝ nō plene discerni. ⁊ ꝓpt̄ hāc differētiā dicit Greg. Veniale obscurat: mortale obtenebrat. Ergo sicͭ vxor solet faciē suā lauare ⁊ eā mūdā ſuare: ⁊ frequēter specula inspicere. vt si viderit in speculo aliquā maculā in facie statim eaȝ deponet. Sic ꝟgo xp̄i lauare debet faciē cōscientie sue per cōtritionē ⁊ ꝯfessionē. ⁊ specula inspicere id est mādata dei ꝯsiderare. Vñ btūs Greg. Specula sunt mādata dei. Et si dep̄hēdat aliquā maculā: illā ꝑ cōfessionē abluat. Unde Bern. dic. Ama cōfessionē si affectas decorē.

Scd̄m qd̄ xp̄s req̄rit i sua spōsa est nobilitas. quia nō sufficeret ꝙ spōsa sua esset pulchra: nisi etiaȝ est nobilis. Hec aūt nobilitas attendit̄ in honestate moruȝ: ⁊ custodia sensuum. Et quāto honesti⁹ ⁊ meli⁹ custodit̄: tāto est nobilior. Cañ. vij. Quā pulchri sūt gressus tui. Unde honestas spōse xp̄i stat in hoc ꝙ nullus maluȝ loquat̄ de ea: ſȝ vt alij edificent̄ de cōuersatione ipsi⁹. Vt aūt teipsuȝ custodias: ab oib⁹ illicitis oculos tuos auerte. Unde Greg. Nō licet intueri qd̄ nō licet cōcupisci. Itē custodire debes aures ab auditu malorum. Isidorus. Nulla autem tuam sermonū impudicitia subrepat. vanus sermo cito polluit mentē: ⁊ facile agitur qd̄ libenter auditur. Item custodire debet manus ab illicito tactu: ⁊ pedes ab inutilib⁹ discursibus. Unde Bernar. Solent virgines que vere virgines sunt semper esse pauide ⁊ nūq̄ secure. Ut autēȝ corpus virginis custodiatur ⁊ bene regatur: tunc oportet eam moderantiam ⁊ abstinentiam tenere. quia per abstinentiam caro domatur. Unde Hugo de sancto victore. Parca enīȝ vita occidit vicia. libidinem extinguit: virtuteȝ nutrit: animam roborat: mentē ad celestia eleuat. Tertiū quod xp̄s requirit in sponsa sua: sine quo alia duo non valent est sapientia. Et illa attenditur i locutione discreta. Nam sponsa xp̄i debet se custodire in verbis. vt dicere possit cum p̄s. Os meū loquetur sapientiam. Et populus qui audit eam loquentem: dicere possit illud ps. Diffusa est gratia i labijs tuis: ꝓpterea benedixit te deus in eternum. Qualis auteȝ debet esse virginis sermo ostendit sanctus Hierony. dicens. Sit ſmo virginis prudēs modestus ⁊ rarus. Unde dicit Ambrosius Custodi virgo vias tuas: vt non delinquas in lingua tua. Nam ⁊ vana loqui plerūq̄ crimen est virgini. Bona verba loqui est signū bonitatis in corde: ⁊ econuerso mala loqui ē signū peruersi cordis. Mathei. xij. Ex abundantia cordis os loquitur. Ergo dum virgo vel mulier turpia verba loquitur. signūȝ est mali cordis. Crisosto. sup Math. Quale cor habȝ vnusquisq̄: talia verba loquitur ⁊ opera facit. Aristoteles. iiij. Ethicoruȝ. Qualis vnusquisq̄ est taliter dicit ⁊ taliter operatur ⁊ taliter viuit. Quartum qd̄ christus requirit in sua sponsa: sine quo predicta non sufficiunt est diuitiarum abundantia. Et he diuitie ꝯsistunt in ꝟtutib⁹. vñ Gre. Vere diuitie nō opes: ſȝ ꝟtutes sunt. Ergo spōsa xp̄i dȝ hr̄e humilitatē exēplo Marie que de seipa dicit. Respexit humilitatē ancille sue. Und̄ Marie virginitas deo nō placuisset: si humilis non fuisset. Ex quo patet ꝙ castitas nō ꝓdest superbe virgini. Unde Augu. Melius est humile cōiugiū ꝙ̄ sup̄ba virginitas. Item spōsa xp̄i dȝ seruare obedientiā. ⁊ frangere ꝓpriam volūtatē: q: hoc est valde meritoriū. Eusebius in epistolis. Illū diem tantū te hr̄e vixisse puta in qua propriā volūtatem abnegasti: ⁊ desiderijs tuis restitisti. Hieronymus Tantū virtuti adijcies q̄̄tū voluntati ꝓprie

subtraxerio. Item sponsa xpi debet seruare charitatē. quia charitas est optima virtutū charitatē. quia charitas est optima virtutuz et quia castitas sine charitate deo non placet Bernar. Castitas sine charitate est lampa sine o'eo. subtrahe oleum et lampa nō lucet. sine o'eo. subtrahe oleum et lampa nō lucet. tolle charitatem et castitas non placet. Unde Gregori' super Ezechielem. Antiquus inimicus in nobis castitatez si sine charitate fuerit: non timet. quia ipse nec carne premit: nec in eius luxuria dissoluitur. Ex quibus patet qꝫ virgo christi quanto plus habet de humilitate: de obedientia: et de charitate: et de ceteris virtutib' tanto est ditior. Et he diuitie tā nobiles sunt qꝫ solus deus operatur eas in nobis. Galla. iij. Qui tribuit vobis spiritum operatur virtutes in vobis. Unde etiā Augustin'. Uirtus tam nobilis est vt null' eam nisi solus deus operetur in homine. Quintū quod xp̄s requirit est qꝫ sponsa sua sit sana et non languens. Nec sanitas anime attendit in agilitate. quia inter omnia signa sanitatis precipuum est agilitas in membris. Unde sponsa christi debet esse agilis ad bona opera. Sed virgo pigra que diu dormit: et bene et lante comedit: est languens et multum infirma. Similiter virgo illa que de mane visitat ecclesiam et seruit deo: et post prandiū vadit ad choream et seruit mūdo: est claudicās coram deo. Unde ipse dixit per prophetam. Usqꝫquo claudicatis in duas partes et c. Sextum quod christus requirit: et sine quo predicta non sufficiunt est qꝫ sponsa christi sit fidelis in amore sui sponsi: sic qꝫ nulli placere desideret nisi soli christo. Apostolus. i. Cor. vij Uirgo cogitat q̄ dei sunt: et quō placeat deo. Uirgines eñ que sponse christi sunt nō debent diligentiam adhibere super ornatū corporis: sed super ornatum anime. Unde Cyprianus in ep̄la. Quid ergo virginibus cuz terreno cultu et corruptibilibus ornamentis: que dum placere hominibus satagunt deum offendunt. Unde etiam Augustinus in lib. ad sacras virgines. Dominica virgo nec ornatu capitis: nec habitu: nec oculis erectis: sed cum vultu ad terram deposito procedat. ne in se viles inducat amores. et si non pereat: alijs perditionis causa non existat. Unū sponsa christi diligenter debet se cauere ab illicito amore et a carnis libidine. quia virginitas carnis cum corruptione mentis similis ē sepulchris: ab extra speciosis et īterius plenis spurcicijs. Unde Hiero. Nonnulle sunt virgines carne nō spiritu quarū corpus est integrum: sed anima corrupta. Sz illa virginitas hostia est xp̄i: cuius nec mentez maculat cogitatio: nec carnem libido. Unde etiā Isidor' de sum. bono. Uirgo carne et non mente nullum meritum habet in repromissione. Unde etiam Augustin'. Felicior enim mihi videtur mulier nupta qꝫ nuptura virgo habet enī illa qō ista cupit. illa vni placere studet ista multis. Unō virgo que ē sponsa xp̄i attendere debet qꝫ vxor fidelis facit quicqd scit placere marito suo. sic et ipsa debet facere christo. Item sicut vxor non ostendit signa familiaritatis alijs viris in presentia sui mariti: sic nec virgo in presentia xp̄i qui vbiqꝫ p̄sens est: et omnia verba mores et facta sue sponse considerat. Sed quantū ad tertium sciendum: qꝫ ve illis q̄ inhonorāt virgines quas xp̄us sic priuilegiauit: et sibi preelegit: vt sint sponse ipsius. Nam xp̄s tales maxime puniet. De hoc quere exemplū añ fino. xcvi. U.

Aliū sermonē de virginib'. s. de sp̄ūali matrimonio q̄re supra ser. cxxiiij. K.

De angelis. Sermo. clviij.

Angeli eorū semper

vident faciem patris mei qui in celis est. Math. xviij. Ex quo hodierna die peragit' festū sancti Michaelis et oīm āngelorū: ideo in p̄nti sermone de angelis quattuor sunt dicenda. ¶ Primo q̄re festū angelorū solēniter sit celebrandū a nob Respōdetur qꝫ ꝓpter tria. Primo propter multitudinē angelorū quorū hodie festa pagim'. Circa quod queritur vtruz angeli sint in aliquo magno numero. Rñdetur ſm sanctum Tho. qꝫ sic. nā excedunt omnē numerabilem et visibilē multitudinē. Uñ etiā Dionisius in de celesti hierarchia. Excedentes numerum nostrorū materialiū corporū. Apoc. vij. Uidi turbā magnā quā dinumerare nemo poterat. Facili' eñ quis stellas celi: guttas maris et folia arborū nūeraret qꝫ nūerū āgelorū. Modo si festū vni' sc̄ti solēnit' ē celebrādū: q̄d tūc de festo tot āgelorū. Secūdo vt ip̄is āgelis vicē reddā p̄sens'. Gaudēt eñ de nr̄a ꝯuersiōe et de bonis nr̄is. vñ et nos etiaz hodie de ip̄is gaudere debem'. Uñ Luce xv. Gaudiū ē āgelis dei sup vno petōre penitentiā agēte. Uñ etiā Ber. sup Cant. Gaudent angeli in ꝯuersione petorū: salutē hoīm sitientes. Lachryme eñ penitētiū sunt vinū eorum. Tertio vt per honorem quem hodie ipsis exhibemus: ꝓuocem' eos ad subueniendū

nobis in futurū. Naȝ hodie expirat annꝰ ser
uicij coꝝ. Nonne merito vno die sunt deuote
a nobis honorandi q̄ nobis ꝑ totū annū sin
gulis diebꝰ seruierūt ⁊ nos custodierūt. Nū=
ꝙ enī aliq̄s nostrū vixisset ꝑ annū: nisi āgeli
eū custodiuissent. ps. Angelis suis deus mā
dauit de te: vt custodiāt te in oībus vijs tuis
Ergo q̄cunq̄ȝ desiderat vt angeli sibi in futu
ro anno seruiāt: hodie dȝ eos deuote hono=
re: ⁊ festū coꝝ solēniter celebrare. ¶ Se=
cundo q̄ritur q̄re angeli seruiūt nobis hoībꝰ
¶ Rn̄detur ꝙ triplici rōne seruiūt nobis. Pri
ma ratio est charitas quā habēt ad salutē no
stram. q: ꝑfecte diligūt nos: ⁊ multo sincerꝰ
ꝙ̄ pat̄ vel mat̄: soror vel frater. Et nūꝙ̄ ali
q̄s in tantū desiderauit bonū cognati sui: sic ipsi
desiderant bonū nostrū ⁊ salutē nostrā. Se
cūda ratio est ꝓpt̄ xp̄m: ex eo ꝙ xp̄s est fra
ter nr̄ ⁊ maria q̄ est dn̄a angeloꝝ ⁊ mat̄ no
stra. tūc ipsi angeli ī hoc ꝙ nobis seruiūt: ho
norant xp̄ȝ q̄ est frat̄ noster. Un̄ ps. Narra
bo nomē tuū fratribus meis. Et Joh. xx. dic
Jesus ad mariā magdalenā. Uade ad frēs
meos ⁊ dic eis. ascendo ad patrē meū ⁊ pa=
trē vestrū. Ubi xp̄s noiat nos fratres suos
Et ergo sicut fratres alicuiꝰ regis honorant̄
a subditis ipius regis: sic ⁊ nos honoramur
ab angelis tanꝙ̄ fratres regis celestis. Ter
tia causa est ꝓpt̄ seipos: q: ruina coꝝ ē ꝑ nos
reparanda. Et etiā ꝓpt̄ meritū ipoꝝ accidē
tale. Circa q̄d q̄ritur vtrū hoīes assumātur
ad ordines angeloꝝ. ¶ Rn̄detur ꝙ oēs electi
assumunt̄ ad ordines angeloꝝ: quidā ad in
feriores: quidā ad medios: quidā ad supio=
res. ſm diuersitatē meritorum suoꝝ. vt dicit
Grego. Sȝ beata virgo sup oēs choros an=
geloꝝ exaltata est. Unde canitur de ea. Exal
tata es sancta dei genitrix sup choros ange
loꝝ ad celestia regna. Item querit̄ vtrū gau
diū custodientis angeli augeatur ex beatifi=
catione hoīs custoditi. ¶ Rn̄detur ſm Bo=
nauenturā ꝙ essentiale p̄miū ex hoc non au
getur: sed accidentale. Nam angeli ministrā
do alijs bona opa faciunt: ideo p̄miū accidē
tale merent̄. ¶ Tertio est sciendū ꝙ ange
li seruiunt nobis in vita: in morte: ⁊ post mor
tem. In vita seruiūt peccatoribꝰ penitentibꝰ
⁊ perfectis. Peccatoribꝰ seruiunt. primo in h̄
ꝙ custodiunt eos ne a demonibꝰ totalit̄ occi
dantur. Nam cīȝ quis peccat mortalit̄: tunc
imediate meruit ꝙ demones ei collū fran
gerent ⁊ ducerent eū ad infernū. Sed sancti
angeli arcent demones vt nō possint exerce

re malicias suas in peccatorē vt libenter fa=
cerent. Unde quicūq̄ȝ peccator longo tpe. s.
per decē vel viginti annos vixit in pctīs. de
hoc regratiari dȝ deo ⁊ angelis ꝙ eū in tali
bus pctīs sic custodierūt. Secundo seruiunt
peccatoribꝰ: vt cū nō desistunt a pctīs tūc fre
quenter reprehendūt ⁊ admonent eos vt sa
tisfaciant ⁊ a pctīs cessent: ⁊ ꝓponūt ipis pe
catoribꝰ interiꝰ sepe ꝙ ꝓ momentaneo pctō
penā eternā incurrant. gloriā eternā perdāt
⁊ xp̄o ꝓ oībꝰ laboribꝰ suis n̄ satisfaciāt. Ter
tio seruiūt pctōribꝰ ī hoc vt cū desistere a pec
catis noluit: tn̄ sepe eos retrahūt ne tantū
peccent q̄ntū volūt. Sepe enī adsunt volūtas
⁊ defuit facultas: ⁊ hoc ex ꝓuidētia angeloꝝ
Et in signū huiꝰ legit̄ Nume. xxij. ꝙ cū Ba
laam iret ex auaricia ad maledicēdū popu=
lo israel sedens sup asinā: ab angelo sancto
impeditꝰ est. q: angelꝰ euaginauit gladium
quē cernēs asina auertebat se in via ⁊ iuxta
se parieti ⁊c. tunc Balaā asinā pcussit: ⁊ ipa
locuta est. Cur me cedis. Sic angelꝰ impedit
aliq̄n hoīem a pctō: vt saltē eternalit̄ minus
puniatur. ¶ Item querit̄ vtrū angelꝰ de
relinquat pctōrē in presenti ex toto ꝓpt̄ sua
pctā. ¶ Rn̄detur ſm sctm̄ Tho. ꝙ angelꝰ nūꝙ̄
derelinq̄t hoīem vsq̄ȝ ad horā mortis: etiā
ꝙ̄tūcūq̄ȝ malꝰ sit: q̄n sit aliq̄s eiꝰ effectus
vel a malo retrahēdo: vel ad bonū ꝓmouen
do. Unde q̄libet et dȝ reuerentiā exhibere suo
angelo ī oī loco. q: semp p̄ns est. ⁊ cognoscit
verba ⁊ facta nr̄a etiā ꝙ̄tūcūq̄ȝ occulta. Un̄
Bern̄. In quouis diuersorio: in quouis āgu
lo reuerentiā exhibe angelo tuo: nec audeas
illo p̄nte q̄d me vidente nō auderes. Et sciē
dum ē ꝙ q̄n q̄s peccat de hoc letant̄ demo=
nes. ⁊ q̄n a pctīs ꝯuertit̄ ⁊ bona opa facit de
hoc letant̄ angeli. Aug. Quotiēs bn̄ agimꝰ
gaudent angeli ⁊ tristant̄ demones. quotiēs
vero a bono deuiamꝰ diabolū letificamus: ⁊
angelos suo gaudio defraudamus. Scdo
angeli seruiunt penitentibꝰ cū peccare desie=
rint. Quid faciendū sit sollicite oēs penitēn=
tes instruūt. Et quō se regere debeāt in ver
bis ⁊ factis ne recidiuent: ⁊ deū denuo offen
dant. Et in signū huiꝰ legit̄ Gen. xix. cū an=
geli eduxissent loth extra ciuitatē sodomorū
dixerūt ei. Salua aīam tuā: ⁊ noli respicere
post tergū: nec stes in omī circa regione: sed
in monte saluum te facne ⁊ tu simul pereas
Ergo quandocūq̄ȝ homī penitenti occurrit:
modo te vis de cetero sic habere: ⁊ verba tua
tali modo ⁊ modo proferre: ⁊ quinq̄ȝ sen̄us

tuos custodire ⁊ sic xp̄o fideliť cū bonis ope
ribus vsq̄ ad morte seruire. talia oīa angel'
inspirat ⁊ hoīem docet. Tertio angeli serui-
unt ꝓficientib' vt eos instruant ꝙ bona ope
ra ⁊ orōnes: ieiunia: elemosynas. vigilias: et
castigationes: ⁊ etiam labores corꝑales deo
ꝑncipaliter offerant. Greg'. Omē bonū qđ
agim' ꝑ intentionē semꝑ ad celestia leuem'.
Unde etiā Bernher. Quotidie mane surgē
tes cūcta deo que facturi estis offeratis. fini-
to die ꝯuocatis cogitationib': locutōib': ope
rationib' illa die comissis vobismetipsis capi
tulū teneatis. Item seruiūt ꝓficientib' in hoc
ꝙ sic instigāt eos vt in bono ꝓficiāt ⁊ quoti
die meliores fiant. vñ Bern. In via dei stare
retrogradi est. Nam nullū mediū est. aut eñi
homo ꝓficit aut deficit. Itē sciendū ꝙ ange
li nō solū seruiūt hoī in vita: sed etiā in morte.
Nam in agone mortis tunc demones nitunť
aīam rapere: sed angeli fugant eos. Et hoc fi-
guratū ē Gen. xxxij. vbi Iacob timēs Esau
dixit. Castra dei sunt hec ⁊c. O ꝙ̄ dulcis et
ꝙ̄ magna ꝯsolatio erit homi morienti qñ vi
det angelos occurrere ⁊ demones fugari: cū
oēs amici hoīem morientē derelinquūt tunc
angeli in extremo sine ei subueniūt. Itē post
mortē angeli seruiunt homī in hoc ꝙ ducunt
aīam hoīs in celū. Uñ dr̄ Luce. xvi. Factū
est aūt vt moreretur mendic' ⁊ portareť ab
angelis in sinū abrahe. ¶ Pro quo sciēdū
ꝙ multi angeli mittunť bonis in agone mor-
tis. Primo ꝓpter custodiā aīe. quia tūc hō mo
riens maxime impugnať a demonib': ⁊ etiā
a multis. Uñ ps. Angelis suis mādauit de
te: vt custodiant te in oībus vijs tuis. tam in
vita ꝙ̄ in morte. Secundo ꝓpť reuerentiā
vt illi aīe magnā reuerentiā exhibeant. ideo
multi angeli mittunť ad mortē boni hominis
Tertio vt cū leticia deducant ad celestē pa-
triā. q2 si est gaudiū angelis suꝑ vno petōre
pniam agente: quid tunc erit de aīa que ad
eorum societatem deputatur. Unđ Esa. lv.
In leticia egrediemini: ⁊ in pace deducemini
Unde sciendum ꝙ nunꝙ̄ aliquis rex vel re-
gina vel papa: vel episcopus ita reuerenter
est susceptus ⁊ cū tali dignitate introductus
sicut aīa boni hoīs ab angelis in celū intro-
ducitť. ⁊ a xp̄o ⁊ btā virgine Maria: ⁊ ab oī-
bus sctīs ⁊ angelis suscipiť. ¶ Quarto ē
sciendū in quib' angeli sunt nob' sīles ⁊ in q-
bus nos ꝓcellunt: ⁊ in quibus nos ecōuerso
eos ꝓcellim'. Et est notandū ꝙ angeli sūt
nobis similes in quatuor. Primo in hoc ꝙ

vnū patrē habem' ⁊ vnū creatorē. s. deū qui
eos ⁊ nos creauit. Uñ ꝓpheta. Me sicut et
te creauit deus. Uñ vnā originē habem' cū
angelis. quia a deo ipi ⁊ nos originaliť sum'
Secūdo sunt nobis similes in possessione he
reditatis eterne. Nam nos hoīes speramus
nos possessuros cū ipis regnū celorum. Insu
per propter charitatē quā habent ad nos: ⁊
nos econuerso ad ipos cōdiuident oīa no
uem chori angeloꝝ nobiscū oīa gaudia ipo-
rum. ⁊ nos hoīes ecōuerso cū ipis cōdiuide
mus oīa merita ⁊ gaudia nostra ꝗcquid ie-
iunando. vigilando. orando: elemosynas dā
do meruim'. Greg. Ex illi' eñi sancte ⁊ ꝑfe
cte charitatis merito fiet vt vnusq̄sq̄ habitu
rus sit in alio qđ nō habet in ꝓprio merito.
Tertio sunt nobis sīles in hoc ꝙ dñs nr̄ Ie
sus xp̄s qui ē cib' angeloꝝ in celo: est etiam
noster cib' in sacramento. Uñ scriptū est Sa
pien. xvi. Angeloꝝ esca nutriuisti populum
tuū. Item scriptū est in ps. Panē angelorū
manducauit homo. Et ille panis est Ies' xp̄s
Uñ ipe dicit Ioh. vi. Ego sum panis viuus
qui de celo descendi. Quarto angeli sūt nob'
similes ⁊ nos ipis in ꝯtemplatione diuinita
tis. Math. xviij. Angeli eoꝝ semꝑ vident fa
ciem patris mei q̄ in celis est. Sic ⁊ nos ho
mines visuri sum' deum cum angelis in celo.
Aplūs. i. Cor. xiij. Videm' nūc ꝑ speculum in
enigmate: tunc autē facie ad faciē. Et in ista
dei visione consistit nostra ⁊ angeloꝝ beati-
tudo. ps. Ostēde nobis faciē tuā ⁊ salui eri-
mus. Et ad hanc visionē anhelare debem'
vbi deū clare cū angelis videbim': ⁊ cū ipis
eternaliť gaudebim'. Unde ps. Qm̄ mille
anni añ oculos tuos tanꝙ̄ dies hesterna q̄
preterijt. ¶ Item sciendū ꝙ angeli nos
ꝓcellunt in quatuor. Primo in creatiōis digni
tate. Nam angeli sunt dignī' creati ꝙ̄ hoīes
⁊ hoc ratōne loci. q2 in celo cui nihil nobilius
Homo vero de limo terre ⁊ in terra creatus
est: cui nihil inter oīa elementa vilius. Itē an
geli ante hoīem ⁊ in die leticie. s. dñica die
sunt creati. Hoīes vero post angelos ⁊ ī die
tristicie. s. in sexta feria sūt creati. Item in du
ratione. q2 angel' est īmortalis: hō vero mor
talis est fact' ꝓpť peccm̄ ade. Uñ Gre. Sic
coronant. Sil'r faber: sartor: sutor: rustic' exercens agriculturã: ⁊ sic de alijs laboratoribus. Et p vna die in q̃ hic in p̃nti vita fideliter laborasti habebis mai' p̃miũ in regno celorũ q̃ tot' mũd' valere põt. Vñ ps. Labores manuũ tuaꝝ q: manducabis: beat' es ⁊ bñ tibi erit ⁊c. Vñ etiã Berñ. de ꝯsideratiõe Si labor te terret: merces inuitet. Vnusquisq; eñi s̃m suũ laborẽ mercedẽ accipiet. Vñ etiã Amb. Breuis hui' laboris ẽ meta. s; corona ꝑpetua. A Sed quantũ ad tertiũ. s. qualit' btã v̄go Maria nos adiuuet: sciendũ q̃ ipa adiuuat hoĩez in oĩ statu. s. in vita: in morte: ⁊ post mortẽ. Vñ canit' de ea. Maria mater gr̃e mat' mĩe tu nos ab hoste ꝓtege in hora mortis suscipe. Adiuuat quidẽ ĩ p̃nti vita tã bonos q̃ malos. Bonos. s. eos in gr̃a ꝯseruando: ⁊ eis gr̃am augmentando. Ideo dr̃ Maria mater gr̃e. Malos vero ad mĩam ⁊ p̃niam reducendo. iõ dr̃ Mater mĩe. Adiuuat etiã in morte nos ab insidijs dyaboli ꝓtegendo. idõ subdit'. tu nos ab hoste ꝓtege. Adiuuat etiã post mortẽ aĩas in suis manibus suscipiendo ⁊ eas in celũ deducẽdo. Idõ subdit'. in hora mortis suscipe. Vñ queritur sup hoc q̃ maria vocat' siue noĩat' mat' mĩe an ipa vel fili' ei' sit magis misericors. Respondet' q̃ fili' ei' in infinitũ pl' h; de mĩa q̃ virgo sctã. q2 sicut infinite est potentie: sic est ⁊ infinite mĩe. Vñ ps. Miseratiões eius sup oĩa opa ei'. S; ipa btã virgo maria dr̃ mater mĩe: q: semper misericorditer agit. Et iõ quãtũ ad hoc petõres fiducialr' ad mrẽm mĩe ꝯfugiũt. Vñ Berñ. Reuolue diligenti' euãgelice hystorie seriem vniuersam: ⁊ si qd forte increpatoriũ durũ vel aspeꝝ inueneris in maria: ipam de cetero suspectã; habeas: ⁊ ad eã accedere verearis. S; fili' ei' non solũ ẽ misericors: s; et iust' ĩ oĩb' opib' suis. vñ ps. Vniuerse vie dñi mĩa ⁊ veritas. B Quãtũ ad quartũ. s. ꝓpter qd btã v̄go nos adiuuat: sciendũ q̃ virgo gloriosa succurrẽdo tenetur ⁊ obligat' nobis petõrib' mĩam ⁊ gr̃am exhibere: vt etiã nullo mõ valeat a nobis continere mĩam suã etiã si vellet: s; iusto dei iudicio ꝯuincit' oportere nobis gr̃am dare: ⁊ hec triplici rõne. Primo ꝯuincat' nobis gr̃am exhibere ꝓpter ipius gr̃e inuentionẽ Humanũ eñi gen' in lapsu primoꝝ parentũ gr̃am ꝑdidit quã angelo testante maria inuenit. Sic eñi ait angel': vt hr̃ Luce. i. Inuenisti eñi gr̃am apud deũ. Iustũ est tã in iudicio ecclĩastico q̃ ciuili: vt q̃ rẽ alteri' inuenit ei restituat cui' erat. ⁊ sic p istã; sñiam cogit' maria nobis petõrib' restituere gr̃am quã inuenit. Secundo cogit' nobis misereri ꝓpter maternũ affectũ. Nã ex eo q̃ ei' fili' dignat' dici ⁊ esse frater noster. Iuxta illud ps. Narrabo nomẽ tuũ fratrib' meis. Itẽ in euãgelio dixit xp̃us marie Magdalene. Vade ad fratres meos ⁊ dic eis. Ascendo ad patrem meũ ⁊ patrẽ vestrũ. Ex hoc iusta rõne cogit' esse mater nr̃a. Scim' aũt q̃ oĩs mater diligit filios suos. Vñ sicut iesus xp̃s s̃m deitatẽ naturalis est fili' dei patris: ⁊ oẽs electi filij adoptiui. Sic a filij iesus xp̃s s̃m hũanitatẽ est naturalis fili' virgĩs marie: ⁊ nos ei' filij ex materna affectiõe. Hinc est qd̃ Lu. ij. dicit'. Peperit filiũ suũ p̃mogenitũ. Qui p̃mogenitus ei' iusto ordine dicit' rẽspectu nostri qui post illũ filij ei' sum'. Vñ Amb. Si xp̃s oĩm credentiũ est frater: cur non ipa q̃ genuit xp̃m credentiũ sit mater. Ex hac aũt materna affectiõe cogit' btã virgo maria habere curã nr̃i. Scim' eñi q̃ aĩaliũ: volucrũ: ⁊ serpentũ mater cogit' diligere fetũ suũ. Et si tã fortis est natura vt oĩs creatura materna cogat' velle bonũ filijs suis: multo magis diuin' affect' in matre dei cogit eã nos amare: q: fili' dei q̃ venit ex mĩa ĩ vteꝝ virginis fecit ei' viscera mĩam redolere. Vñ Berñ. Qui pomũ in manu habuerit p dimidiã diẽ p reliquã ptẽ; diei manu' redolet odorẽ. Sic a simili: q: mĩa q̃ est de' in ei' viscerib' nouẽ mensib' requeuit. iõ ei' viscera redolent bonitatẽ ⁊ mĩam in sempiternũ. Vñ Berñ. Dico vobis charissimi si pie a nobis pulsata fuerit nõ deerit necessitati nostre: q: m̃ misericors est ⁊ mater mĩe. Tertio cogit' nob' misereri ex filij recommendatione. Ad hoc eñi elegit xp̃s filius marie tp̃s ⁊ locũ aptissimũ q̃ nos recõmendaret matri. Hoc est tp̃s passionis ⁊ locũ passionis qñ dixit. Mulier ecce filius tu': vt ex h' loco ⁊ tp̃e ipam recõmendatõe; ei ꝯfundi' inculcaret. Nã noĩe Iohãnis qui interp̃tat' gr̃a. oĩes petõres ꝯuersi ad dñm intelligunt': quos in illo loco ⁊ tp̃e matri cõmendare voluit: vt cũ ira dei iusto dei iudicio egrederet' ad puniendũ ⁊ dãnandũ petõres ipa memor loci ⁊ tp̃is passiõis ꝓ nobis affectuosius interpellaret: ac si in illa recõmẽdatione fili' ei diceret illud Esa. xvi. Abscõde fugientes ⁊ vagos ne ꝓdas. Ac si dicat. Vide mater oculis cordis ⁊ corporis: qd quãtũ ⁊ q̃lia ꝓ petõrib' patior ⁊ eos tibi habeas recõmendatos. Quia licet multa ⁊ magna sit

valde misericordia matris xpi sup peccato-
res: tn maior est misericordia filii: vt pote. qr ē
ipamet misericordia habēs nīam essentiali-
ter infinitaz affectuosius cupiēs nos saluari
q̄ dānari. Et ideo matrē sue passioni interes-
se voluit. vt p suā intercessionē cui n̄ phas aliqd
denegare occasionē miserendi habeat pecca
toribus. E Qm autē Maria sollicita sit re-
conciliari peccatores p3 p exemplū. Quidā
peccator volens ire ad peccandum: ad altare
virginis gloriose stans salutauit eā angelica
salutatione. quia modus eius erat quādocū
q̄ preteriuit altare vl imaginē virginis ma
rie q̄ eaz salutauit. Quod cum faceret vidit
imaginē eiusdē virginis que sup altare erat
viuificari simul cū puero quez tenebat: vidit
q̄ sanguinē fluere de puero i gremiū ei9: si-
cut fluxerat de vulnerib9 xpi in cruce. Quod
cū cerneret stupefact9 dixit. O dña qd fecit h
Et virgo respondit. tu ⁊ ceteri petōres: q̄ am
plius crucifigitis filiū meū q̄ fecerant iudei
Volebatq̄ virgo sanguinē pueri tergere ⁊
restringere: ⁊ non poterat. Et petōr ille con-
uersus ad virginē dixit. O mat misericordie
intercede p me. Et illa. Vos petōres vocat
me matrē misericordie: q̄ tamē nō cessat me
facere matrē miserie ⁊ tristicie. Et ille. Non
sic inquit pijssima dña loq̄re. sed memēto ad
uocatā petōr te esse et intercede p me: ⁊ ma
ter ad filiū. O pijssime fili amore mei misere
re huic petōri. Et filius. non mat. Nec graua
ri debes q̄ te nō audio. qr ⁊ ego rogaui pa-
trē meū. Primo vt si possibile foret alio mo-
do gen9 humanū saluari transferret a me ca
licem passionis ⁊ noluit me audire. Et mat
O fili: memento q̄ materno amore te foui ⁊
alui vberib9 meis: ⁊ condona huic petōri. Et
filius. O mat: et iusticia tibi ostendā q̄ exau
dire te non teneor. Et mat: nō fm iusticiam
causemur: sz ad misericordiā confugim9. Et er
go ppt tuā misericordiā miserere huic petōri
Et fili9. Rogaui ego secūdo patrē meū: vt si
possibile foret alio modo gen9 humanū sal-
uari transferret a me calicē passionis: ⁊ non
audiuit me. Et mater. O fili: memento labo
rū ⁊ dolorū quos sustinui tecū: ⁊ dona mihi
istū peccatorē. Et fili9. O mater noli graua
ri q̄ te nō exaudiā: sed memēto q̄ tertio ro-
gaui patrē meū vt transferret a me calicem
passionis: ⁊ nō audiuit me Et mat deposuit
filiū ⁊ voluit se procidere ad pedes ei9. Quo
vidēs filius dixit ad eā. Quid est mater qd
facere vis. Et illa. Tādiu ad pedes tuos cū
peccatore iacebo q̄usq̄ ei veniā concedas Et fi-
lius. Absit hoc mater. Statutum est in lege
diuina: q̄ filius debet honorare matrem: et
iusticia concludit q̄ ille debet legem imple-
re qui legē dedit. Cum autez ego filius tuus
sum. ⁊ tu mater mea te honorare volo i isto
peccatore: ⁊ sibi ppter te oīa petā indulgere:
vt sit pax inter me ⁊ eū: ⁊ in signū pacis oscu
letur vulnera mea: ⁊ sic peccator osculando
sanauit omnia vulnera xpi.

De beata virgine alius sermo. clxij.

Fecit mihi magna q̄
potens est: ⁊ sanctū nomen eius
Luce. i. Hiero. De beatissima et
gloriosissima virgine maria loq̄ me indignū
fateor. Sed ⁊ puto q̄ nemo sit qui presumat
nisi qui quāta sint q̄ panduntur ignorat. Ta
men si ad hoc nemo idoneus inuenit votis
omnibus cessare nō debet quilibet etiā pecca-
tor a laudibus virginis gloriose. Unde etiā
Augu. Quid eni dicā de te pauper ingenio
cum de te quicquid dixero minor laus est q̄
tua dignitas meretur. Naz si oīa mēbra ver
terentur in linguas eius laudē adhuc expli-
care non possent. Un̄ etiā Bern̄. Si omniū
martyrū vulnera ⁊ mēbra verterentur in li
guas eam sufficienter laudare non possent.
Si igitur tanti doctores fatent se ad hoc nō
posse sufficere. quid dicam de modernis do-
ctoribus qui respectu eoz sūt quasi gutta re
spectu maris. Sed recurrendū est ad illā de
qua locuturi sum9: vt apud suū filiū nostraz
insufficientiā adiuuet. ⁊ indignitatē excuset:
quia dñs fecit ei magna q̄ potens est ⁊c. Un̄
in pñti sermone. ⁊ in presenti festo. N. beate
virginis Marie tria sunt dicenda. Primo
de nouem dignitatib9 quib9 eam priuilegia
uit deus pre ceteris sanctis ⁊ hominibus. Se
cundo quomodo ipa beata virgo Maria ē
exemplar morū ⁊ virtutū. Tertio exemplu3
D. Quantū ad p̄mū sciendum q̄ prima
dignitas marie est q̄ eam ab omni peccato
mortali: veniali: ⁊ originali mūdauit ⁊ custo
diuit. Rari sunt qui sibi caueant ab oī pec-
cato mortali. Rariores sūt qui caueant a ve
niali. Rarissimi qui nascantur sine originali
Ideo rarissimi: quia non inueniunt nisi tres
in nouo testamento. scz xps: beata virgo ma
ria: ⁊ beatus iohānes baptista. De virgine
eni maria dicitur Canti. iiij. Tota pulcra es
amica mea ⁊ macula non est in te. Ipa enim
fuit pulcra. quia ab omni peccato mortali pe

nitus aliena. Fuit tota pulcra. qr in carne et in aia a peccato originali mundata. Fuit sine macula: qr ab omni veniali immunis effecta Unde Bern. Ego puto q copiosior sanctificationis benedictio in mariam q in alios in vtero sanctificatos descenderit que non solu eius ortu sanctificaret: sed etia ei9 vita deinceps immune ab oi pctō cōseruaret: qd alteri nemini i natis mulieru creditur esse donatu. Un etia Augu. Cum de pctis agit nulla prorsus de hac sacratissima virgie maria volo fieri mentione. Un po. Anima ei9 in vita ipsius bndicet. qd nulli pceditur in hac vita. Nam si oes sancti et sancte interrogarent si peccassent: oes rnderent. Si dixerim9 quoniam petm no habem9 veritas in nobis no e. Unde Salomo. Non est ho iustus in terra qui facit bonu et no peccet. Un etia Prouerbiorum. xxiiii. Septies in die cadit iustus et resurget. Un etia dr in decre. Omis ho habz peccata venialia. de peni. dist. iij. Opponitur Sed sine omni pctō mortali potest vnusquisqz viuere. Et oppositu tenere est erroneu et hereticu. Unde magister sententiaru. li. ij. di. xxvi. dicit. Illos errare dicim9 qui cu manicheo dicunt homine peccatum mortale vitare non posse. Secunda dignitas est q eam in matrem suam elegit pre omnib9 mulieribus et virginibus. Unde cantatur de ea. Elegit eam deus: et preelegit eam. Unde Bern. Proinde factor oim vt homo fieret nasciturus de homine tale sibi debuit matre eligere din potius condere quale et se decere sciebat et sibi placitura nouerat. Voluit igitur virginem esse de qua imaculata imaculat9 procederet omnium maculas purgaturus. Voluit et humile de qua mitis et humilis corde prodiret. Unde sciendu q beata virgo fuit vera mater xpi. quia materia carnis sibi dedit conueniente locum in vtero tribuit: et conueniens in vtero nutrimentum sibi exhibuit. Ista tria faciunt ea vera esse matre xpi. Itez fuit tota mater xpi: quia totam substantiam ministrauit. Ita q nullus pat ibi aliquid dedit. Corpus aliorum puerorum formatum est duab9 lineis. idest semine vtriusqz parentis. Corpus autem xpi formatum est tantu in vna linea. id est sola carne virginea. Unde xps no vocat se filium hoim: sed filium hois. quia ex operatione spiritussancti et ex sanguinib9 purissimis beate virginis marie formatum est corp9 xpi. Ite fuit sollicita et studiosa mater. Adeo studiosa fuit. vt dicit beat9 Bern.

Q omnia opera misericordie erga persona filij exhibuit. ipm enim indumento carnis induit. Ipm etiam in hospitio vteri sui nouem mensibus hospitabatur. Ipm per infantile etatem infirmu fouit: nutriuit et potauit. Ipsum in cruce tanq in carcere positu visitauit. Et sepulture interfuit: et bene studiosa mater fuit. quia omnia opera misericordie erga filiu exercere voluit. Et ido mater filio fuit valde charissima. Qd quidem ipe ostendit quado in cruce existens tanta cura de ea habuit q eam Johanni comendauit. ¶ Xps na q in hac vita quinqz habuit et possedit. Habuit quidem quanda paruam expensarum sibi datam pecunia: habuit corpus et animaz habuit matre. habuit ecclesiam. Ea autem q fuerint vilia custodi vilissimo comisit. ea autem que fuerunt cara custodib9 bonis comisit et comendauit. Nam pecuniam qua conteptibilem et vilissimam reputauit custodi vilissimo. scz iude traditori comisit. Corpus suum propriu caris custodibus scz nichodemo et ioseph ab arimathia comisit. Ecclesiam vero quam habebat cariorez cariori custodi. s. petro tradidit. Matre aute carissimam custodi dilecto scilz Johanni euangeliste comisit. Anima quam habuit supcarissimam custodi supcarissimo. scz patri suo eterno comendauit. Unde Luce. xxiij. Pater in man9 tuas comendo spiritum meum. Tertia dignitas est q virgo pcepit et virgo pmansit. Insuper peperit filium suuz sine dolore. Et illa conceptio predicta fuit per Esa. qui dixit. Ecce virgo concipiet et pariet filium. Unde Augustinus. Qui scripsit tabulas lapideas sine stilo ferreo. ipe grauidauit virgine Maria spusancto. Et qui produxit pane in heremo sine aratione ipse impregnauit virgine sine corruptione. Et qui fecit virgam sine pluuia germinare. ipse fecit filiam dauid sine semine generare. Item petrus Rauen. loquens de virgine maria dicit. Virgo inquit te matrez prestitit gratia non natura in tuo pceptu in tuo partu creuit pudor: aucta est castitas: integritas roborata: et solidata est virginitas. ¶ Item sciendum q partus virginis pcellit partus aliarum mulierum. quia cetere mulieres ante partuz habent timorem. quia multe in partu periclitantur. Ergo communiter mulieres pparant se ante partum qsi ad mortem cum perceptione sacramenti. In partu habent dolorem. Unde Gen. iij. In dolore paries filios. Et post partum habet

languorem. Sed beata virgo timere non de
buit. quia habuit angelum custodientem pa
trem sanctificantem ps. Sanctificauit taber
naculum suuz altissimus. Spiritūsanctū con
ceptum operantē. Luce. i. Spūssanctus sup
ueniet in te. qui scz cōceptū tuū efficiat. Filiū
dei in vtero habitantem. Ecclia sti. xxiiij. Qui
creauit me requieuit ī tabernaculo meo. Si
mulier ī partu nō habuit dolorē. Tum quia
xp̄s sibi illū dolorē vsq3 in suā passionez ser-
uauit. Tūc enī gladius doloris pertransiuit
aīam eius. Tum quia sine peccato concepit.
et mulier ratōne peccati illi dolori subiecta fu
it. Tum quia tantam habuit leticiā de eo qꝛ
se videbat dei filium parere generare redem
ptorem: et suā virginitatē retinere qꝛ tam im
mensa leticia omnē alium dolorem exclusit.
Unde Bern. Benedicta tu in mulierib9 que
illam generalē maledictionez euasisti qua
dictum est. In dolore paries filios. Augusti
nus. O q̄ beā mater illa que sine cōtamina-
tione concepit: et sine dolore peperit. Similiter
post partū non habuit languorē. Tum quia
medicinam dei portauit. i. filiū dei qui sanat
oēm languorē et oēm infirmitatem. Tum qꝛ
virtus altissimi obumbraculū et refrigerium
sibi fecit: et nullā molestiā eam pati in partu
pmisit. Lu. i. Uirtus altissimi obumbrabit ti
bi. Quarta dignitas est qꝛ ip̄e xp̄s matri sue
subditus fuit. Unde Luce. ij. Et erat subdi-
tus illis. Ubi xp̄us docet filios obedire pa-
rentibus. de hoc q̄re ante sermone. xxiiij. S.
Quinta dignitas est qꝛ om̄es gratias quas
alij sancti habuerunt particulariter ipsa ha
buit vniuersaliter. Nam abraham habuit fi
delitatem magnam: s; ipsa fidelior. Moyses
habuit mansuetudinem: sed ipsa mansuetior.
Dauid habuit humilitatē: sed ip̄a humilior.
Johannes euangelista seruauit virginitatē:
sed ipsa purior. Martha habuit hospitalita
tem: sed ipsa liberior. quia christus nouem
mensibus in vtero ipsius hospitatus fuit.
Maria magdalena institit contemplationi:
sed ipsa in contemplatione sublimior fuit.
Beatus Nicolaus misericordiam exhibuit:
sed ipsa clementior fuit. et sic de alijs. Unde
Prouerb. xxxi. Multe filie congregauerūt
diuitias: tu supergressa es vniuersas. Unde
Bernardus. Non decuit Mariaz cōmunes
gratias habere: nec paucas que summū ge.
stabat in vtero. sed quicquid summuz qui.
quid altissimum fuit in gratia. hoc abunda-
tissime possidebat. Unde Hieronym9. Ceteri
is per partes: Marie vero se tota simul in
fudit plenitudo diuinitatis. Unī iterz Bern.
Merito de te virgo beata plenitudo gratie
predicatur. quia nō defuit tibi fides patriar
charz. spes propheta(rum). charitas apostolorū.
constantia martyrū. sobrietas confessorum.
castitas virginum. puritas angelorum. Se-
xta dignitas est omniū christianorz specia
lis collaudatio. qꝛ fere quot ipi xp̄o tot sunt
laudes ipsi virgini marie. Unde Eccl. xliiij.
Benedictionem oīum gentiū dedit illi. Quis
enī est tam sceleratus qui nō habeat deuotio
nem ad beatam virginem. Nam cum quis
offendit pedem ad lapidem statim inuocat
Mariam. vel etiam quandocunq3 occurrit
alicui grandis tribulatio: siue ab aqua: siue
ab igne. vel etiam a quacunq3 alia creatura
statim homo implorat patrocinium virginis
gloriose Marie clamando Aue maria. sic qꝛ
quasi naturaliter est iaz homini insitū habe
re ad mariam speciale refugiū tanq̄ ad ma
trem propriam. Septima dignitas marie ē
qꝛ Jesus christus in occursum eius perrexit:
cum exercitu suo celesti quando ipsa de hac
vita migrauit. B Unde sciendum qꝛ chri
stus matrem suam virginez mariā cū hono
rabili societate assumpsit. Nam angeli: pa-
triarche: et prophete: et apostoli sibi cum xp̄o
obuiauerunt. Et merito: quia omnes isti eā
honorare tenebātur. Angeli enī qꝛ ip̄a bea-
ta virgo maria est domina angelorū. Patri
arche: qꝛ ipsa de eorūz stirpe descendit. Pro
phete. quia ip̄a spiritu prophetie plena fuit
Apostoli. quia ipsa eorūz magistra fuit: qui
apostoli p̄ntes corporaliter fuerunt: et ei exe
quias fecerunt. Unde sciendum qꝛ bis eua
cuatum fuit celum. Primo quando xp̄s ascē
dit. qꝛ tunc nullus angelus in celo remansit
sed omnes obuiā xp̄o venerunt. Secūdo qn̄
beata virgo assumpta fuit. qꝛ tūc oēs angeli
et oēs aīe sanctorū et ip̄e xp̄s obuiam sibi ve
nerunt. Tertio euacuabitur in iudicio. quia
tūc oēs in celo existentes in vallem iosaphat
proficiscentur. Octaua dignitas est qꝛ eam
tanq̄ reginam celi ad dexteram suā colloca
uit. H Sciendum qꝛ quelibet regina con-
sueuit in regali palacio pre ceteris tria hr̄e.
scilicet nobiliorem locū: ornatum: et famula-
tū. Ista tria habet regina celi: ideo dicit ps.
Astitit regina a dextris tuis: in vestitu de-
aurato: circumdata varietate. Habet igitur
beata virgo maria nobiliorem locum sue si
tum. quia sedet a dextris filij sui. Secundo

habet nobiliorē ornatū. ido dicit. In vestitu deaurato. i. cū corpore glorificato. Bern. Tota cōglomeratur angelorū frequentia: vt videant reginā sedentē a dextris dñi virtutū in vestitu deaurato. i. in corpore semp immaculato circundata varietate. i. multiplicitate virtutū distincta. Tertio habet nobiliorē famulatū. qr oēs angeli et oēs sancti assidue famulantur ei. Ideo subdit. Circūdata varietate. Varietas est angelorū et oim celestium spirituū. s. patriarcharū: pphetarū: apostolorū martyrū: pfessorū: et virginū. Omnes iste varietates ipam circūdāt. qr oēs isti tanq̄ domicelli et domicelle sibi assistūt: et eā venerantur et laudant. Itē per ipam et propter ipam in celis eternaliter honore altissimo honorabimur ab oibus ordinibus āgelorū. Quēadmodū vniuersi fratres et sorores regine a tota familia sua reuerendissime honorant rōe regine: sic et nos ab omnibus angelis rōne sorores nostre virgis marie. ¶ Nona dignitas marie est q ipam iesus xpo petitionariā hoim fecit. Unde Bern. Per te accessū habemus ad filiū. O beata inuētrix gratie: genitrix vite: mat salutis. copiosa charitas tua nostrorū cooperiat multitudinē peccatorū. fecunditas tua gloriosa fecunditatē nobis pariat meritorū. Dña nostra: mediatrix nostra aduocata nostra: tuo filio nos representa: tuo filio nos recōmenda. Ideo beata virgo maria assimilatur primo aurore. Sicut enī aurora est mediū inter diē et noctem: sic ipsa est mediatrix inter nos et deū: Unde Ber. Securū accessum habet homo ad deū: vbi mediatorem cause sue filium habet ante patrem matrem ante filiū. Xp̄us nudato corpore patri ostendit lat' et vulnera. Maria filio pectus et vbera. Non pōt vllo mō fieri repulsa vbi tot cōcurrūt charitatis insignia. Itē assimilatur lune. Sicut enim luna pre ceteris planetis terre est magis vicina: sic et ipsa pre ceteris sanctis peccatoribus est magis propinqua cum sua misericordia. Augu. Maria pre oibus scis impetrat inducias transgressoribus: vt renuncient suis erroribus. Item ipa comparatur soli. quia eius misericordia pre omnibus alijs communior est. Item sicut sol habet tres planetas supra se: et tres infra se. Sic et ipsa beata virgo Maria habet trinitatē personarū supra se: et tres stat' hominū. s. cōiugatorū: viduarū: et virginum infra se. Nam ipa est preposita a xpo cōiugatis: viduis: et virginibus: quorū omnium curam gerit. sicut mater sollicita super suos filios et filias. Item sicut sol lucem suam et calorem suum communiter tribuit omnibus: tā bonis q̄ malis: iustis et iniustis. Sic et ipa lumen gratie et calorē misericordie omib' impendit. Unde Bern. Omnibus sinū mie sue aperit: vt de plenitudine ei' accipiant vniuersi: captiuus redēptionē: eger curationē: tristis consolatōnē: peccator veniā: iustus grām: angelus letitiā. filij psona carnis hūane substantiā: tota demū trinitas gloriā. Item beata virgo Maria cōparatur stelle maris. Un canitur. Aue maris stella dei mater alma etc. Quia sicut stella maris vniuersaliter dirigit oēs nauigantes suis radijs. Sic virgo maria oēs hoies p mare hui' mūdi transeūtes dirigit suis exemplis et illuminat et informat. Informat enī piugatas vt viris suis obediant et eos honorent: sicut ipsa ioseph obediuit et ipm semp honorauit. Informat etiā viduas vt post mortē virorū suorū alios nō accipiant: sed in viduitate pmaneāt. Informat virgines vt hoim consortia fugiant. et a multiloquio se temperent. Informat penitētes vt opa pnie pficiant. Informat etiā hoies iustos: vt de die in diē pficiāt: et semp meliores fiant etc. Quia igitur beatissima virgo Maria oibus p mare huius mūdi nauigantib' radios exemplorū suorū emittit. Ideo stella maris vocari debuit. Item dicitur stella maris ratōne stationis. quia nō occidit sicut alie stelle. Sic beata virgo peccatoribus nō occidit. sed semp in conspectu filij p ipis intercedit. Nam cū oēs sancti et sancte peccatorē derelinquunt: tūc ipsa sola cū nō derelinquit. Unde quilibet peccator ad gloriosissimā v̄ginē mariā pfugiat tāq̄ ad mediatricē et auxiliatricē nunq̄ vllum peccatorē quātūcunq3 perdū dedignat. Un Anselmus. Maria tu peccatorem toti mūdo despectum materno affectu amplecteris: nec deseris cū quousq3 de' p te placatus ipm sue gratie reformabit. Unde Bern. O mater dei et hoīs. o mat rei et iudicis. o mat regis et exulis: cū sis mater vtriusq3 nō decet vt inter filios discordiā esse permittas. ℞ Quantū ad secundū sciendum q beata virgo maria omib' hoib' cuiuscunq3 status formā [illegible] mūdi tribuit. qr oēs homines aut sunt in psperitate: aut in aduersitate: aut in medio constituti. Illis qui sunt in psperitate et qui supereminent alijs in donis temporalibus: naturalibus vel spiritualibus: dat exemplum humilitatis. Nam in die

annūciationis cum preponeretur omnibus creaturis: quia regina celi et mater dei effecta esset. ipsa se humilians respondit angelo dicens. Ecce ancilla dñi etc. Qd autem necesse sit humilitatem in prosperitate seruare ostēdit Augu. dicens. Humilitatis sectatores et cōseruatores maxime eos conuenit esse qui in aliquo dono ceteris eminent. Unde humiliare nos debemus cū deus sua dona siue temporalia siue spūalia tribuit: siue etiā cum ad dignitates promoti sumus. Un Berñ. sup Missus est angelus. Non magnū est esse humilē in abiectiōe. magna prorsus et rara virtus est humilitas honorata. L Secundo illis q̄ premuntur tribulationibus dat exemplum et formam patientie. Et hoc in tēpore et in die passionis xpi. quando plusq̄ martyr effecta est. quia habuit grauius martyrium: eo q̄ eius martyriū non fuit in carne: sed in mente. Unde Hiero. Alij sancti passi sunt pro xpo in carne. beata autē virgo in illa parte passa est q̄ impassibilis et immortalis habetur. hoc est in anima vel in mente. Idcirco vere fateor plusq̄ martyr fuit. quia attrocius passa est dum passionis christi gladium in aīa sua sustinuit. Qui gladius doloris causabatur primo ex eo q̄ ipsa presens erat et vidit filiū suum pati penam ignominiosam. id est penam latronū: penam dolorosam: quia i neruosis membris manibus et pedibus clauis perforatum: et per totū corpus vulneratum: penam diuturnam: quia ab hora noctis et per totam noctem vsq ad horam nonam diei i qua expirauit in supplicijs et doloribus semper fuit: et penā iniustam: quia peccatū non fecit. Multū dolet mater quando audit filiū suū morte horribili necatum: maxime autē dolet cū ante oculos suos videt filium vulnerari et occidi. Quāto ergo dolore beata virgo cruciabatur quādo filiū suum videbat mortuum: et ipm morte horribili necatum: et hec omia fieri ante suū cōspectum. Item erat impotens ad adiuuandum. Magna etenī est consolatio matri quando assignate filio morienti: et potest sibi in aliquo subuenire. Hec autem filiū morientē in nullo potuit adiuuare. Audiebat ipm sitire et non poterat ei potū porrigere. Videbat corpus eius plenum vulneribus et nō poterat alligare. Videbat corpus eius cruentatum et nō poterat lintheo abstergere. Videbat caput eius nō hr̄e reclinatorium. et nō poterat illi exhibere fulcimentum. Viderat et illū lachrymantem: et nō poterat lachrymas abstergere ab oculis eius. Videbat ipsum expirare et non poterat eum osculari et amplexari. Item erat destituta omni humano auxilio. Nam apostoli fugerant a xpo: sic q̄ non habuit auxiliantem neq̄ consolantem. Unde Damascenus. Ipsa beata virgo dolores quos effugit pariens: hos in xpi passione sustinuit. Unde etiam Ansel. Dña mea quos fontes erupisse dicam de pudicissimis oculis tuis cum attenderes vnicū filium tuū innocentem corā te flagellari: ligari: mactari: et carnem de carne tua ab impijs crudeliter dilacerari. Unde Augustinus. Illa pia mater oīa sua fatigauerat membra vt incessu deficiens: vix peruenire posset ad sepulturam xpi. Item sciendū q̄ beata virgo Maria in his omnibus tribulationibus semp patientiā seruauit. nec aliquod signum odij et impatientie ostendit. Ergo illi errant qui dicunt q̄ beata virgo sibijpi crines extraxerit et se cū pugnis verberauerit. quia nunq̄ aliquod signū indecentie ostendit: sed indulsit crucifixoribus et affectauit salutem ipsorum. Et hoc qd xps orauit ore dicens Pater ignosce illis. hoc ipsa eis affectabat in corde. L Tertio illis qui sunt in medio constituti dat exemplum operandi et tempus vtiliter expendendi. Nam ipsa semper tempus suum vtiliter expendit et nunq̄ ociosa fuit. Unde Prouer. xxxi. Panem ociosa non comedit. Sic et nos exemplo Marie debemus operari bonum. Unde Johan. ix. Operamini dum dies est: venit enim nox in qua nemo operari potest. Nam inter oīa que deus nobis administrat in pñti nihil est nobilius et vtilius et preciosius q̄ tempus gratie. Berñ. Nihil preciosius tempore. Ergo studiose cōseruandū est tempus. Unde Berñ. Omne tempus nobis impensum a nobis exigetur: qualiter expensum. Unde in his punctis iam dictis debemus imitari beatam virginem mariā. Unde Prouerb. viii. Beati qui custodiunt vias tuas. M Quantum ad tertium nota exemplum in quo cognoscere poteris q̄ est vtile et salubre beatam virginē Mariam in necessitatibus inuocare. Unde legitur in libro de miraculis beate virginis marie. Qd quedam matrona beate virgini deuota proprias proles informādo ad similia edocuit: vt ipsā in suis necessitatibus inuocarēt deuote dicēdo Aue maria etc. Que filiam dissolutam et vagabūdam et saltatricem et dassatricem habuit. Quam ipsa mater pluries correxit: sed parum in ea profecit. quia pater dilexit eam pre ceteris pueris

fuit: eo q̄ pulchra t mundana esset: t emit ei pulchras t pōposas vestes. Que in vna die dñica chorizando fatigata iuit ad quoddaȝ pomerium sedens sub vna arbore volens re focillari. Cui diabolus immediate affuit di cens. Surge veni mecum. Cui illa. Quisnaȝ es tu. Et ille. Ego sum diabolus cuius ꝓpo situm conaris adimplere. arma t rethe no strum ad animas capiendas. Unde modo recipies penas non solum pro tuis peccatis sed etiam pro peccatis omnium quos per or natum corporis tui ad malas concupiscenti as induxisti. Et diabolus statim violenter nitebatur eam rapere. Et illa clamauit di cens: Uirgo maria adiuua me: sicut mater in puericia eaȝ edocuit. Et statim dixit clara voce. Aue maria gratia plena tc̄. Respon dit diabolus dicēs. Maledicta sit que te hāc orationem docuit: quam si non dixisses iusto dei iudicio ad inferni incendium te traxisseȝ: vbi tu cum tuis equalibus penam condignā pro omnibus quos ad peccandū traxisti in uenisses. Que postmodum nunq̄ amplius chorizauit: t vestes pomposas deposuit: t vi tam t mores humiliter emendauit: et beate virgini amplius vsq̄ ad mortem seruiuit. Et sic vitam suam in bono finiuit.

Cōmunis sermo de beata virgine.
Sermo. clxiij.

Ego mater pulchre dilectionis t timoris t agniti onis t sancte spei. Eccl. xxiiij. Sciendum q̄ nemo potest digne laudare beatam virginem Mariā: nisi ipsum dignū faciat ille qui habitauit in vtero eius. Quis enim laudare poterit sufficienter eam que eternum protulit verbum. que suum genuit creatorem. Que nobis dedit mediatoreȝ dei t hominum. Que nobis cibum attulit ange lorum. Unde dicit Petrus damianus. Qua liter eam laudare poterit mortalis hominis verbum: que de se protulit verbuȝ quod ma net in eternuȝ. Que lingua in eius laude in uenitur ydonea. Que illuȝ genuit quem oīa benedicunt. cui t cum tremore seruiunt ele menta. Und̄ etiam Damascenus. Licet mil le ora: mille lingue vociferarentur nec suffice rent: sed nec si omnes lingue hominum con uenirent eam mirificis possent efferre preco nijs. Omnis enim preconij excedit magitu dinem: t omne eloquium ad eius excellentiā insufficiens inuenitur. Und̄ etiam Bernar dus. Utinam mihi tot essent lingue quot sūt stelle celi: t omnes illas possem conuertere ī laudem genitricis dei nec sic satiarer. Et si nullus humanus sermo in eius laude in uenitur ydoneus: non tamen propter hoc ab eius laude cessare debemus: sed quod possumus faciamꝰ. Nam ipsa est mater pul chre dilectionis t timoris tc̄. Ex quo hodie festum. N. beate Marie celebramus que est non solum mater xp̄i: sed etiam mater oīum hominum t dña angelorum: tunc in presen ti sermone quattuor de beata virgine sunt di cenda. Primo per que facta sit mater dñi. Secundo per que facta sit dña angelorum. Tertio per que facta sit mater oīm hominū Quarto dicenda sunt aliqua exempla de be ata virgine: in quibus cognoscere poterimꝰ bonitatem et pietatem virginis marie. ¶ Quantum ad primum sciendum q̄ tria fece runt beatam virginem mariam matrem do mini. Primum est eius castitas. q2 ipsa est speculum virginum. Hoc patet. quia ipsa ha buit triplicem virginitatem. Primo integrā quia in corpore t in aīa. i. Thessa. v. Integer spiritus vester t anima t corpus sine quere la in aduentu dñi nostri iesu xp̄i seruetur. Sunt enim quidam qui non habent inte gritatem corporis: sicut fuit maria magda lena: t heu iam plures sunt in mundo. Un̄ Hierony. Qui immundiciam luxurie perfecte continentie subijcit sanctior dauid existit: for tior sansone. Nam nihil vilius est q̄ a carne vinci: nihil gloriosius q̄ carnem vincere. Alij sunt qui habent integritatem corporis sed non aīe. quia per malam concupiscentiā t consensuȝ aīam maculant. Unde Mat. v Qui viderit mulierem ad concupiscendum eam iam mechatus est eaȝ in corde suo. Sic intelligitur de tactu illicito t locutōe t corpo ris ornatu tc̄. Und̄ Hiero. Nam mille sunt virgines carne: sed non spiritu: quorū corpꝰ est integrum: sed anima est corrupta. Unde Isido. de sum. bono. Uirgo carne t non men te nullum premium habet in repromissione. Alij sunt qui non habent integritatem spiri tus: qui per mortale peccatum spiritum suū a sponso suo diuidunt: t sic adulterium spiri tuale cōmittunt. Beata autem virgo habuit integritatem in corpore: quia semper corpus suum illibatum seruauit. Et in anima. quia omnem prauum motum t concupiscentiam penitus resecauit. Et in spiritu. quia nunq̄ per aliqd̄ peccatū a deo diuisa fuit. Canti. iiij

Tota pulchra es amica mea etc. Secundo habuit virginitatem exemplarem: quia eius virginitas omnibus virginibus fuit in exemplum. Vnde designata est per amigdalum que inter ceteras arbores primo flores producit. Sic et beata virgo primo inter mulieres votum virginitatis emisit. ps. Adducentur regi virgines post eam etc. Nam ante ipsam virginitas non videbatur esse magni meriti vel honoris: postmodum autem facta est magni meriti. Quia debetur ei fructus centesimus cum coniugatis: corruptis datur tricesimus: et viduis sexagesimus. Et etiam virginitas facta est magni honoris: quia ipsam honorauit christus qui non de coniugata corrupta sed de virgine nasci voluit. Ipsam etiam virginitatem honorant angeli: vt patet in sanctis virginibus. scilicet in agnete: cui angeli vestem preparauerunt: et eius nuditatem texerunt. In cecilia cui angelus coronas de paradiso attulit. Et in beata barbara: cui angelus stolam candidam deportauit: qua nudatum corpus eius texit. Et in beata katherina: quam angeli proprijs manibus sepelierunt in monte synai. Item omnes homines exemplo christi et angelorum honorare debent virgines. Vnde Damasce. li. iiij. A nuptijs abstinentia: angelorum est imitatio. quanto itaque est angelus homine superior: tanto virginitas nuptijs est honorabilior. Quis enim hominum est tam stolidus quod non amet et honoret virginitatem. quam etiam diabolus honorat. Vnde Thobie. iij. legitur quod demon asmodeus virginitatem Sare a septem corruptoribus liberauit: quos singulatim occidit quanto vnusquisque ipsorum ad virginem introiuit. Item patet hoc in beata agnete: cuius virginitatis insidiatorem scilicet prefecti filium diabolus suffocauit. Diabolus ergo velit nolit honorat virgines: sicut victus victrices: et tanquam angelorum sorores: et tanquam christi sponsas. Vnde Bernardus. Fulgida virginitas est gemma virtutum: germana angelorum: lampas ecclesiarum: lux animarum. ipsa calcat libidinem: vincit diabolum: contemnit seculum: deprimit omne periculum. Tertio beata virgo Maria habuit virginitatem transfusam quia in alios castitatem transfudit. Licet enim pulcherrima fuit: tamen a nullo concupisci potuit. Et talem virginitatem sancta Katherina non habuit quamuis virgo esset mente et corpore: tamen maxentius eam concupiuit. Similiter et beata margareta quam olibrius concupiuit. Et beata agnes: quam prefecti filius adamauit: et sic de alijs. ¶ Sed diceres vnde accidit quod nullus inspicientium mariam concupiscere potuit. Respondetur quod hoc accidit principaliter tribus rationibus. Prima ratio: quia taliter se habuit in omnibus verbis et factis et moribus quod nulli dabat occasionem peccandi: sed mouebatur cor cuiuslibet ipsam intuentis ad deuotionem. Secunda ratio est propter luminis claritatem que de eius facie exibat: que homines in admirationem inducebat: et ad deum laudandum de tam nobili creatura. Tertia ratio est quia deus occultabat in ea que poterant esse incitamenta ad libidinem et dedit illam gratiam omnibus eam intuentibus vt non inordinate mouerentur erga eam ad malum sed solum ad bonum. ¶ Secundum quod beatam mariam virginem fecit esse matrem christi est humilitas: vt ipsa fatetur per se. Luce. i. Respexit humilitatem ancille sue. Bernardus. Audeo dicere quod nec marie virginitas sine humilitate placuisset. Propter quod cum per gabrielem dei filius ex ea incarnandus nunciaretur: omnium virtutum oblita et sola humilitate gloriatur dicens. Quia respexit humilitatem ancille sue etc. Vnde etiam Augustinus. Si audeo dicere tunc marie non tantum profuit sua virginitas: quantum eius humilitas. Per eius humilitatem deus est incarnatus peccator liberatus: damnatus saluatus exul reductus: mortuus resuscitatus. Vnde sciendum quod beata virgo maria post christum humillima fuit inter omnes homines et sanctos qui hic in mundo vixerunt. Nam ipsius miranda humilitas apparet in hoc quod licet sanctior sit omnibus in celo et in terra: tamen nunquam legitur de ea in euangelio quod aliquod miraculum attemptauerit facere in presenti vita. De sancto petro legitur Actuum. v. quod vmbra illius sanauit infirmos. Similiter de sancto Johanne euangelista. Qui tunicam suam fecit ponere super mortuos qui occisi fuerunt cum veneno et reuixerunt. Similiter et beatus andreas qui suscitauit quadraginta mortuos qui in aqua interierunt: et sic de alijs sanctis. quamuis enim beata virgo maria magnam compassionem habuit cum tribulatis: que fuit causa incitans eam ad miracula faciendum: tamen humilitas adeo cor ipsius occupabat quod propter humilitatem attemptare non presumpsit. Vnde Bernardus. Merito facta est nouissima prima: que cum esset prima omnium se nouissimam faciebat. Sed queritur cur beata virgo maria debuit esse tam

humilis. Respondetur quod propter tria. Primo ideo quia debuit illum recipere totaliter in se qui est super omnes. ideo humiliari debuit infra omnes. Secundo quia debuit super omnes sanctos et super omnes choros angelorum exaltari tanquam regina celi et domina angelorum. ideo debuit esse humilima. Unde Bernardus. Nunquam super choros angelorum sublimata ascendisses: nisi prius inter omnes homines sublimata descendisses. Unde Ambro. super Beati immaculati. Quanto enim quis est abiectior in hoc seculo: tanto magis exaltabitur in futuro. Tertio quia sicut per superbiam Eve mors intrauit in hunc mundum: Sic econuerso: vita per humilitatem Marie reddita est huic mundo. Et quia contraria contrariis curantur. ideo sicut eua per superbiam voluit se assimilare altissimo deo qui est super omnes. Sic Maria econuerso debuit se humilimam exhibere: vt nobis mortem auferret et vitam donaret: Unde canitur de ea. Mortem quam femina intulit: femina fugauit. Tertium quod fecit eam matrem domini est firmitas fidei. Nam ipsa beata virgo Maria commendata est propter fidem. Luce .i. Beata que credidisti: quoniam perficientur in te: ea que dicta sunt tibi a domino. Ubi Elisabeth mater Johannis baptiste fidei attribuit quod beata virgo Maria christum concipere meruit. Unde Augustinus in libro de virginibus. Beatior fuit Maria percipiendo fidem: quam carnem christi. Nihil enim marie materna propinquitas profuisset: nisi eum felicius corde quam carne gestasset. Pro quo sciendum quod beata virgo Maria habuit fidem firmam: quod patuit in passione christi. quia ceteris apostolis a fide cadentibus ipsa in fide firma permansit. ℞ Quantum ad secundum sciendum quod tria fecerunt beatam virginem Mariam dominam angelorum. Primum est puritas mentis et corporis. Unde Ambrosius. Uirgo erat non solum corpore: sed etiam mente. Pro quo sciendum quod puritas marie non solum precellit puritatem omnium hominum: sed etiam puritatem omnium angelorum. Unde Anselmus. Decebat quidem vt virgo beata ea puritate niteret qua sub deo maior nequit intelligi. Sed queritur quare beata virgo Maria debuit esse tam pura. Respondetur quod propter tria. Primo ideo quia per puritatem venit homo ad similitudinem dei. Sed Maria debuit assimilari deo: et in se recipere speculum sine macula. scilicet filium dei. igitur debuit esse purissima. Secundo quia illud opus. scilicet incarnationis debuit esse totaliter a spiritu sancto: sicut quod dixit angelus ad mariam. Luce .i. Spiritussanctus superueniet in te et virtus altissimi etc. Quanto quis est purior tanto libentius et efficatius spiritussanctus operatur in eo. igitur debuit esse purissima. Tertio quia iesus christus filius dei venit nos per eam reducere ad statum immortalitatis. scilicet angelice puritatis: vbi non nubent neque nubentur: sed erunt sicut angeli dei. igitur etc. Secundum quod fecit eam dominam angelorum fuit ipsius constantia et firmitas voluntatis. Sicut enim angeli semper faciunt voluntatem dei: sic et ipsa facit. Et sicut angeli nunquam ceciderunt nec vnquam peccauerunt: sic et ipsa nunquam peccauit. Pro quo sciendum quod beata virgo peccare non potuit: nec per infirmitatem: nec per ignorantiam nec per maliciam. Omnis enim casus in peccatum fit aliquo istorum trium modorum. Et isti tres modi peccandi inter apostolos inuenti fuerunt. Petrus namque peccauit per infirmitatem humanam. quando scilicet timore mortis christum ter negauit. Paulus per ignorantiam. Unde .i. Thimothe. i. Ignorans feci in incredulitate mea. Judas autem per maliciam affectatam peccauit. quia christus sibi predixit quod male faceret quando dixit: Ue homini per quem filius hominis tradetur. vt sic eum a peruersa voluntate retraheret. Sed ipse infelix iudas non acquieuit: sed christum ex certa malicia tradidit. Sed beata virgo maria cadere non potuit per infirmitatem: quia omnipotentia patris confortata fuit. Nec per ignorantiam: quia sapientia filij illuminata fuit. Nec per maliciam. quia bonitate spiritussancti repleta fuit. ℞ Tertium quod fecit eam dominam angelorum est feruens charitas. Angeli enim semper feruent in charitate dei. Sic et ipsa beata virgo maria inquantum possibile est filium suum super omnia adilexit. Et in signum huius ipsa stabat iuxta crucem ceteris apostolis fugientibus. Unde Can. viij. Fortis est vt mors dilectio. Unde ipsa dicitur mater pulchre dilectionis. Nam ipsa duplicem dilectionem habuit. scilicet quo ad filium et quo ad nos. Ideo in corde virginis Marie tempore passionis christi magna pugna fuit. Pugnabant enim ad inuicem in corde ipsius duo amores: et duo dolores. Duo amores erant amor filij: et amor generis humani. Amor filij nolebat ipsum pati. Amor vero

humanũ generis volebat ipsum mori. Et sic inter istos duos amores magna pugna erat. Similiter in corde marie duo dolores erant scilicet dolor quē habitura erat de morte filij. ⁊ ideo nolebat ipsum pati. ⁊ dolor quē habebat de perditōne generis humani. ideo volebat ipsum mori. Et sic inter istos duos amores ⁊ duos dolores magna pugna erat. Nā primus amor retraxit eam ne filius pateretur. sed secundus amor quem habuit ad nos incitauit eam vt filius moreretur. Et secundus amor superauit primum. quia potius voluit filium pati: ꝙ humanum genus perire. Immo si passio filij sufficiens non fuisset: ipsa cū filio pro nobis crucem ascendisset. ¶ Quantum ad tertium sciendum ꝙ tria fecerunt beatam virginem mariam matrem nostram. Primuȝ est magnitudo misericordie eius. Nam misericordia ipsius ceteris misericordijs est communior ⁊ copiosior. Unde Bernardus. Uirgo beata copiosissima charitate sapientibus ⁊ insipientibus debitricē se fecit. ⁊ omnibus veniam petentibus misericordie sinum aperit. reis obtinet veniam. egris medelaȝ. pusillis corde robur. afflictis consolationem. periclitantibus adiutorium ⁊ liberationem. Secundum quod fecit eā matrem nostram est gratie plenitudo. Nam ipsa stetit in altissimo gradu gratiarum. Altissimum autem in gratijs est habere omnem gratiam. quam gloriatur se habere. Ecclesiasti. xxiiij. In me omnis gratia. Unde Bernardus. Maria ante cōceptionē plena gratia ab angelo nunciatur: vt quia dudum sibi plena nobis fieret superplena. Si enim vasi pleno aliquod corpus immittitur: quantum illud magnum est quod immittitur: tantum necesse est effluere de superpleno: et in eam iam dudum plenam deus eternus dei filius in conceptione in vterum eius immittitur: ideo necesse est vt semper effluat incternum. Unde ipsa dicit. Transite ad me omnes qui concupiscitis me: et a generationibus meis implemini. Et in signū huius tunc beata virgo comparatur collo. quia sicut collum est medium inter caput et corpus: sic et ipsa est mediatrix inter nos ⁊ deum. Item propter eminētiam ⁊ dignitatem. quia sicut post caput collum eminet omnibus mēbris sic ⁊ ipsa post christum eminet omnibus sanctis. Item propter administrationeȝ. Sicut enim a capite mediante collo descendunt omnia nutrimenta corporis: sic a christo per beatam virginem in nos veniunt omnia dona ⁊ beneficia que deus nobis confert. Nam ipsa est dispensatrix gratiarum ⁊ beneficiorū dei. Unde Augustinus. Maria hominibus multum tenetur: quia per eos habet quicq̄d habet. quia si nos peccatores non fuissemus christus de ea carnem non suscepisset. Nos igitur sibi tenemur: quia sumus per ipsam deo reconciliati. ⁊ ipsa nobis tenetur: quia mater nostra ⁊ mater dei est effecta. Unde etiam Bernardus. Intuemini quanto deuotionis affectu a nobis eam voluerit honorari: qui totius boni plenitudinem posuit in mariā vt proinde si quid spei in nobis: si quid gratie: si quid salutis ab ea nouerimus redundare. Tertium quod fecit mariam matrem nostram est nostra miseria ⁊ indigentia ⁊ ipsius potentia. Est enim magna ī potestate super omnes creaturas. ergo nobis data est in adiutorium ⁊ in aduocatam nostram apud filium suū. ¶ Pro quo sciendū ꝙ beata virgo maria aduocat pro nobis tripliciter. Primo sanctitatis merito. Si enī merita aliorū sanctorum ꝓ nobis ad deū intercedunt: multo fortius marie merita que plenitudinē possidet meritorum. Itē si deus vult misereri alicui hoī propter merita alicuius sancti: q̄d tūc faciet ꝓpter merita sanctissime sue matris. Secūdo aduocat ꝓ nobis ardēti desiderio. Desideria enim sanctorum sunt intercessiones pro nobis apud deū. Unde ipsa dicit Canti. i. Dū esset rex in accubitu suo nardus mea dedit odorem suauitatis. Nardus est quedā herba calida: ⁊ significat eius desideria inflammata que ad deum ascendunt: ⁊ gratū odoreȝ sibi faciunt. Tertio aduocat pietatis signo. Legitur enī in hystoria scholastica ꝙ antipater ydumeus apud imperatorē false accusatus est. At ille erectis vestibus cicatrices vulnerū ostendit que pro imperatore pertulerat dicens. Ego me imperator nolo excusare corā te: sed illa vulnera que sustinui ꝓ te testimonium perhibent de me verum ego diligo te Quod vidēs imperator eū ad gratiam suaȝ recepit. Istum modum aduocādi habet ipse xp̄s ⁊ mater eius apud deum patrem. Unde etiam Bern. O homo securum accessum habes ad deum: vbi mater ante filium ⁊ filius ante patrem ⁊c̄. Pro quo sciendū ꝙ beata virgo maria tantā confidentiā habet de omni re quā petit ꝙ etiam se exaudiri nō dubitat Unde dicit Aug. super Ioh. ꝙ quū in nuptijs dixit Uinū non habent. Et xp̄s rñdit.

Quid mihi ⁊ tibi ē mulier: nondū venit ho
ra mea. Non ꝓpter hoc dubitauit se exaudi
ri: sed confidenter ait ministris. quodcūqꝫ
dixerit vobis facite. Ac si diceret vt ait Au
gustinꝰ. Licꝫ negare videaꝛ qḋ peto: tamen
finaliter filiꝰ nō patieꝛ corā tot hoībꝰ astan
tibus me confundi: vt in mea petitione eru
bescentiā habeā. Firmiter nāqꝫ credenduꝫ
est ꝙ quicquid petierit mater a filio suo: hoc
sibi rn̄deat qḋ Salomon rn̄dit matri sue di
cens. Pete a me mater quod vis: neqꝫ enī
phas est vt auertā faciem meam a te. V
Unde sciendū ꝙ post xp̄m ad nullū sancto
rū tantā ꝯfidentiam habere debemꝰ sicut ad
btām virginē mariā q̄ est mater oīm nr̄m.
Unde Fulbertus. Constat ꝙ maria iustis
et peccatoribꝰ fideliter inuocantibus presto
est ⁊ nunq̄ eis opitulari desistit. Crisostomꝰ
O dulcis virgo: non est phas te posse illum
deserere q̄ suā spem fiducialiter in te ponit.
Unde etiam Bern̄. Ille solus a laude virgi
nis marie taceat: qui eā semel inuocatam in
suis necessitatibus eius auxiliū sibi senserit
defuisse. X Quantum ad quartum no
ta exemplū in quo cognoscere poteris fide
litatē ⁊ bonitatē virginis marie. Un̄ scribit
Uincentiꝰ in speculo hystoriali ꝙ duo nobi
les. s. vir ⁊ vxor erant rome carentes prole.
Qui tandē ieiunijs: oratioībꝰ: ⁊ elemosynis
a deo prolē obtinuerunt: castā vitā deinceps
ducentes. Uir post pauca ꝑegrinaꝛ ⁊ moriꝛ
in ꝑegrinatione. Mulier delicate nutrit in
fantem noctibus singulis a puericia locans
eum secū in lectū. Qui virili etate succeden
te matrē ꝓpriā impregnauit. Que tamen
a ieiunijs: orationibus: ⁊ bonis operibꝰ non
desistebat. Et occultabat se ne quis eam im
pregnatam cognosceret. Adest dies partus
Que cum dolore occulte peperit: ⁊ pre confu
sione humana infantem strangulauit ⁊ eū i
cloacam proiecit. Quā cum diabolus in aīa
sic captiuā teneret nitebatur eā confundere
Unde speciem clerici assumens romā intrat
dicens se notariū in scripturis valde illumi
natū fore. Scire se etiā furta inuenire ⁊ alia
occulta cognoscere. Et hec omnia factis pro
bauit. Nā dyabolus preterita bn̄ cognoscit.
Captaqꝫ oportunitate coram imperatore ⁊
senatu: mirabile inquit est ꝙ roma tota non
est diu consumpta ꝓpter detestabile facinus
in ea perpetratum. Stupent omnes. Dyabo
lus factum narrat: ⁊ mulierē ex nomine de
signat. At illi. Falsum dicis. Hec est enī mu
lier boni testimonij ⁊ laudabilis vite ⁊ spe
culum virtutū. At ille. Sciebam ꝙ non cre
deretis mihi. Uocetur illa ⁊ examineꝛ: si con
fessa ⁊ conuicta fuerit comburatur. Si non
ego cōburar. Uocatur femina ad palacium
omnes assurgūt. ponitur in throno iuxta im
peratorem: qui indicat ei de factis ⁊ dictis
noui prophete: ⁊ ꝙ eam accusaret in quibus
dam q̄ incredibilia viderentur. Jubetur vt
se expurget vel fateatur. At illa ait. Salo
mon docet omnia debere fieri cum consilio:
ideo inducias peto vt pro me responsalē q̄a
mulier sum: procurem. danꝛ inducie. Papā
linū tunc presidē adijt. lachrymis veniam pe
tijt. confessionē cū amaritudine fecit. petens
sibi penitentiā quātācunqꝫ vellet iniungi vt
tantum in anima non periret. Papa ꝯsolaꝛ
flentem: proponens ei negationē petri. peti
magdalene. ⁊ lachrymis vtrisqꝫ dimissū mo
net ne desperet: sed beatā virginē adiutricē
inuocet: dans spem ꝙ per eam modis omni
bus liberaretur. Sed qꝛ breue tēpus habes
dic vnum Pater noster pro omnibus pecca
tis tuis. Confortaꝛ mulier. inuocat virginē
mariā. Die statuta intrat cōsistoriū. Assunt
principes cum imperatore. Mulier ī medio
locatur. notarius vocatur vt accuset ream.
Intuitusqꝫ eaꝫ non cognoscit: dicens nō esse
illam incestuosam. Et imperator. Utiqꝫ illa
est quā ante accusasti. Respondit notarius
Ego nullum malū cognosco in ea. Quomo
do auderem malum loqui de ea cum video
matrem dei circa eam stantem: ⁊ illam pro
tegentē. Ad hanc vocem omnes stupent: ⁊
se signo crucis signāt: ⁊ statim dyabolus dis
paruit. Femina honoratur ab imperatore ⁊
ab omnibus principibus. Et deo ⁊ gloriose
matri sue omnes gratias ⁊ laudes referunt
qui sic saluat sperantes in se.

Qr dies sabbati dedicata est marie vir gini. Sermo. clxiiij.

n Otandum ꝙ sicut
dies dominica dedicata est re
surrectioni: ⁊ sexta feria passioni
sic dies sabbati dedicata est glīose v̄gini ma
rie. ⁊ hoc multiplici ratione. A Prima est
quia passio sanctorū consueuit in aliquo die
celebrari. Beata autē virgo ⁊ si non est pas
sa martyrio carnis: passa tamen fuit marty
rio mentis. Juxta illud Luce. ij. Et tuā ipsius
animam pertransibit gladius. supple dolo
ris. Et istud martyrium fuit in ea continua

tum in tota feria sexta: et in sabbato sequenti. Sexta autem feria dedicata est martyrio filij, et ideo sequēs sabbatum dedicari debuit martyrio matris. Secunda ratio. quia sicut in die sabbati deus requieuit ab omni opere suo: sic christus intrans marie vterum requieuit et venit in eius ventrem et mentem. In nullo enim sancto spiritussanctus plene requiem habuit: nisi in christo et virgine maria qr in alijs sanctis habuit aliquid repugnās saltem peccatum veniale. In xpo autē et virgine maria nihil repugnans inuenit: et ideo perfecte ibi requieuit. Tertia ratio est. quia deus diem sabbati benedixit. Sic beata virgo ab omnibus fuit benedicta. Nam pater elegit eam in filiā: et filius in matrē: et spiritussanctus in sponsam. Et ab angelo est benedicta qui eā salutauit: et a toto mundo qui eā veneratur et laudat. Quarta ratio est. qr sabbatū est mediū inter diē gaudiosum. scilicet diem dominicum et penosum. scilicet sextam feriā. Sic ipsa est mediatrix inter deū et homines. Quinta ratio est. quia in die sabbati tota fides perijt et in sola virgine remāsit: et ideo sibi hec dies merito dedicata fuit.

Sequuntur exēpla

de beata virgine. B Nota exemplū quomodo beata virgo maria iuuat hoīem in vita. Legit in dyalogo Cesarij φ fuit iuuenis quidam cui pater moriens multas diuitias dimiserat: qui intantum studebat torneamentis et vanitatibus huius mundi in vestibus et in equis φ omnia bona sua effudisset: et cuidam militi iuxta se moranti multa vendidisset: et loco pignorum exposuisset. Ille tandem voluit recedere de terra sua. Sed quidam villic⁹ suus videns eum tristem ait. Dñe quare estis tristis. vultis diues fieri. Rñdit. libenter vellē si cū deo possem habere diuitias. Rñdit villicus. Sequimini me et bene erit vobis. Et statim dominus secutus est suū villicū. Qui duxit eū p quoddā nemus in locū palustrē ubi cepit loqui cum dyabolo villicus. Territus dñs φsiuit eū cū quo loqueref. Respondit. Cum dyabolo. Et iuuenis plus timuit. Et ait villicus dyabolo. Adduxi vobis hominem nobilē supplicans vt cū antiquis diuitijs restituatis. Cui dyabol⁹. Si voluerit mihi esse deuotus dabo ei diuitias et honores super omnes cognatos et vicinos suos.

Rñdit villicus. Libenter erit vobis obsequius et fidelis si habuerit ista. Cui dyabolus Oportet eum abrenunciare altissimo. Quod cum iuuenis rēnueret dicit villicus. Quid timetis pferre vnū verbū: dicite abrenuncio. Tandem iuuenis inductus suasu villici abnegauit altissimum. Cui dyabolus. Adhuc opus imperfectū est: etiā abrenūciare debet matri altissimi. Illa est enī que maxima damna nobis infert. Quos enim filius per iusticiā perdit: mater per miam et indulgentiam adducit. Ad qd iuuenis mirū expauit et turbatus supra modū rñdit. Hoc nunφ faciā. Quare inquit villicus. fecistis qd mai⁹ fuit. facite nūc qd min⁹ est. Abnegastis creatorē abnegate nunc et creaturā. Et ille. Nunφ eā negabo et si deberem perpetue mendicare. Et sic imperfecto opere redierunt. In itinere autem venerunt ad quandam ecclesiam semiclausam in quā iuuenis exiliēs de equo intrauit. equum cōmittens villico: et ante ostium autem prostrauit se ante altare beate virginis marie tenentis filium in vlnis: et cepit eam inuocare ex intimo corde. erat autē super altare ibidem ymago ipsius virginis marie puerum iesum in sinu habens. Et ecce meritis ipsius preclarissime stelle maris verus lucifer cepit oriri in corde supradicti adolescentis. Tandem enim ei dñs propter honorē matris quā non negauerat donare dignatus est contritionem: vt pre fletu rugiret. et pre planctu ecclesiam clamoribus impleret. Eadem hora superuenit miles supra dictus qui bona sua in vadio habebat. Et videns ostium ecclesie apertum putans ibi diuina celebrari solus intrauit. inueniensq3 coram altari iuuenem bene sibi notum lachrymantem: et putans φ defleret suam paupertatem. retro quandam columnam secessit latenter rei exitum expectans. Cumq3 instāter inuocaret beatam virginem mariam iuuenis et non auderet inuocare deum altissimum quem negauerat: vtroq3 audiente beate virginis ymago locuta est filio suo quē tenebat in vlnis in hec verba. Dulcissime fili mi miserere huic homini. Puer vero matri nihil respondit: et faciem ab ea auertit. Cumq3 iterum rogaret filium pro homine: puer vertit matri dorsum dicens. Homo iste me negauit: quid ei faciā. Post hec verba ymago beate Marie virginis surrexit. puerum iesum super altare posuit: eiusq3 pedibus prona se prostrauit et ait. Rogo te fili mi vt

propter me dimittas peccatum. Mox infans matrem eleuans respondit illi. Mater nunquam tibi aliquid negare potui: ecce propter te totum dimitto. Surgensque iuuenis exiuit de ecclesia. tristis quidem de culpa: sed hilaris de indulgentia. Exiuit quoque post eum supradictus miles latenter: quasi rem ignoraret quesiuit quare tam humidos oculos haberet. Respondit: de vento est. Et ille. Domine non me lateat causa tristicie vestre. Habeo vnicam filiam si vultis eam ducere in vxorem: omnia vestra vobis cum illa reddam et restituam. Insuper et diuitiarum mearum heredem vos constituam. Ad hec iuuenis letus effectus respondit. Si hoc facere dignaremini plurimum mihi placeret. Reuersus itaque miles ad vxorem suam rem ei per ordinem retulit. consensit illa. Celebrantur nuptie. Iuueni sub nomine dotis omnia bona sua restituuntur. Et iuuenis iste postmodum omnibus diebus vite sue regratiabatur beate marie virgini: et ei fideliter vsque ad mortem seruiuit: quia per eam meruit remissionem peccatorum. Insuper etiam consolationem temporalium bonorum. ¶ Item nota exemplum in quo cognoscere poteris quomodo beata virgo Maria subuenit homini in morte. Quare merito sabbatis diebus gloriosa virgo a quolibet homine deuote est honoranda. Legitur in dyalogo Cesarii quod in vicinia ciuitatis Tridentine silua est in quo latro nominatissimus versabatur: a quo multi depredabantur. Et qui se defendere voluerunt nec potuerunt occidebantur. Hic cum die quadam monachum quendam ordinis predicatorum obuium haberet sperans quod pecuniam haberet et pertraret: ait Nisi voluntarie me sequaris occidam te. Quem cum monachus sequeretur et quereret in via quis esset vel quid operis haberet: respondit Ego sum ille famosus latro nomen suum exprimens. Cui cum monachus diceret. Iam incipitis canescere et non timetis periculum anime vestre. Respondit: non plus quam pecus. et tacuit monachus. Veniens autem in speluncam illius ait intra se. si possem hunc hominem peruertere: magnum prestarem deo obsequium. Dixitque ad latronem. Si licet mihi aliquid interrogare vos. Respondit ille: licet. Monachus subiunxit: qualis extitit vita vestra a principio. Respondit ille: pessima. Quum puer eram cum omnibus sociis meis contendebam. factus adolescens furtis operam dedi. deinde in virum proficiens latrocinia exercui in quibus adeo profeci: vt hodie caput et magister sim omnium latronum huius prouincie. Ad quem monachus. Nunquid non timetis penas eternas huiusmodi operibus preparatas. Dicente illo. De anima mihi nulla questio est: quia perdita est. Monachus respondit. Quid si possem vobis ostendere viam salutis: velletis mihi acquiescere an non. Ait latro. etiam consentirem. Et ille. Ieiunate vnum diem in ebdomada in honore sancte dei genitricis: et nullum eodem die ledatis et sciatis pro certo quod gratiam apud filium eius obtinebitis. Respondit latro. Hoc reuera faciam et etiam voueo quod nihil eodem die comedam: nullum depredabo: nullum ledam. Elegitque diem sabbati nihil in illo mali operans. immo plurimos de sociorum manibus depredandos siue occidendos ad honorem beate marie virginis eripuit. Eodem tempore tridentum per circuitum ab hostibus infestabatur et exeuntes satellites ciuitatis cum hostes die sabbati insequerentur iam dictum latronem inermem propter sabbatum cum ceteris ceperunt. et cum esset fortissimus non se defendebat. cum caperetur non se excusabat. nec loqui voluit interrogatus cum duceretur. Veniensque in ciuitatem mox vt cognitus est: patibulo adiudicatus est. Nutu tamen vt creditur beate virginis Marie super pulchritudine corporis eius iudices moti in hoc conuenerunt vt prouincia abiurata viueret. Quod cum ille abnueret et diceret non faciam. Melius est enim vt hic peccata mea luam quam in futuro Responderunt. Sine tamen vt decolleris. Non curo inquit qualis sit pena: dummodo occidar. Et illi. Vis inquiunt vt tibi vocetur sacerdos. Respondit. Non est necesse. Omnes enim christiani estis omnibus vobis peccata mea que vnquam in hac presenti vita commisi confiteor. Quod cum fecisset cum magna contritione: nihil vnquam boni se fecisse testabatur: preter illud scilicet ieiunium quod a monacho didicerat. Sicque ille extra ciuitatem ductus decollatus est. et in eodem loco sepultus. Nocte vero eadem vigiles portarum circa eius tumulum luminaria celitus scilicet emissa viderunt. Quinque enim matrone corpus eius effodientes et caput corpori adaptantes posuerunt in feretro mire texture purpura superposita. Ex quibus quattuor singulas candelas ardentes in manibus habentes: per quattuor partes feretrum tollentes. Quintaque clarissima erat omnium cum candela sequente ad portam ciuitatis

vsqꝫ venerunt: corpus ibi deponentes. Custodes itaqꝫ ista videntes timuerunt putantes esse fantasma. quibus vna illarum dicebat. Dicite episcopo vestro vt capellanũ meũ a vobis recollatum in tali loco ecclesie honorifice ꝛ reuerenter sepeliat. Minas addens si negligeret: ꝛ nominauit se esse Mariam. Mane autem cum hec episcopo nunciata essent episcopus cũ clero ꝛ populo exiens purpuram deposuit caput precisum corpori vnitum videns expauit: texturamqꝫ purpureã humanum artificium excedentem admirãs relatis credidit. Hominemqꝫ cum timore et honore maximo nõ vt latronem: sed vt christi martyrem in loco designato sepeliuit. Ab illo ergo tempore vsqꝫ hodie vix aliqs adultus inuenitur in illa prouincia qui eius exẽplo diem sabbati in honorẽ nostre domine non ieiunet. ❡ Nota aliud exemplum de beata virgine Maria in quo cognoscere poteris quomodo subuenit homini quandoqꝫ etiam post mortem. Fuit in britannia iuuenis quidã nobilis: qui ꝗuis seculo totus deditus: tamen btẽ virgini fuit deuotus in hoc ꝙ ei singulis diebus quinquagenas salutatiões persoluit. Qui infirmatus ad extrema perductus est. Cumqꝫ diu iacuisset mortuus reuixit. Et mulieri assidenti sibi clamans dixit. cito voca sacerdotẽ. Sacerdote adueniẽte corã oib⁹ confitebatur dicens. Ego fui raptus ad tribunal xpi: ꝛ cũ in tribus maxime accusarer a demonibus: ꝛ ferri deberet sñia contra me pijssima mater xpi rogauit filiũ suũ vt ad corpus redirem locũ penitentie susceptu: quod ꝛ factum est. Unum de peccatis erat ꝙ decimas ex agris meis et bonis sacerdoti subtraxi. Secundum ꝙ pisces cum socijs meis religiosis personis furatus fui. Tertium ꝙ segetes pauperum cum canibus venaticis conculcaueram. Ad hoc rustici ab eo dammum passi dixerunt. Cur debuistis dñe pro his damnari: cum vobis hec puro corde dimisimus. At ille. Uestra remissio non sufficit mihi ad salutem. quia ditior erã ad soluendum ꝙ̃ vos ad relaxandum. Hec dicens iussit damna restitui: ꝛ sic decessit. ❡ Aliud exemplum de beata virgine Maria in quo cognoscere poteris quomodo peccatores ꝛ mali homines conuertuntur: ꝛ boni erunt per merita gloriose viginis marie. Fuit quidã vir nobilis: sed tyrannus totus erga suos ꝛ alienos. Ita vt oẽs de eo vindictã peterent a deo. Et hunc cõtigit infirmari ad mortẽ. Qui aduocans episcopum loci illius pure confessus est. A quo petiuit vt sibi sanitatem impetraret a deo. prestito tamen prius iuramento ꝙ de cetero neminem lederet. Quo conualescente ãplius indifferenter omnes lesit. ita vt non solum ei sed etiã episcopo omnes maledicerent. Post hec iterũ infirmatus est: ꝛ oppressus igne sacro sicut prius: vt oĩa ei⁹ mẽbra arderent: ita vt de vita desperaret. Uocauit iterũ epm̃ pmittẽs satisfactionẽ de iuramento nõ seruato: vt iterũ ꝓ eo oraret vt sanus fieret. qui rẽnuit recedens cũ indignatione. Appropinquante aũt morte clamauit ꝛ respexit in celũ ꝛ vidit in aere pendẽtem filiũ dei in cruce: ꝛ matrẽ suã sibi astantem ꝛ orantem pro eo. At Jesus ait. Mater non possum facere. ecce enĩ rursum crucifixit me. Et ostẽdit ei cicatrices sanguineas. Quo viso peccator ingemuit exclamans voce magna. O bone Jesu si te crucifixi peccatis meis. matrem tuam tamen semper honoraui. Jeiunauerat enim omĩ sabbato ad honorem beate virginis marie. Cumqꝫ sic clamaret audiuit vocem iesu dicentem matri orãti Ecce mater dedi eum tibi: ꝛ sanatus est. qui postmodũ venditis omnibus bonis suis restituit ablata. ꝛ ingressus claustrum deo seruiuit ꝛ beate virgini marie vsqꝫ ad finem vite sue. ❡ Aliud exemplum de quodam rustico qui damnatus fuisset nisi beata virgo maria sibi subuenisset. Erat vir quidam secularis rurali operi deditus: ꝛ alijs mundanis studijs occupatus. Qui cum multis prauis actibus esset intentus: etiam dum terram suam exararet quantũ poterat terrã vicinis suis subripiebat ꝛ metas suas transgrediẽs iugeribus suis terrã aliorũ furtim sociabat. Hic tamen sanctam dei genitricem mariam in mente habebat: ꝛ plerũqꝫ deuote eam salutabat. Iste ergo cũ esset defunctus cõuenerunt demones animã eius rapere cõfidẽtes: Affuerunt etiã angeli qui cũ proferrent pauca ab eo facta bona: ceperunt demones contra eum proferre innumerabilia mala. Cumqꝫ ob hoc exultantes putarẽt se vicisse: vnus intulit ex angelis ꝙ cum magna deuotione solitus erat salutare dei genitricem virginẽ mariam. Hoc audientes spiritus maligni ꝛ immundi relicta hominis anima recesserunt cõfusi ab ea. Sicqꝫ aĩa illa erepta ab aduersariorum potestate perpetuã damnationem euasit. Largiente deo ꝑ merita gloriose sancte dei genitricis virginis marie. Et postmo

dū omnibus quibus damna intulit auferen
do bona ipsorum plene satisfecit: ⁊ omnia in
iusta restituit. Et sic postmodū vitā in bono
finiuit. ¶ Aliud exemplū de gloriosa vir
gine maria. In quodam cenobio erat mona
chus secretarij officio fungens. Hic erat val
de lubricus: ⁊ demoniacho instinctu aliquo-
tiens libidinis vrebatur estubus: ⁊ tamen ge
nitricē dei non modice diligebat. Et quotiēs
pertrāsibat altare eius dicebat. Aue maria
gratia plena ⁊c. Sicqȝ eam cum reuerentia
salutabat. Adiacebat aūt ipsi cenobio fluuiꝰ
quidā: quē predictus frater pertransibat qn̄
ad explendā concupiscentiā suam pergebat.
Quadā igitur nocte volens ire ad scelus as
suetū corā altari vt solitꝰ erat sanctā mariā
salutauit. Ac deinceps ecclesie ianuā aperiēs
ad predictū fluuiū peruenit. quē dū transire
vellet a dyabolo impulsus in eundē cecidit.
Et mox dimersus ibidē interijt. Cuius aīaȝ
mox rapuit multitudo demonū cupientes eā
deferre in baratrū. Sed pietate dei affuerūt
ibi etiā angeli si possent illi aliquid ferre sola
cij. Quibus venientibus dixerunt demones
verbis contumacibus. Ut quid huc aduent
stis. Nihil in hac anima habetis: quoniā p-
pter mala opera que gessit cōcessa est nobis.
Ad hec tristes valde sancti angeli dum non
sufficienter haberent quod proferrent boni
operis. Ecce subito aduenit sancta dei geni-
trix maria: ⁊ liberali auctoritate dixit demo-
nibus illis. Cur o nequissimi spiritus hanc
aīaȝ rapuistis. Rn̄derunt. Quia inuenimꝰ
eā consummasse vitā in operibus malis. At
illa. Falsa sunt inquit que profertis. Scio ei
quia nunq̄ȝ aliquo pergens: nisi me primū sa
lutando a me licentiaȝ accipiebat: ⁊ rediens
hec similiter agebat. Quod si dixeritis quia
vim facimus vobis: ecce ponamus ī iudicio
summi regis. Cūqȝ ex his altercarentur int̄
se placuit altissimo dn̄o pro meritis sue san-
cte matris vt anima fratris rediret ad corpꝰ
quatenus penitentiā ageret de peccatis. In
terea aduenerat tempus quo fratres ad cā
tandos hymnos conuocarentur. Et dū mo
ra fieret ad pulsandas matutinas: surgētes
aliqui de fratribus secretariū predictū que-
sierunt: ⁊ eū immersum in aqua reperierunt
Cuius corpus ex aqua trahentes miraban
tur cogitantes qua occasione hoc ei ꝯtigisset
Cūqȝ opināntes plurima inter se sermocina-
rentur mirū in modū ecce ille frater surgēs
a morte inter eos astitit viuꝰ ⁊ narrauit fra

tribus que contigerant sibi: ⁊ quomodo eua
serat succurrente dei genitrice. Post hec nō
solū illud vitiū per quod delectari solebat de
seruit: sed etiā deo ⁊ sancte eiꝰ genitrici fer-
uentius seruiuit: ⁊ sanctis actibus vitā con
summans aīam in pace reddidit. ¶ Exē-
plū aliud. Quidā clericus in carthaginensiū
vrbe degebat: qui erat leuis moribus: secula
ris deditꝰ: carnalibus desiderijs etiā vltra
modū subiectus. Hic tn̄ sanctā dei genitricē
frequenter in memoria habebat: ⁊ etiam se-
pissime salutatōne angelica salutabat. Qui
dū vt fertur ab inimicis esset peremptꝰ sciē-
tes eū satis irreligiosam vitā duxisse: decreue
runt eū extra cemiteriū sepeliri deberi. qd̄ ⁊
ita fecerūt extra atriū non vt talē decebat vi
rū tumulantes. Et dū illic per triginta dies
iacuisset: sancta maria virgo virginū illiꝰ mi
serta apparuit cuidā clerico dicens ei talia.
Cur ita egistis erga meū cancellariū: vt po
neretis eū extra cemiteriū vestrū. Cui inter
roganti quis esset ille eiꝰ cancellariꝰ: sancta
virgo dixit. Ille qui ante triginta dies a vo-
bis extra cemiteriū est tumulatus. Naȝ mihi
deuotissime seruiebat ⁊ coraȝ meo altari me
sepissime salutabat. Citiꝰ ergo ite ⁊ corpꝰ eiꝰ
de indecenti loco auferentes in atrio ponite
Hec dū ille narraret cūcti vehemēter admi-
rati sunt: tumulūqȝ eius aperuerūt ⁊ florem
pulcherrimū in eius ore inuenerūt: ⁊ linguā
eius integrā ⁊ sanā: ⁊ quasi ad laudē dei pa
ratā. Intellexerunt itaqȝ cuncti qui aderant
quia dei genitrici ex suo ore fecerat seruitiuȝ
quod sibi fuisset placitū: ⁊ delato corpore eiꝰ
ad cemiteriū cū dei laude illud decenter sepe
lierūt. Quod nō solū pro illo: sed etiā pro no
bis sanctā mariā fecisse credimꝰ: quatenus
⁊ nos hec audiētes accendamur in dei ⁊ eiꝰ
amore. ¶ Exemplū aliud. Alter quoqȝ cle
ricus quidā in quodā loco ꝯmorabatur qui
⁊ ipse deo ⁊ eius alme genitrici satis erat de
uotus: qui inter cetera actuum bonorum stu
dia quibus eidem sancte virgini placere cu-
rabat. Hanc antiphonā in eius laudē mēte
deuota cantabat. Gaude dei virgo genitrix
immaculata: gaude que genuisti eterni lumi
nis claritatem: gaude que gaudiū ab ange-
lo suscepisti. tu sola mater innupta. te laudat
omnis creatura: genitricem lucis: sis pro no
bis quesumus pia interuentrix. Hic ergo cū
languore correptus ad extrema peruenisset
cepit anxiari ⁊ pauore magno perturbari.
Cui apparens sancta virgo Maria dixit ei,

Cur tanto timore trepidas: qui totiens mihi gaudiū annunciasti. Ne paueas quoniaz nihil mali patieris: sed gaudij quod mihi p̄cinebas amodo particeps eris. Audiēs hec ille putabat se sanitati restitutū: ꝛ dū se cum leticia erigere vellet: aīa eius a corpore egrediens petijt paradisi gaudium. vbi sicut promiserat ei sancta dei genitrix letabitur per eterna secula. Ergo pensandum est quantū debeat mente retineri que sibi seruientibus non desinit auxiliari.

Expliciunt sermones collecti ex diuersis sanctorum dictis ꝛ ex pluribus libris: qui intitulantur sermones Discipuli. Quia ī istis sermonibus non subtilia per modum magistri: sed simplicia per modum discipuli conscripsi ꝛ collegi: sicut in principio huius libri scilicet in primo sermone in prima dominica aduentus premisi. ꝛ si quid ī presentibus sermonibus minꝰ bene posui: in hoc me correctioni sancte matris ecclesie ꝛ cuilibet charitatiuo correctori subijcio: ꝛ offero ad emendam. Amen.

Sermones discipuli de sanctis cum promptuario exemploꝝ ⁊ miraculis beate virginis.

Tabula sermonū discipuli de sanctis.

Prologus in sermones discipuli de sanctis per circulū anni incipit.

Laudate dominū in sanctis eius. ps. cl.

Rogat⁹ vt post collecturā sermonū discipuli de tēpore aliquā collecturā facerē d sctis p circulū anni: phui assensum fratrum a charitate cōuict⁹. Et quia a pluribus doctoribus solennib⁹ plures cōpilati sunt smones pleniores i sententijs ⁊ cultiores in verbis: tamen q² simplicib⁹ pdicatorib⁹ quādoq₃ pl⁹ placet studere ⁊ pdicare simplicia: q̄ pfunda. Ideirco de quolibz sancto vel sancta quoꝝ festa mater ecclesia festiue celebrat intendo vnū sermonē vel quandoq₃ duos colligere ex diuersis libris ⁊ scripturis doctoꝝ catholicoꝝ ad honorē sancte ⁊ benedicte trinitatis ⁊ gloriose virginis marie matris dñi nr̄i iesu xp̄i ⁊ beati dñici p̄ris nr̄i: diuidēdo eundem sermonē cōiter in tres partes. Prima pars erit de dignitate ⁊ priuilegijs istius sancti: vl istoꝝ sanctoꝝ ⁊ sanctaꝝ. Secūda ps pncipalis erit p informatione hoim simplicium: ⁊ specialiter ad emendationē sue vite. Tertia ps erit de miraculis isti⁹ sancti aut illoꝝ sanctoꝝ vel sanctaꝝ. Et q² sicut egregius doctor noster sanctus Thomas de aquino dicit q̄ nulla actio sit pfecta siue meritoria: nisi fuerit per grām dei illuminata. Igit̄ p grā diuina impetrāda ad gloriosā virginē dei genitricē recurramus: ⁊ ad btm̄ dñicū patrē nostrū: sanctum quoq₃ franciscū: ⁊ ad oēs sctōs dei: vt ipi apud deū miam exorare dignētur: q̄ atenus p̄sens opusculū dñs noster iesus xp̄us ad laudē ⁊ honorē suū dirigat ⁊ ad legentiū vtilitatē: ac oīū alioꝝ fideliū cōuātat: ⁊ mihi ad meritū puenire ɔcedat: Qd̄ nobis p̄stare dignet̄ dñs noster iesus xp̄s marie fili⁹. Amē

Primus sermo generalis de sanctis.

Vide in principio sermonū discipuli de sanctis pmo intēdo cōem sermonē ponere pdicabilē in quocūq₃ festo alicui⁹ sctī vel sanctoꝝ. In eodē cōi smone tria sunt dicenda. Primo quare festa sanctoꝝ celebrantur ab ecclesia. Secūdo ponēde sunt aliq̄ q̄stiones de veneratiōe sanctorum. Tertio de imaginib⁹ sanctoꝝ q̄ pinguntur vel sculpūtur in ecclesia. Quantū ad primā partē illi⁹ sermonis est sciendū q̄ festa sanctoꝝ triplici de causa celebrātur ab ecclesia. Prima causa ppter honorē diuine maiestatis: q² deum in sanctis honoram⁹ qui eos sanctificauit: ⁊ eternaliter in sua glīa felicitauit. Olim enī deus gloriosus in seipo solūmodo honorabat. nūc autē honoratur non solū in seipso sed etiā in oib⁹ sanctis suis cōiunctim vel diuisim quos sic solēniter dignificauit in vita ⁊ in morte et post mortē: vt p₃ in diuersis legēdis sanctoꝝ ⁊ sanctaꝝ. Secūda causa est ppter dignitatē sanctoꝝ: quia ipsi sunt amici dei. Joh. xv. Jam non dicam vos seruos: s; amicos: quia quecunq₃ audiui a patre meo nota feci vob. Etiam sancti sunt filij dei. Joh. i. Dedit eis potestatē filios dei fieri: ⁊ p cōsequēs sunt heredes dei. Roman. viij. Si autē filij ⁊ heredes. Insuper sunt reges ⁊ regine. Unde de quolibet sancto dicitur ps. xx. Posuisti in capite eius coronam de lapide precioso. Unde etiam Luce. xij. Nolite timere pusillus grex. quoniam complacuit patri vestro dare vob regnū. Et hoc p₃ quia iam possident regnū celoꝝ: ⁊ post resurrectionē cum anima reunita fuerit corpori: tunc pariter possidebūt eterna regna. Juxta illud Mathei. xxv. Uenite benedicti patris mei possidete regnum quod vobis paratum est ab origine mundi. Tertia causa est ppt̄ nosmetipos. quia ieiunamus vigilias: ⁊ festa sanctorū celebramus: vt ipsi sancti intercedant pro nobis ad dominum deum. Similiter triplici de causa ieiunamus vigilias beate Marie virginis ⁊ aliorum sanctorū. Prima causa est vt deuotio nostra augeatur. quia per ieiunia efficimur aptiores vt festum sequens deuotius celebrem⁹. Un̄ Josue. vij. Sanctificami in crastinum. Unde etiam beatus Augu. Jeiuniū purgat mentem: subleuat sensum: carnem spiritui subijcit cor contritum facit ⁊ humiliatum: qd̄ deus non spernit. Secunda causa est vt mens nostra exemplariter instruatur: videlicet sicut ipsi sancti per tribulationes ⁊ passiones solum peruenire potuerūt ad hoc q̄ per nos solēniter colunt in ecclesia: ⁊ q̄ iam letantur ⁊ eternaliter regnāt cum xp̄o. ita ⁊ nos ad celestem patriam peruenire non possum⁹ nisi per vigilias: labores ⁊ tribulationes. Unde Act. xiiij. Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnū celoꝝ. Und̄ etiā Gre. super Ezech. Si dulcia q̄rim⁹: necesse est vt amara toleremus. Tertia cā est vt ipi p merita ⁊ p̄ces eoꝝ impetrēt nob vt ad eoꝝ societatē puenire valeam⁹: ⁊ cū eis feliciter et

eternaliter regnare. Quantū ad secundā partem illi⁹ sermonis q̄ritur an nr̄as ōrones possum⁹ ad sanctos dirigere: rogando eos vt orent pro nobis. R̄ndetur s̄m sanctum Tho. iiij. sen. xv. dist. q̄ sic. Nā illō qd̄ orādo petim⁹ est beata vita vt dicit beatus Augu. q̄r oīa illa q̄ petim⁹ non petim⁹ nisi s̄m q̄ ad beatā vitā ordinant̄. vitā āt beatā sol⁹ de⁹ p̄t dare. sancti vero p̄nt nobis coop̄ari p̄ preces suas ꝛ merita vt nobis detur. Oratio igit̄ ꝓprie ꝛ directe fit ad solū deū: a quo expecta m⁹ qd̄ orādo petim⁹. Fit etiā ōro ad sctōs vl' dep̄catio: vt eoꝝ p̄cib⁹ ꝛ meritis vitā beatā obtineam⁹. Igit̄ dr̄ Job. v. Ad aliquē sctōꝝ cōuertere. Ergo cū volum⁹ deū orare debe= mus ad deū cōuerti vt orent ꝓ nobis: Item sciendū q̄ sol⁹ de⁹ adorandus est tanq̄ lar= gitor oīm bonoꝝ. Vn̄ ps. Miserere mei de⁹ ꝛc. Sz sancti adorandi ꝛ inuocādi sūt tanq̄ mediatores ꝛ intercessores nr̄i: vt nob a deo impetrent qd̄ petim⁹ aut quod desideramus q̄n dicim⁹: sancta Maria: ora ꝓ nobis. sancte petre: ora pro nobis. ꝛ sic de alijs. Secūdo q̄ritur vtrū maior sanct⁹ sit pl⁹ honorandus q̄ minor sanctus. R̄ndetur s̄m Thomā de aq̄no q̄uis superiores sancti sint deo magis accepti: vtile tn̄ ē q̄nq̧ minores exorare sctōs. Et hoc ꝓpt̄ tria. Primo q̄r aliqs hō q̄nq̧ h̄z maiorē deuotionē ad minorē sctm̄ q̄ ad ma iorem. Nam effect⁹ ōronis est maxime ex de= uotione. Secundo ideo q̄r q̄busdā sanctis in aliquib⁹ dat⁹ est precipuus effectus ꝛ cura. sicut sctō anthonio q̄ dr̄ liberare ab igne in= fernali ip̄m deuote inuocātes. Tertio vt oī= bus sanctis exhibeat̄ honor a nobis. Vn̄ di cit beat⁹ Tho. q̄ aliq̄n contingit ōronē infe rioris ꝛ minoris sancti efficatiorē esse q̄ ma ioris. Tum q̄r deuoti⁹ imploratr̄. tum etiā q̄r deus sanctitatē ei⁹ vult clari⁹ declarare. Ter tio querit̄ vtrū sancti in celo cognoscant ora tiones nr̄as. R̄ndetur s̄m Tho. sancti i ver bo vidēt ꝛ cognoscūt nr̄as ōroes. q̄r i verbo vident q̄cq̄d p̄tinet ad gloriā ꝛ laudē eoꝝ. Hec aūt p̄tinet ad gloriā eoꝝ q̄ orant̄ ꝛ q̄ nos iuuare p̄nt. Et sic cognoscūt aliqs cogita tiones cordiū hūanoꝝ: ꝛ hoc in verbo. s. vo= ta ꝛ deuotiones hoīm q̄ ad eoꝝ auxiliū con= fugiunt vel aliquo alio modo quo deus vult eis reuelare: ꝛ s̄m q̄ pōt ꝛ placet. Quarto q̄rit̄ et q̄ scti cognoscāt ōroes nr̄as vtrū ipsi orent ꝓ nobis. R̄ndet̄ s̄m Bonauen. q̄ sc̄i orant ꝓ nob triplici de cā. Primo ꝓpt̄ nostrā necessitatē. q̄r indigem⁹ p̄ alios releuari. Se

cundo ꝓpter dei volūtatē. q̄r vult vt mēbra sp̄ualia mutuo se ament ꝛ iuuēt. Ipsi enī sci= unt dei voluntatē ꝛ in oīb⁹ eā implent. ꝛ nos eoꝝ sum⁹ mēbra: ꝛ ideo solliciti sūt nos adiu uare. Tertio ꝓpt̄ charitatē ꝛ affectū magnū quē h̄nt ad salutē nostrā. Nūq̄ enī aliq̄ mat̄ intantū dilexit filiū suū sicut ipi angeli ꝛ sc̄i in celo diligūt nos. Nec vnq̄ parētes in p̄nti vita tā ardent̄ affectabūt bonū ꝛ honorē su is pueris sicut sancti in celo affectāt nobis. Quinto q̄ritur ex quo sanctitā fidelit̄ orāt ꝓ nobis an sp̄ a dn̄o ꝓ nob in suis petitiōib⁹ ex audiant̄. R̄ndet̄ q̄ sic. q̄r nō orāt nisi ꝓ eis in quib⁹ se cognoscūt velle ꝛ posse exaudiri a deo. q̄r volūtas eoꝝ ē ꝯformis volūtati diui ne: sic q̄ nunq̄ petūt nec q̄cq̄ faciūt qd̄ sit con tra volūtatē dei. Ex quib⁹ iaz dictis p̄z error illoꝝ q̄ diffinitiue credūt ꝛ firmit̄ tenent q̄ q̄ hoc seruitiū vel illud fecerit isti sancto vl' illi sc q̄ sibi h̄ faciat. s. q̄ tpale aliqd̄ donet̄: vel q̄ ab ista infirmitate vel tribulationē libere tur. q̄r pōt eē q̄ de⁹ vult q̄ illo bono tpali ca reas: vel q̄ illā infirmitatē vel tribulationē sustineas ꝓ p̄ctis tuis ꝛ ꝓpt̄ salutē tuā. ꝛ sic sancti nullo mō orant ꝓ te qd̄ sit tibi impedi mentuz salutis tue. q̄r fortassis talis infirmi tas aut paup̄tas est tibi causa salutis ꝛ p̄ser uat te a p̄ctis. Vn̄ Hugo. li. iij. de arra aīe. Quosdā de⁹ p̄sciens multa peccare posse: fla gellat eos infirmitate corporis: aut paup̄tate: vel alia q̄cūq̧ tribulatione ne peccent: vt eis vtilius sit frangi languorib⁹ ad salutē q̄ re= manere incolumes ad dānationē. Ergo cuz qs infirmat̄ aut p̄ paup̄tatē affligit̄: aut cuz puer alicui⁹ infirmat̄: ꝛ cū inuocat sanctos: dz deo ꝛ sctis cōmittere si sit ꝓ salute: vt ꝛ de= us illos sctōs ꝛ ip̄z exaudiat. q̄r fortassis in= firmitas ꝛ tribulatio est sibi cā salutis. Nam si sctūs paul⁹ stimulū carnis nō habuisset: nun q̄ saluat⁹ fuisset: dicēte sibi dn̄o. Paule sufficit tibi gr̄a mea. Vel q̄r fortassis talis demeruit q̄ scs puer suus infirmat̄. Nā tpaliter pueri q̄nq̧ puniunt̄ ꝓpt̄ p̄ctā parentū: s̄ nō eternaa liter. Et de hoc dr̄ i decre. Punit̄ qs ꝓ alio a deo tpaliter: s̄ eternalit̄ null⁹. Aia enī que peccauerit ip̄a morient̄. xxiiij. q. iij. si habet. Sz tn̄ bona ꝛ firma spes ē habēda ad suffragia sctōꝝ q̄ tibi hoc qd̄ postulas ab eis impetret̄ a deo ꝛ bn̄ impetrare p̄nt a deo si saluti tue ꝓ derit ꝛ diuine voluntati placuerit. Et ergo s̄m Tho. iij. pte. q. xxv. arti. vi. Sanctos dei in veneratione h̄re debemus tanq̄ membra xp̄i ꝛ dei filios ꝛ amicos ꝛ itercessores nr̄os

⁊ ideo reliquias ⁊ corpa coꝝ que fuerunt tẽpla ⁊ organa spũssancti in eis habitantis et operantis deꝰ honorat in coꝝ presentia miracula faciendo. Unde si qs ↄtra eandẽ sententiã crediderit: nõ xp̃ianꝰ ſ̃ hereticus ẽ habendus. Et ideo circa reliquias sanctorum queritur: vtrum reliquias sanctorum liceat portare circa collũ. R̃ñdet̃ ſm Tho.ij.ij.q.xcvi. Si reliq̃e sanctoꝝ portant̃ ex fiducia dei ⁊ sanctoꝝ quoꝝ sunt reliq̃e nõ est illicitũ. Si aũt circa hec attenderet̃ aliq̃d aliud vanum puta ꝙ vas in quo sunt esset triangulare. ⁊ hmõi q̃ð nõ ꝑtinet ad honorẽ dei siue reuerentiã sanctoꝝ: sic esset supstitiosum ⁊ illicitũ. Querit̃ ↄsequent̃ vtrũ reliquie sanctoꝝ possunt furtiue subtrahi vt honorabiliꝰ reponãtur. R̃ñdet̃ ſm Guil. ꝙ nõ: ⁊ ratio est. Nã sacrilegiũ est quotiensciq; sacrũ de sacro aufertur. xvij.q.iiij. Quisq̃s. Querit̃ etiã vtrũ liceat reliq̃as sanctorum emere vel vendere R̃ñdet Ray. ꝙ nõ. q2 ibi symonia cõmittit̃ ⁊ ideo nõ dꝫ fieri. Quantũ ad tertiã partem illius ſmonis sciendũ ꝙ nõ solũ sancti ⁊ reliquie sanctoꝝ sunt honorãde: imo etiã imagines sanctoꝝ sunt venerãde. Uñ in decre. dr̃ Imagines sanctoꝝ nõ sunt cõtemnẽde: ſ̃ venerãde. de cõse. dis.iij. Uenerabiles. Querit̃ circa istã materiã vtrũ sine idolatria possumus imagines adorare sanctoꝝ. R̃ñdet̃ ꝙ imago duplicit̃ põt considerari. Uno modo ꝓut est res quedã: puta lignũ sculptũ vel pictũ. ⁊ sic adoremꝰ imaginẽ nequaq̃. q2 hoc esset idolatria. Alio mõ cõsiderat̃ vt est signũ alicuiꝰ rei. Et q2 idẽ ẽ motꝰ quo qs fert̃ i imaginẽ ⁊ in ipaꝫ rem in q̃ptũ est signũ. Ideo etiam est eadẽ adoratio qua veneramur ipam imaginẽ ⁊ ipam rem cuiꝰ est imago. Unde ⁊ de hoc hr̃ in decre. Non imaginũ pictura est adoranda: ſ̃ res p ipam repñtata. de conse. di.iij. Uenerabiles. Ex iam dict̃ pꝫ ꝙ heretici isti errant q̃ imagines destruunt ⁊ dehonestant. Nam a ꝑncipio xp̃ianitatis imagines fuerũt inuente ⁊ picture. Uñ ipe xp̃s saluator nr̃ ꝓ salute nr̃a iturꝰ in mortẽ impressit faciẽ suã in vnũ pannũ q̃ vocat̃ pannꝰ veronice. ⁊ sanctus Lucas euangelista sculpsit imaginẽ crucifixi ⁊ v̾ginis gloriose q̃ adhuc in hodiernũ diem habet̃ Rome. q2 imagines sanctoꝝ ⁊ picture sũt libri laicoꝝ ⁊ scripture vt hr̃ de cõse. di.iij. platũ. Ergo bonũ est ⁊ salubre hr̃e imaginẽ crucifixi aut etiam beate marie v̾ginis ac alioꝝ sctõꝝ i domibꝰ ꝓprijs vel in stuba aut in camera: aut circa lectum: vt ex hoc hõ reuocet ad memoriã dñm nr̃m iesum xp̃m ⁊ btãm virginẽ ⁊ alios sanctos qñ videt cũ deuotione imagines ipoꝝ. Sed oppositũ faciũt q̃ depingunt sibi in domibus corizantes: bibulos ⁊ venatores cuꝫ aïbꝰ ⁊ cũ canibꝰ ⁊ hmõi vanitatibꝰ. ⁊ in hoc ostendunt se plꝰ inclinatos esse ad mundũ q̃ ad deũ. q2 quod hõ diligit hoc libent̃ videt: ⁊ de h̃ libet̃ legit ⁊ audit. Uñ.i. Joh.iiij. Ipi d̃ mũdo sũt: ⁊ ideo de mũdo loquunt̃. Et.i. Joh.ij. Nolite diligere mundũ neq; ea q̃ in mundo sunt. Si qs diligit mũdũ nõ ẽ charitas p̃ris in eo. Rogemꝰ igr̃ oipotẽtẽ deũ vt p merita sctõꝝ suoꝝ largiat̃ nob̃ remissionẽ pctõꝝ nr̃oꝝ.

De sancto andrea. Sermo secũdus.

Uenite post me faciam vos fieri piscatores hoïm. Uerba ista originalit̃ scribunt̃ Math.iiij. Mar.i. ⁊ Lu.v. Recitatiue in p̃senti festiuitatis btĩ andree apl̃i euãgelio. Sup q̃ v̾ba i p̃nti ſmõe tria sũt dicẽda. Primo de dignitate ⁊ ꝑuilegijs sancti andree apl̃i. Secũdo spãlit̃ aliq̃ sũt dicẽda ꝓ informatione simpliciũ. Tertio ⁊ vltimo miracula quedã de sancto andrea apl̃o aũ ipiꝰ mortem ⁊ post mortẽ. Quantũ ad p̃mũ sciendũ ꝙ xp̃s multiplicit̃ p̃uilegiauit beatũ andream apl̃m. Primo fecit eu primiceriũ suũ: qñ euꝫ aũ ceteros apl̃os ad se vocauit: ⁊ hoc in p̃ma vocatione. de qua habet̃ Joh.i. Sꝫ q̃ritur qs adduxit andreã ad xp̃m. R̃ñdetur ꝙ sanctus Johãnes baptista qñ dixit ad duos discipulos suos quoꝝ vnꝰ erat ipe andreas. Ecce agnꝰ dei ecce q̃ tollit peccata mũdi. Que quidẽ testificatio fuit cã cõuersionis et salutis in btõ andrea. q2 mox xp̃m secutꝰ est Ex quo pꝫ q̃ntum valet bonã societatẽ habere: verba dei libent̃ audire. Multũ enĩ valuit btõ andree hr̃e societatẽ cũ iohãne baptista. quia p eum meruit xp̃m inuenire. Eccli. xxxvij. Cũ viro sctõ assiduꝰ esto: quẽcũq; noueris hr̃e timorẽ dñi. Sicut enĩ carbo mortuus cũ viuis positꝰ accendit̃: sic pctõr ex bonoꝝ cõuersatione ⁊ societate ad dei amorem inflãmatur. Uñ dr̃ in p̃s.xvij. Cũ sctõ sctũs eris: ⁊ cũ peruerso ꝑuerteris. Multũ etiam valuit andree verbũ dei a Johãne audire. q2 fuit occasio salut̃ sue. Uñ in p̃s.cvi. Misit verbũ suũ ⁊ sanauit eos. Johannes igit̃ exẽplo suo ⁊ doctrina sua btũ andreaꝫ ad xp̃m duxit: tanq̃ p̃cursor ad regẽ. Johãnes enim erat precursor xp̃i. Lu.i. Preibis ante faciem

dñi pare vias ei⁹. Xp̄s aūt erat rex. Apoc.
xix. Rex regū ⁊ dñs dominantiū: cui⁹ regnū
nō hȝ finē. Item Lu. i. Et regni ei⁹ nō erit fi
nis. Secūda dignitas bti andree ē q̄ fratrē
suū petrū p̄ncipē apostoloꝝ ad xp̄m duxit ⁊
vocauit eum ad ip̄m. O q̄ntū tenet petr⁹ an=
dreā diligere p quē meruit iesuȝ inuenire. O
q̄nti meriti vir iste erat apud deū q̄ p̄ncipem
aploꝝ ↄuertere meruit ⁊ ip̄m ad iesum per=
duxit. Tertia dignitas ē q̄ xp̄s fecit eū suuȝ
legatū īmo etiā eū fecit suū p̄dicatorē. ij. Cor.
v. Pro xp̄o legatione fungimur. Fuit aūt p̄=
dicatio andree multū conformis p̄dicationi
xp̄i. Habuit eñi xp̄s in sua p̄dicatione sapiē
tiam. ad Col. ij. In quo sunt oēs thesauri sa
piētie ⁊ sciē abscōditi. Sic andreas ī sua p̄=
dicatiōe habuit sapiaȝ: vt pȝ in misterio cru
cis: qd̄ tam sapient̄ exposuit dicēs. O bona
crux diu desiderata ⁊ ↄcupiscēti aīo p̄parata
suscipe me discipulū ei⁹ q̄ pependit ī te: ⁊ red=
de me magistro meo. Itē xp̄s habuit eloquē
tiaȝ. Ioh. vij. Nunq̄ sic locut⁹ est hō sicut hic
loq̄tur. sic ⁊ andreas habuit eloquentiā. De
his duob⁹ dr̄ Luc. xxi. Ego eñi dabo vobis
os ⁊ sapiam. Itē xp̄s habuit sanctā vitā. q̄a
illa que p̄dicabat semp p̄r⁹ faciebat. Act. i.
Cepit iesus facere ⁊ docere. Sic ⁊ btūs an=
dreas habuit sctām vitā. Uñ de eo canit̄ in
diuino officio. Uir iste ī pplo suo mitissim⁹
apparuit sctitate ⁊ grā plen⁹. Itē sicut xp̄s ha=
buit finalē p̄seuerētiā: q̄ vsq̄ ad mortē a p̄=
dicatione nō destitit: īmo ī cruce pēdēs septē
v̄ba valde īformatiua p̄tulit. Sic ⁊ btūs an
dreas nec in vita nec in morte a p̄dicatione
cessauit. Uñ de eo canit̄. Biduo viuēs pēde
bat in cruce p xp̄i noīe btūs andreas ⁊ doce
bat pplm dei. Nam legit̄ de eo q̄ q̄si viginti
milia hoim circūsteterūt eū q̄n in cruce pen
debat: ⁊ verbū dei ab ip̄o audierūt ⁊ recepe
runt. Et hoc ē qd̄ xp̄us dixit q̄n illos q̄tuor
vocauit aplos: vt pȝ in euāgelio hodierno:
dicēs. Uenite post me: faciā vos fieri pisca=
tores hoim. Ubi sciendū q̄ p̄mitiui p̄dicato
res erāt piscatores. Quia sicut piscator vno
tactu rethis magnā multitudinē pisciū capit:
sic in vna p̄dicatione beat⁹ petr⁹ aplus tria mi
lia iudeoꝝ ↄuertit ad xp̄m. vt habet̄ Act. ij.
Et btūs andreas totā p̄uinciā achaiam ⁊ eti
am mirmidones eccl'ie ⁊ xp̄i fidelib⁹ reple
uit. Sed moderni p̄dicatores sūt venatores
q̄ vix cū magnis laborib⁹ ⁊ clamoribus p̄nt
cōprehendere vnā aīam: q̄si venator vnā fe
raȝ. Iere. xvi. Ecce ego mittā piscatores mul
tos ⁊ piscabunt̄ eos: ⁊ post hec mittā mul
tos eis venatores ⁊ venabunt̄ eos. Itē sciē=
dū q̄ diabol⁹ illis tp̄ibus ē q̄si vindemiator
xp̄s autē q̄si racemoꝝ collector. Michee. vij.
Ue mihi quia fact⁹ sum sicut ille q̄ in autūno
colligit racemos. Quarta dignitas ē q̄ xp̄s
ei dedit iudiciariā p̄tātē cū ceteris aplis suis
Uñ Math. xix. Sedebitis ⁊ vos sup sedes
duodeci iudicātes duodeci trib⁹ israel. Quī
ta dignitas ei⁹ est: q̄ silis fuit xp̄o in passio
ne. Nam xp̄s crucifixus est: sic ⁊ beat⁹ andre
as in cruce mortu⁹ est. Sed in hoc dissimilis
fuit. q̄ xp̄s erect⁹ fuit crucifixus: beat⁹ petr⁹
deorsuȝ. beat⁹ andreas vero p̄ trāsuersum
Item xp̄us sponte sustinuit crucē. Esaie. liij.
Oblat⁹ ē q̄ ip̄e voluit ⁊ pctā nr̄a portauit.
Et beat⁹ andreas vidēs crucē sibi paratam
dixit. Secur⁹ ⁊ gaudens venio ad te. amator
tuus semp fui. ⁊ semp desideraui amplecti te
Itē xp̄s de cruce descēdere noluit. Unō iude
is dicentib⁹ Math. xxvij. Si fili⁹ dei es descē
de nūc de cruce. descēdere recusauit. Simil'r
dū egeas andreā de cruce deponere vellet: dī
cebat. Scias q̄ ego viuus de cruce nō descē
dam. Iam eñi video regē meū xp̄m q̄ me ex
pectat. Uñ ⁊ xp̄m in cruce exorauit ne ip̄ȝ d
cruce viuū deponi p̄mitteret. Item xp̄us per
crucē ad gloriā suā p̄uenit. Luc. xxiiij. O por
tebat xp̄m pati ⁊ ita ī gloriā suā intrare. Si
militer btūs andreas crucē salutādo ait. Ac
cipe me ab hoīb⁹ ⁊ redde me magistro meo
iesu xp̄o. Sexta dignitas ei⁹ est q̄ corp⁹ eius
in sepulchro miraculoꝝ glīa illustrauit. Uñ
⁊ māna in modū farine ⁊ oleū cū odore sua=
uissimo ↄsueuit de ei⁹ sepulchro manare. Sep
tima dignitas ei⁹ est q̄ festū ip̄i⁹ hodie per
totū mundū celebrat̄: ⁊ ip̄e ab oīb⁹ xp̄ifideli
bus venerat̄ tanq̄ singularis patron⁹. quia
oīb⁹ p̄ōt subuenire. qd̄ pȝ in mult̄ miraculis
Require in ei⁹ legenda. Octaua dignitas est
q̄ in q̄libȝ missa p totū mūdū nomē ip̄i⁹ bis
in canone nominat̄. s. ante eleuationē corpis
xp̄i ⁊ post. Nona dignitas ei⁹ est q̄ ip̄e quar
tū articulū fidei cōposuit. Uñ sciēduȝ q̄ in
symbolo apostolorū sunt duodecim articuli
fidei sc̄m numerum duodecim apostoloruȝ a
quib⁹ cōpositū est. Nam duodecī apostoli cō=
gregati descripserūt duodeciȝ articulos fidei
Et hoc in p̄mo concilio. de quo habet̄ Act.
xv. Et quartū articulū sc̄m magistrū Henri
cum de hassia composuit beat⁹ andreas. sȝ
passus sub pontio pilato: crucifix⁹ mortu⁹: et
sepult⁹. Qui quideȝ articul⁹ necessari⁹ est ad

salutem nostrā. Nam sicut debemus credere incarnationem filij: ita necessarium est credere passionē et mortē eius. quia secundum beatū Gregorium: Nihil nasci nobis profuisset si redimi nō profuisset. Item sciendū quod pontius est cognomē ab insula ponti nominatū. sed Pilatus est proprium nomē: et erat gentilis et indignus pane: quia secundum Augustinum. Peccator nō est dignus pane quo vescitur. A quo pilato xpus ad mortē sententiatus est et iudicatus. Itē sciendū quod secundum Vincentium in speculo hystoriali. Pilatus accusatus est in multis Vitellio presidi syrie: et per hoc missus est in exiliū: vbi multas sustinēs calamitates seipsum manu propria interfecit.

De eodem Sermo. iiij.

Relictis rhetibus

secuti sunt dominū. Math. iiij. Ex his verbis ostenditur quod cōuersio beati andree et beati petri illorum duorum fratrū fuit velox quod continuo ad vocē vnius iussionis relictis rethibus secuti sunt dominū. Unde quantum ad secundā partē illius sermonis precedentis pro nostra informatione est sciendum secundum Bona. quod hi qui exemplo illorum apostolorum renunciant bonis temporalibus pro deo: vtrū ex tribus est sperandū: aut quod deus procurabit homini victus quos in abundantia possit habere. et hoc est iocūdius de modico esse fortē quam alias de multis ad quod subtrahit corpori refundat menti in consolatione spirituali: vt libenter careat temporali abundātia: que spiritualibus delicijs felicius recompensatur. Insuper magnā gloriam in celo meretur patienter sustinendo pro xpo penuriam temporalem. Item pro informatione simplicium sciendum quod heu plures sunt qui non relinquunt cum illis apostolis propria: sed quod pessimū est inuadunt bona aliena. Primi sunt illi qui furtum cōmittunt in paruis rebus: vt qui furantur gramina in pratis. fructus arborū: et rapas et caules subtrahunt contra voluntates proximorum. Similiter qui botros de vineis abscindunt: et etiam venatores qui cū equis et canibus proximis dāna in segetibus inferunt. et tales tenentur vnā summā restituere iuxta consiliū suorum confessorum. Unde dicitur in decre. Inferens dampnum nō est absoluendus nisi dāno secundum arbitrium lesi restituto. xxiij. q. viij. pessimā. Et si nescitur quibus dāna illata sunt: tunc talis summa danda est pauperibus. aut ad fabricā ecclesie illius parrochie. quia secundum Augu. et allegatur in decre. Non dimittitur peccatū nisi restituatur ablatum. xiiij. q. vi. Si res. Secundi sūt qui rem inuentā retinent et nō restituunt. Unde beatus Augu. Si quid inuenisti et nō reddidisti rapuisti. Tertij sūt serui et ancille qui bona dominorum suorū furtiue subtrahunt. sicut vinū et panē: carnes et oua. et occulte comedunt: vel alijs suis lecatoribus tribuunt: vel alijs hominibus. Quarti sunt mechanici qui fraudulenter proximis laborant. vel etiā qui nimiū pro labore recipiunt. Quinti sunt mercatores qui cū mendacijs proximos decipiūt. Et tales secundum Raymū. totiens peccāt mortaliter et tenentur ad restitutionem. Sexti sunt hospites vel caupones qui nimium computant suis hospitibus. Septimi sunt vsurarij qui propter dilationē temporis carius vendunt quam illis qui in continenti soluunt. Similiter qui pro prompta pecunia iam emunt: et imediate super dilationē illi eidem a quo emerunt vel alteri ecōuerso vendunt in cariori foro quam valet vel valere pōt. Et etiā illi qui concedunt pecunias super prediū aliquod vel super villam: vel super castrū: vel super aliquā ciuitatē: et fructus eius nō computant in sortem: ideo tales sunt vsurarij. vt patet extra de vsuris. Cōsuluit. Octaui sūt lusores qui causa lucri et ex auaricia ludunt. tales peccant mortaliter: et si lucrātur tunc infernū lucrantur: et si perdunt: tūc vitam eternam perdunt. Noni sunt qui furta vel rapta emunt: vel de rapinis comedūt et viuunt vel etiā qui a iudeis dona vel munuscula recipiunt. et tales omnes tenentur ad restitutionem si volunt cōsequi peccatorum suorum remissionem. Quantum ad tertiam partē illius sermonis precedentis est sciendū quod oēs hoīes solemniter et deuote debēt festū beati andree celebrare et ipsum tanquam singularem patronū inuocare. quia habet a xpo magnam potestatē subueniendi in qualicunque necessitate ipsum inuocantibus. Unde de eo legitur adhuc xpo viuente quod quidā nauigauerūt cū eo: et ecce cōmotum est mare et flauit ventus valide: et submergebatur nauis. Orauit beatus andreas ad dominū: precipiens ventis et mari in noīe Jesu xpi: et statim tranquillitas magna facta ē in mari. et sic homines a periculo liberati sunt. Item qui vadunt quādoque per terram: sanctum andream inuocare debent ne incidant in latrones. Unde legitur de eo quod cū aliquando terram cū quibusdam perambulasset: apparuit eis multitudo hominū a longe lanceas et euaginatos gladios gestantiū in manibus

quasi in eos vellent irruere. Quod cũ vidis-
set sanctus andreas faciẽs signũ crucis con-
tra eos ait. Oro dñe iesu xpe vt decidat ro-
bur illoꝝ ne noceãt sperantib⁹ in te. hoc aũt
eo dicente angel⁹ dñi apparuit cum magno
splendore perterrens eos tetigit gladios eo-
rum: ꝛ corruerunt ꝓni in terrã. transiensqꝫ
beatus Andreas cum suis: ꝛ nihil est ab eis
passus. omnesqꝫ ꝓiectis gladijs ꝛ lanceis eũ
adorabãt. Angel⁹ aũt dñi discessit ab eis cũ
magno lumine. Itẽ parentes hñtes pueros
infirmos debent sanctũ andream inuocare.
Vñ legiꝭ de eo ꝙ quidam puer ab impulsu
demonis iacebat ꝑcussus ꝛ spumãs: deniqꝫ
inuocato apostolo rogauerũt eum ꝓ puero.
Et ille apprehensa manu eius ait illi. Sur-
ge puer in noĩe iesu xpi quẽ ꝑdico. Et statim
puer surrexit sanus. Pater vero pueri credi-
dit: ꝛ cũ tota domo sua baptizat⁹ est. Item
qdã viginti duob⁹ annis fuit infirm⁹ ꝛ debi-
lis: ꝛ accersito sancto andrea. Andreas ap-
prehensa manu eius leuauit eũ: q statim sur-
rexit ꝛ ambulauit magnificãs deũ. Et beat⁹
Andreas dixit sanato. Vade ꝑ domos egro-
tantiũ ꝛ in noĩe dñi nr̃i iesu xpi in quo sana-
tus es iube eos exurgere. At ille abijt ꝑ do-
mos infirmoꝝ: inuocatoqꝫ noĩe iesu xpi resti-
tuebat eos sanitati. Credideruntqꝫ oĩs populus
offerentesqꝫ ei munera rogabãt eũ vt audi-
rent ab eo verbũ dei. Beat⁹ vero andreas ꝑ-
dicãs eis verbũ dei multos cõuertit ad xpm
ꝛ nihil de munerib⁹ ab eis recepit. Item san-
ctus andreas hꝫ petõrib⁹ impetrare veniaꝫ.
Vñ legiꝭ de eo ꝙ quidaꝫ petõr nicola⁹ noĩe
beatũ andreã adijt dicens ei: Dñe ecce. lxx.
anni vite mee sunt in quib⁹ in luxurie adhesi
sed ora ꝓ me ad dñm deũ. Audiẽs hoc bea-
tus andreas flere cepit a tertia vsqꝫ ad ho-
ram nonã orauit: ꝛ ieiunauit quīqꝫ dieb⁹. Et
tandẽ venit ad andreã vox dicens orationẽ
suã ꝓ nicolao petõre esse exauditaꝫ q in via
ꝑditionis erat. Itẽ btũs andreas hꝫ ptãteꝫ
subueniẽdi hoĩb⁹ etiã post mortẽ. Vñ legiꝭ ð
eo. Cũ quidã viri nũero. xl. ad aplm nauiga-
rent vt ab eo fidei normã reciperẽt. ecce dia-
bol⁹ mare cõmouit ꝛ oẽs pariꝭ submergun-
tur. Cũ aũt eoꝝ corpa ad litt⁹ delata fuissent
añ aplm deportanꝭ. q inuocato xpi noĩe tan-
dẽ ab illo ꝯtinuo suscitanꝭ. q ois q eis accide-
rant narrauerũt. Itẽ legiꝭ i dialo. Cesarij ꝙ
cũ mulier qdã sctm andreã traxisset i aplm
ꝛ ei nõ placuisset: secũdario traxit: ꝛ iteꝝ idẽ
occurrit. Postea traxit sibi aliũ apostolũ sibi
placentẽ. Cui cũ multũ obsequij exhibuisset
ꝑ oẽs dies vite sue: ꝛ ad extrema vite venis-
set cũ esset moritura nõ illũ aplm placentẽ: ſ; be-
atũ andreã assistere vidit: q inqt ad eaꝫ. En
inqt ego suꝫ ille despect⁹ andreas. Ex q col-
ligiꝭ ꝙ nõnunq̃ sancti etiã vltro se ingerũt hu-
mane deuotiõi eoꝝ q beatoꝝ suffragia negli-
gũt acceptare. Itẽ legiꝭ in cronica Helman-
di ꝙ ãno dñi. Mlvij. Gotfrid⁹ dux burgũ-
die ꝛ q̃tuor comites cruce signati ꝯ infide-
les vna cũ ducẽtis milib⁹ anthiochiã cepe-
runt. Tũc qdã rustic⁹ a sancto andrea ãmo-
nitus ꝛ ꝑ visionẽ edoct⁹ inuenit ibi lanceã q
transfixũ fuit lat⁹ xpi saluatoris: cum q lãcea
ignẽ magnũ. xiij. pedũ qdaꝫ ptholome⁹ noĩe
nud⁹ corpe ꝑtransiuit illesus. Exercit⁹ igiꝭ ani-
mat⁹ hoc miraculo lete ꝓcessit cesareã. Iteꝫ
pulchrũ exẽplũ de quodã epo q dilexit beatũ
andreã: ꝛ de trib⁹ q̃stionib⁹ sibi ꝓpositis a dia-
bolo: q̃re in legẽda aurea. Itẽ aliud miracu-
lũ de sancto andrea q̃re in prõptuario.

De sancto Nicolao Sermo. iiij.

Non ẽ inuentus similis illi q ꝯseruaret legẽ ex-
celsi. Eccl. xliiij. Hec verba sunt a iesu filio syrach reci-
tata: ꝛ ad honorẽ beati ni-
colai cantanꝭ. q: qlibet sctũs in aliqua ꝟtute
eminebat in q nullus similis fuit sibi. Et in
hoc apparet mirabilis sapientia dei q in tã-
ta multitudine ac varietate sanctoꝝ tantaꝫ
posuit differentiã meritoꝝ in quib⁹ illi sancto
null⁹ silis fuit. Ergo bñ dicit. Non est inuẽ-
tus similis illi. Vñ ad honorẽ sancti Nicolai
q claruit in h̃ mũdo anno dñi. cccxlij. in pñti
sermone tria sũt dicẽda. Primo de dignitatib⁹ et
ꝑuilegijs scti nicolai. Secũdo aliq ꝓ informa-
tione simpliciũ. Tertio ꝛ vltimo aliq̃ mira-
cula. Quantũ igiꝭ ad ꝑmũ sciẽdũ ꝙ beat⁹
nicola⁹ habuit octo ꝑuilegia in qb⁹ nõ ẽ in-
uent⁹ silis illi. Primũ ꝙ i puericia sua cepit
seruire deo. q: cũ adhuc ad vbera mr̃is sue pẽ-
deret. feria. iiij. ꝛ. vi. tñ semel sugebat ma-
mas. Hoc eñ sanctitatis indiciũ nõ habuit
a natura: ſ; fuit ex singulari dĩ dono ps. cxvij
A dño q ppe factũ ẽ istud: ꝛ ẽ mirabile i ocu-
lis nr̃is. Secũdũ ꝑuilegiũ ẽ ꝙ nũq̃ mortali-
ter peccauit: ſ; in vsqꝫ ad mortẽ innocẽtiam
suã ſuauit. Et h̃ significatũ ẽ ex eo ꝙ cũ pri-
ma die balnearet erect⁹ stetit i pelui. qḋ val-
de mirabile fuit de tã tenero puero. Tertiũ
ꝑuilegiũ ẽ ipi⁹ miraculosa electio. Fuit enim

elect⁹ in epm̄ p̄missa orōne exemplo aploꝝ.
Act.i. orātes dixerūt. Tu dñe q̄ corda nosti
oim: ostēde quē elegeris. Itē diuina inspirati-
one: qꝛ vox de celo lapsa est vt eligerent scm̄
Nicolaū. Vñ ad Heb.v. Nec q̄sq̄ sibi sumat
honorē: sꝫ q̄ vocat a deo tanq̄ aaron. Itē fuit
elect⁹ cū ɔsensu oim: et approbatiōe. qꝛ null⁹
dissensit: sꝫ oib⁹ placuit. Vñ de eo legit q eo
viso: oēs laudauerūt dñm in deū. Nā in electōe
bonoꝝ p̄latoꝝ de⁹ hꝫ gl'iam et honorē: et sub-
diti vtilitatē. Itē fuit elect⁹ inuit⁹ et cū q̄dam
coactiōe: exēplo xpi. vt hr̄ Joh.vi. q̄ fugit dū
vellēt eū facere regē. Quartū p̄uilegiū ē in-
numera miraculoꝝ opatio. Vñ legit in col-
lecta hodierna. De⁹ q̄ beatū nicolaū piū pō-
tificē tuū innumeris decorasti miraculis tri-
bue q̄s: vt ei⁹ meritis et intercessiōib⁹ a gehē-
ne ignis incēdijs liberemur: et ad eīna gau-
dia puenire mereamur. Hoꝝ āt miraculorū
quedā attestant suā potētiā quā habuit sup
elementa. sup corpa. sup aīas. sup mortē. sup
demones. vt patebit in fine huius sermonis.
Quintū p̄uilegiū qꝛ fuit gratiose mortu⁹ exq̄
fuit in gr̄a dei. Vñ legit q oim virtutū caris-
mate replebat. Vñ Apoc.xiiij. Bti mortui
q̄ in dño moriunt. Ipse eī secur⁹ fuit in mor-
te propter gloriam reuelatam. Angeli enim
in morte sibi apparuerūt: et gl'am suā sibi re-
uelauerunt. Sicut enim deus aliq̄n in morte
reprobis manifestat eternam penaz: ita san-
ctis decedentibus econuerso reuelat eternaz
gloriā. Sic beato nicolao factū est. Item pro-
pter deuotam recommendationē. Ipse enim
aīam suam in morte i manus xpi cōmenda-
uit dicens: In manus tuas dñe et c. Et ideo
secura fuit. Iuxta illud Sap.iij. Iustorū aīe
in manu dei sunt: et nō tanget illos tormentū
mortis. Item propter celestem armoniam.
angeli enim eius animā deduxerunt in celū
cum canticis et laudibus. Sextū priuilegium
eius: quia post mortē suā fuit gratiose sepul-
tus. Nam vt legitur de eius tumba emana-
bat a capite fons olei: et a pedib⁹ fons aque.
trare. Unde legitur cũ quidam peccata sua scripsisset in quadã cedula ꝛ eã sub pallio altaris be ẽ marie magdalene posuit: rogãs eã vt sibi indulgentiã impetraret. q̃ postmoduꝫ cedulã accipiẽs ptã sua de ipa cedula omia deleta inuenit. Iteꝫ põt impetrare ne aliquis moriatur sine cõfessione ꝛ sacra eucharistia. Unde legitur ꝙ quidã miles singlis annis ad corpus beate marie magdalene cõsueuerat venire. q̃ postmodũ in plio est occisus. et dũ in feretro portaret ꝛ a parentib' ꝛ cognatis plangeret: btẽ marie magdalene pijs q̃relis opponebant cur deuotũ militẽ suũ mori sine confessione et penitentia permisisset. Tunc subito qui defunctus fuerat stupentibus cunctis surrexit: ꝛ sacerdotem ad se vocari fecit. Cũqꝫ deuote confessus fuisset ꝛ corpus christi recepisset: protin' in pace requieuit

De sancto Jacobo aplo. Sermo. xxviij.

Dic vt sedeãt hi duo filij mei vn' ad dexterã tuã: ꝛ alius ad sinistraꝫ in regno tuo. Ita scribit Math. xx. Marc. x. ꝛ in instant festiuitatis euãgelio. Notandũ ꝙ mater sctĩ iacobi ꝛ iobis petiuit a xp̃o vt honorẽ illũ faceret filijs suis vt i regno suo honoraret eos. sic ꝙ vn' eoꝝ sederet in regno suo ad dexteram: ꝛ ali' ad sinistrã tanꝙ frẽs sui: ꝛ alios excellerent. Unũ in p̃nti s̃mone ad honorẽ sctĩ iacobi tria sunt dicẽda. Primo euãgeliũ s̃m textuꝫ ꝛ aliq̃ priuilegia sancti iacobi. Secũdo aliq̃ p informatione nr̃a. Tertio aliq̃ miracula. Quãtũ ad primã partẽ illius sermonis sciẽdũ ꝙ sanctus iacobus cuius festũ hodie celebrat hꝫ septẽ p̃uilegia. Primũ ꝙ fuit nepos ṽginis ꝛ ꝯsanguineꝰ xp̃i. q2 mr̃ ipius fuit soror marie. ꝛ ideo quadã p̃rogatiua diligit a btã virgine ꝛ a xp̃o tãꝙ ꝯsanguineꝰ ꝛ ꝓpinquus. Secũdũ p̃uilegiũ: q2 dicit iacobꝰ maior sicut alter minor. ꝛ hoc primo rõne vocationis. q2 primo vocat' est a xp̃o. Secũdo ratione familiaritatis. q2 maiorẽ familiaritatẽ videt xp̃us habuisse cũ isto ꝙ cũ alio. q2 ipꝫ ad secreta sua admittebat: sicut fuit ad puelle resuscitationẽ ꝛ ad gloriosam transfigurationẽ. Tertio rõne passiõis. q2 p̃mꝰ int ceteros aplos passus ẽ. Sic ḡ dr̃ maior alio ex eo ꝙ primo vocatꝰ est ad aplatus grãm: ita potest dici maior ex eo ꝙ p̃mo fuit vocatus ad eternitatis glãm. Tertiũ priuilegiũ: quia p̃matũ tenet inter oẽs aplos. q2 p̃mus fuit qui pro xp̃o passus est; ꝛ ei gloriam sue visionis ostendit in regno celesti pre oĩbus apostolis. Et calixtus papa dicit. Ip̃e martyrium sustinuit in die qua xp̃s anũciatus est ꝛ passus. Unũ canitur de eo. O iacobe qui inter aplos p̃matũ tenes: p̃mꝰ eoꝝ martyrio laureatus. Quartũ priuilegiũ: q2 p̃ ceteris sctĩs visitatur sepulchrũ eius ab oĩbus: ꝛ eps̃ dispensare põt in votis: exceptis tribus. s. Petri ꝛ Pauli: terre sancte: ꝛ ad limia sctĩ iacobi. illa tria vota sunt casus papales. Et merito eius sepulchrũ visitatur. q2 ip̃e iuuat homines in vita ꝛ in morte: ꝛ post mortẽ. Etiã ꝓpt eiꝰ miraculosam trãslationẽ. Ostẽdit eĩ sctũs iacobꝰ i sua trãslatiõe p̃mũ miraculũ in aqua. q2 discipuli eiꝰ cũ sacro corpe ipsius mari se exponẽtes sine remigio incolumes ꝑuenerũt ad terrã ꝛ mare tranquillũ h̃uerũt Itẽ in terra ꝛ in lapide. q2 cũ corpꝰ in terraꝫ deposuissent super quendã lapidẽ: mox lapis corpi cessit: ꝛ in sepulchruꝫ se mirabiliter coaptauit. Itẽ in igne. q2 cũ monteꝫ ascẽdissent draconẽ ignẽ spirãtẽ ṽtute sctẽ crucis p mediũ secauerũt. Itẽ i thauris indomitĩs. q2 facto signo crucis sup thauros vt agni ꝑtinꝰ mãsueuerũt: ꝛ eos iugẽtes corpꝰ sctĩ iacobi cũ lapide sup quẽ positũ fuerat, in curru posuerunt Boues aũt sine regimĩe alicuiꝰ corpꝰ i palaciũ regine lupe detulerũt. Qd̃ illa vidẽs ꝛ stupẽs credidit ꝛ xp̃iana effecta: oĩa q̃ discipuli sctĩ iacobi petierũt tribuit: ꝛ palaciũ i ecclãꝫ sctĩ iacobi dedicãs magnifice eã dotauit: ꝛ i bõnis opibꝰ vitã finiuit. Et etiã d̃ hac trãslatione legit in cronica Hermãni ꝙ anno dñi xlviij. dũ corpꝰ btĩ iacobi ducerẽt idomitĩ boues: die clara stella appuit in cãpo i aspectu oĩm hoĩm. Unde ciuitas illa vbi requiescit corpꝰ eiꝰ ꝯpostella vocat. Quintũ p̃uil. q2 vnũ articulũ de. xij. articulis fidei cõposuit dicẽs. Qui ꝯceptꝰ ẽ de spũ sctõ: natꝰ ex maria ṽgĩe. Unũ sciendũ ꝙ nõ solũ est necessariũ xp̃iano credere filiũ dei: s etiã necessariũ est credere eiꝰ incarnationẽ p quã nobis visibilis appuit Baruch. iij. Post hec in terris visus ẽ: ꝛ cuꝫ hoĩbꝰ ꝯuersatꝰ ẽ. Quõ aũt xp̃i incarnatio facta sit hoc q̃re in festo annũciationis ser: xiij. pte p̃ma post mediũ. Sextũ priuilegiũ ꝙ in qualibet missa quotidie nominat. Septimũ ꝙ hodie festũ ipsius solẽniter celebratur ab omnibus xp̃ifidelibus. Quantum ad secundam partem sciendũ ꝙ sicut iam instat tps messis vbi decime sunt soluende: in quibus plures grauiter peccant ꝛ deũ offendunt: ergo p informatiõe simplicium tria aliq̃ sunt hic

dicēda de decimis. Circa qđ sciēdū fm Ale
xandrū de āglia p̄mitie inceperūt tpe Abel.
oblationes tpe Noe. decime tpe Abrahe. q:
ex instinctu dei Abrahā dedit decimas Mel
chisedech sacerdoti dei summi. vt hr̄ Gene.
xiiij. Ex quo pz q ex antiquo date sunt decie
Nā ab abrahā vsqz ad xpm elapsi sunt duo
milia annoꝝ z. xv. anni. z tā a tpe xpi sunt
trāsacti mille q̄drīgenti. xlv. anni. Ergo illi
grossi hoies noverꝫ loquunt q̄ dicūt q sacer
dotes excogitauerūt z instituerūt decimas.
qr de⁹ in veteri lege instituit z p̄cepit dare de
cimas. Malach. iij. Inferte oēm decimatio
nē in horreū meū vt sit cib⁹ in domo mea. Et
etiā in nouo testamēto fm sctm̄ Tho. ij. ij. q.
lxxxvij. p̄ceptū de solutiōe decimaꝝ p̄dicatuꝝ
est a xpo. Vñ de hoc hr̄ Math. xxij. Reddi
te q̄ sunt cesaris cesari: z q̄ sunt dei deo. Ma
th. x. Dign⁹ est opari⁹ mercede sua. Nā natu
ralis dictat rōne necessaria mistrem⁹ illis q̄
nob spūalia mistrant. Vñ aplus. i. Coꝝ. ix.
Si nos vobis spūalia seminam⁹ nō magnū
est si nos vr̄a carnalia metam⁹. Itē sciendū
fm sctm̄ Tho. de aquo: q generalr de oī lu
cro licito debēt dari decime etiā si diuersa se
mina spargant in eodē anno: tūc de oib⁹ fru
ctibus dāda est. extra co. ex pte canonicoꝝ.
Vñ in exemplū hui⁹ Jacob pater duodecim
tribuū filioꝝ isrl' dixit ad eū: vt hr̄ Ge. xxviij
Cūctoꝝ q̄ dederis mihi decimas offerā tibi.
Sz oia q̄ hō hz in hoc mūdo: hz a solo deo.
Vñ aplus. i. Coꝝ. iiij. Quid habes qđ non
accepisti. Dictat eñ ius naturale q de⁹ debe
at de substantia sua p̄pria honorari. fm illđ
Prouer. iij. Honora deū de tua subā. Et deci
me nō debēt dari de deteriorib⁹. Vñ dr̄ in de
cre. Indignū est dari deo qđ dedignat homo
di. xlix. c. vlti. Sciendū q dantes decimas fi
deliter remunerant. Primo i remuneratōe
tpali que est abūdantia reruꝫ. Unde Aug.
Antiqui patres copijs oib⁹ abūdabāt: quia
deo decimas dabāt. Secūdo remuneratione
corpali q̄ est sanitas corpis. Vñ Augu. Si
decimā dederis: nō solū abūdantiā fructuum
accipies: s; etiā sanitatē corpis consequeris.
Tertio remuneratione spūali q̄ est remissio
petōꝝ: etiā remuneratiōe celesti q̄ ē adeptio
eternoꝝ p̄mioꝝ. Vñ Aug. Qui vult sibi ce
leste p̄miū compare aut petōꝝ veni. i. p̄mere
ri: decimā reddat. Vñ dr̄ in decre. Da deci
mas vt celestia z eterna possis p̄mereri. xvi.
q. i. decime. Sz p oppositū q̄ decimas infide
liter soluūt tria mala incurrūt. Primū est pe
nuria reꝝ. Vñ Malach. iij. Quia nō red
didistis mihi decimas: ideirco fame z penu
ria maledicti estis. De⁹ p̄mittit ex sua iusti
cia infortunia talib⁹. s. q equi z vacce z peco
ra moriunt: z tempestates i segetes ipoꝝ ve
niunt. z insup q̄nqz dom⁹ z horreū coburun
tur: z sic q̄nqz depauperant. Vñ Aug. Hec
est eñ certissima vicissitudo: vt si deo decimā
nō dederis: vt ad decimā reuoceris. s. amit
tendo nouem partes rerum. Insup mali se
pe homines. scz fures z raptores hoc recipiūt
quod sic de eo subtraxerūt. Unde dicitur in
decre. Hoc tollit ipe fiscus quod non accipit
ipe xpo. xvi. q. vij. Maiores. Secundū. quia
tales grauiter peccant nec sunt absoluēdi i
cōfessione a peccatis. nec cōicandi sacramen
to eucharistie: nisi velint recōpensare z satis
facere. Tertiū malū: q̄a incurrūt eternū sup
pliciū. pbat: qr peccant mortaliter. qr faciūt
cōtra p̄ceptū dei. Malach. iij. Inferte omnē
decimationē in horreū meū. Et insup cōmit
tunt furtū: infideliter decimas persoluendo.
Unde Aug. Decime ex debito requirūtur.
z q̄ eas dare nolunt. aliena inuadūt. z quod
peius est sacrilegiū cōmittūt subtrahendo ec
clesiarū decimas sibi de iure debitas. Unde
Hiero. z allegatur i decre. xij. q. ij. Amico re
cipere aliquid furtū est: ecclesiaꝝ defraudare
sacrilegium est. Item si placet tibi alia mate
ria tunc pro secūda parte illius sermonis di
cendū est q̄d parentes tenent filijs suis. hoc
q̄re ante ser. ix. pte. ij. Quantū ad tertiā par
tē illius sermonis sciendū q oēs hoies dūt
hodie festū sancti iacobi solemnit celebrare z
deuote: z ipm tanq̄ singularē adiutorē inuo
care i oib⁹ necessitatib⁹ z infirmitatib⁹. z tā
in vita q̄ in morte debent singulariter refu
giū habere ad ipm. Et primo parentes cuꝫ
nō habēt heredē. z q̄ q̄nqz tribulant pp̄ter
pueros. Vñ āno dñi. Mcviij. vir quidā ab
vxore sterili nō habens filiū: sanctū iacobuꝫ
pp̄ter hoc adijt: z rediēs filiū habuit: cui ia
cobi nomē imponēs. Cū esset annoꝝ. xv. secū
pater z mater adire sanctū iacobū z eū sibi
offerre pposuerūt: sed in medio itinere puer
egrotās expirauit. de cui⁹ morte parentes val
de dolētes quasi amētes totū nem⁹ clamori
bus repleuerunt. Interim dum pueꝝ ad tu
mulū deferrēt: quasi de somno excitatus re
uixit. z qualiter eum sanctus iacobus in sinu
suo retinuit z iussit eū vt cū parentibus iter
inceptū pageret: cunctis astantibus enarra
uit. Item peregrinus cum filio ad sanctū ia

lobū abierunt: et filius innocens suspēsus est quem sanctus iacobus in patibulo .xxxvi. diebus sustentauit et celesti dulcedine refocillauit. Item paralitici. Unū cū sanctus iacobus duceretur ad locū decollationis in via vidit quēdam paraliticū iacentē et clamantē. Sancte iacobe apostole iesu xpi libera me a doloribus quibus oīa mēbra mea cruciant. Ait ad eū iacobus. In noīe dñi nrī iesu xpi crucifixi pro cuius fide ducor ad decollandū exurge sanus et benedic creatorē tuū. et protinus exurrexit et cepit gaudēs currere et benedicere nomen dñi nostri iesu xpi. Item in extremis inuocādus ē sanctus iacobus. Unū qdā infirmatus occubuit et per triduū mutus fuit. et cū amoneret verbis et signis vt ɔfiteret et disponeret de rebus suis audiebat eos loquētes: sed nō poterat respōdere eis. Et cū homines mortē eius expectarent quarta die respirans: grās deo et btō iacobo aplō retulit et dicebat qz demones ad eū venerant ita eū opprimētes qz nec loqui nec respirare posset: sed nunc beatus iacobus veniens demones a me repulit: et loqlam mihi restituit qui pdixit se moriturū cito: et nominauit quendam diuitē dampnandū et cito moriendū mala morte: nisi se emēdaret: qđ ita euenit. Ipse autē cōfessione facta et ordinatis rebus suis in pace postmodū in breui qeuit. et ille diues de quo dixerat nō se corrigēs: sed puipendens: in quodā exercitu lancea cōfixus subitanea morte expirauit. Itē quidā iuuenis in vigilia beati iacobi in segetes tutoris sui ignē apposuit eo qz hereditatē suā sibi vsurpare volebat. Tentus igitur et ɔfessus ad caudā equi trahendus: et incendio adiudicatus est. Qui petrū cōfitens et sctō iacobo se deuouēs: cū sup terrā petrosam i sola camisia diutius tractus fuisset: nec i corpe nec i camisia sensit aliquā lesionē. tandē ad palū ligatus ē: ligna vndiqz ɔgerūt igne supposito ligna et vicula cōburunt: sed ipse sp btm̄ iacobū inuocauit: nec i corpe nec i camisia aliquā lesionē sensit. Quē cū i ignē iterū vellent iactare eripit: et deus in aplō suo mirifice collaudat. Itē mercatores q vadūt p terras. Unū legit qz qdā ab hostibus et raptoribus psecutus btm̄ iacobū deuote inuocauit. Tūc aplus int eū et hostes q eū acrius insequēdo cape intendebāt apparuit: et hostibus eius scē leuctis insequētibus clipei sui ptectōe liberauit. Itē captiuis pōt subuenire. Unū qdā captus et in ɔfundū turris ab inimicis iniectus et captiuus deuote inuocauit sanctū iacobū cui apparuit: et eū ad summitatē turris eleuauit: et a sublimitate turris q̄ sublimitas .xliiij. cubitorū erat vsqz ad terrā vnū saltū faciēs icolumis peruenit. Itē legit qz .xx. xpiani a sarracenis sunt capti: q deuote inuocauerūt sanctum iacobū: et ipse apparuit eis dicēs. Ecce assum quem vocastis: et soluit vincula eorū: et eos libere abire fecit. Itē succurrit in piculo maris. Unū quidā pegrinus ab hierosolymis rediēs sup orā nauis sedēs cecidit. cui btm̄ iacobū alta vocibus iplorāti qdā socius ipsius clipeum suū i mare ɔiecit. dicēs. Gloriosissimus iacobus cuius auxiliū inuocas auxiliet tibi. Ille ille clipeo accepto btō iacobo ducēte tribus diebus et noctibus natās vestigia nauis secutus ad optatū portū post alios incolumis venit: et quēadmodū btūs iacobus ab hora qua eū inuocauit p capitis verticē iugiter manu tenēs porrexerat: cūctis enarrauit. Itē legit qz due naues .s. sarracenorū et xpianorū i mari se fortiter debellauerūt: et xpiani deuote inuocauerūt sanctum iacobū. statimqz dei virtute et orōne scti iacobi sarracenorū nauis valida tempestate piclitari cepit et submersa ē cum paganis et xpianorū pupis btō iacobo ducēte ad optatū locū cū salute puenit. Item pauperes q nō hñt panē comedere sctm̄ iacobū debēt inuocare. Unū vir quidā a sancto iacobo rediēs egere cepit: et nō hñs vnde emeret sibi panē quadam die vsqz ad nonā ieiunās et mendicare erubescēs: tristis et angustiatus valde fuit. vnū sctm̄ iacobū implorās sub quadā arbore solus qeuit. ibiqz paululū dormiens sommiabat qz sanctus iacobus eū pasceret. Euigilās autem statim panem subcinericiū ad caput suū repperit: de quo qndecim diebus bis in die sufficienter edebat: et altera die semp eundē panē integrū in sacculo inueniebat.

De sancto petro ad vincula. Ser. xxix.

Irrupisti domine vincula mea tibi sacrificabo hostiā laudis. ps. cxv. Beata mr ecclīa recēset hodie opus mire grē et potentie qđ deus fecit in liberatione btī petri de carcere. Unū in pñti sermone tria sunt dicēda. Primo qre hoc festum petri ad vincula institutū sit. Secundo aliq p informatione nrā. Tertio exemplū. Quantū ad pmā partē sciendū qz hoc festū solēnizat scā mr ecclīa et institutum est pluribus de causis. Primo ppt liberationem btī petri miraculose a vinculis. Unū legit qz herodes postqz decollauit sanctū iacobū videns quia hoc iudeis placeret: cepit et appre

hendere petrū. ꝛ posuit eū in carcerē vt post
pascha occideret. Cū aūt in crastinū eū ꝓdu
cturus esset herodes. in ipa nocte erat petrꝰ
dormiens inter duos milites vinctꝰ duabus
cathenis: ꝛ custodes custodiebāt portas car
ceris. Et ecce angelꝰ dñi astitit ꝛ lumē reful-
sit in carcere: percussoq; latere petri excitauit
eū dicēs. Surge velociṫ. Et ceciderūt cathe-
ne de manibꝰ suis. ꝛ eduxit eū foras de carce
re. Secūda causa ē. qꝛ alexāder papa q̄ sextꝰ
post btm̄ petrū rexit ecclīam: q̄ multos ad fi
dem xp̄i ꝯuertit. Et quirinus tribunꝰ hoc vi
dens ipm̄ incarcerauit. Et cū Hermes pfe
ctus quē alexander cōuertit quirino narra-
ret quō filiū suū mortuū suscitasset: dixit ale
xandro quirinꝰ. Habeo filiā gutturosam no
mine Balbinā. ꝓmitto tibi me tuā accipere
fidē si filie mee precis ipetrare sanitatē. Cui
alexāder. Vade ꝛ duc ipā ad me huc. Per-
gens ḡ filiā adduxit. Tūc ipa cepit vincula
alexandri osculari. Cui alexāder ait. Noli me
as cathenas osculari: sed cathenas sc̄i petri
requiras: q̄s cū deuote oscularis: recipies sani
tatē. Illa autē vt osculata ē vincula sc̄i petri
integre sanata ē. Tunc quirinꝰ baptisma cū
oī familia sua recipiēs: alexādrū de carcere
traxit. Tunc alexāder hoc festū celebrandū
instituit. ꝛ in honore sc̄i petri ecclīam fabri-
cauit: ibi vincula reposuit ꝛ ad vīcula noia-
uit. Tertia cā institutōis huiꝰ festi ē. qꝛ rome
erat quidā imꝑator Octauianꝰ noīe q̄ fortu
natissimꝰ in bello fuit. ꝛ oīa ꝓspere i regno
suo eueniebant. Et cum mortuꝰ esset: romani
adorabant eū ꝓ deo: ꝛ diē in quo mortuꝰ fue
rat celebrabāt. Tādē multo tp̄e post eudoxia
filia cuiusdā imꝑatoris ex voto ꝑrexit hirlin
vir q̄dam iudeꝰ ꝓ magno munere obtulit ei
duas cathenas q̄bꝰ beatꝰ petrꝰ apl̄s vinctus
fuerat. Cū ḡ romā redisset ꝛ videret roma-
nos festiuare in kl̄. augusti ad honorē augu
sti doluit ꝙ ipi dānato honores exhiberent
huiusmodi dānato: cogitans ꝙ eos a tali cō-
suetudine de facili reuocare nō posset: collocu
ta ē pelagio pape. q̄ ꝑplm̄ blādis induxerat
ꝟbis vt obliuioni traderēt memoriā illiꝰ er-
roris ꝛ celebrius fieret memoria sc̄i petri apl̄i.
Qō dū cūctis placuisset illas cathenas q̄s de
hirlin tulerat ꝑplo ostēdit. Papa xō ꝛ illā ca
thenā ꝓtulit q̄ sub nerone idē apl̄s vinctꝰ fu
it. hac ḡ illis associata ita miraculose vna ca
thena facta ē ac si sp̄ vna fuisset. vñ papa ꝛ re
gina ꝓtinꝰ statuerūt vt qō hoīm idolcreta re-
ligio faciebat gētili dānato mutata i meliꝰ fa

ceret aplōꝝ ꝓncipi petro. Iḡ a xō o vīcula pa-
pa i ecclīaz bti petri posuit: ꝛ diē istū celebra
re instituit. Quarta cā ꝙ deꝰ btm̄ petrū mira
culose a vinculis absoluit: ꝛ eidē ꝑtātē ligādi
ꝛ soluēdi tradidit. Nos aūt vinculis pctōꝝ te
nemur ligati ꝛ absolui idigemꝰ. iō ipz i solē-
nitate q̄ dr̄ ad vīcula honoremꝰ. vt a vinculis
pctī ꝛ nos absoluat. Quātū ad secūdā pre-
ill̄ ꝟmōis sciēdū ꝙ ꝑtās ligandi ꝛ soluēdi q̄
data ē btō petro ꝛ oībꝰ ep̄is ꝛ sacerdotibus
vno mō itelligiṫ de absolutōe pctōꝝ. alio mō
de excōicatōe. Vñ ꝓ iformatōe simpliciū sciē-
dū ꝙ duplex est excōicatio. s. maior ꝛ minor.
Minor sepat a sacris. qꝛ nullū sacrm̄ recipiē
dū ē in minore excōicatōe ꝛ nec osculū pac̄. Et
illā minorē excōicatiōez q̄s icurrit q̄n scienter ꝯ
ꝓhibitōez cōicat cū excōicato. loq̄ndo: come
dēdo: ꝛ vēdēdo. ꝛ sic de singul̄. Sz diceres si cū
excōicatꝰ salutat aliquē ꝟbo vtrū debeat eū
resalutare. Rn̄deṫ ꝙ nō dz eū resalutare. sz
pōt dicere deꝰ te emēdet: ꝛ hmōi. ꝛ etiā pōt ei
loq̄ p̄l'a ꝟba: amonēdo vt redeat ad gremiū
scē mr̄is ecclie ꝛ petat absolutionē a papa vl̄
ep̄o q̄ pōt eū absoluere. Alia ē maior excōica
tio q̄ sepat ab igressu ecclīe ꝛ cōione fideliū.
ꝛ taliṫ excōicatꝰ ē velut mēbrū abscisum a cor
pore qō ampliꝰ nulliꝰ ē valoris. q̄d eīn valz ma
nus abscisa a corpe: vl̄ pes. vl̄ auris ꝛc̄. Sic
ille excōicatꝰ corā deo ꝛ lctis eiꝰ nulliꝰ ē valo-
ris. Itē est sic palmes abscisus a vite. i. a xp̄o
vñ Ioh. xv. Ego sū vitis vera ꝛ vos palmi
tes. Et sic palmes abscisꝰ ad aliud nō valet:
nisi vt i ignē ꝓiciaṫ ꝛ ꝯburaṫ: ꝛ ex alijs ramis
ꝛ lignis multa vtilia pñt fieri: sz nō sic ex pal
mite absciso. vñ Ezech. xv. Fili hoīs q̄d fiet
de ligno vitis ex oībꝰ lignis nemoꝝ q̄ sūt inṫ
ligna siluaꝝ: nūq̄d tollet de ea lignū vt fiat
opꝰ: aut fabricabiṫ de ea paxillꝰ vt depēde-
at i eo q̄dcūq; vas. ecce ligni datū ē in escam
vñ Aug. Ois xp̄ianꝰ q̄ a sacerdote excōicaṫ
sathane tradiṫ. Vñ legiṫ de sctō Ludouico
rege frācie q̄ dixit ꝙ nollet totū mūdū recipe
re ꝙ scienṫ ꝑ vnā noctē ꝛ ꝑ vnū diē i excōica
tione maiori ꝑmaneret. Hoc illi tot grossi ho
mines nō curāt q̄ q̄nq; ꝑ q̄ttuor hebdoma-
das vel q̄nq; vl̄ dimidiū anni vl̄ vltra i ex
cōicatiōe maiori ꝑsistūt. Itē ḡ diu sic ꝑtinaci
ter stāt tūc sūt ꝓuati oībꝰ missis: orōnibꝰ: ieiu
nijs: elemosynis: indulgētijs totiꝰ ecclie: ꝛ nō
sūt digni intrare ecclīas nisi dūtaxat ad ꝟmo
nē audiēdū. Et si excōicatꝰ vellet interesse diui
nis: tūc alij xp̄iani dñt ecclīaz exire: nec secū
diuina audire: nec secū comedere: nec secū bi-

bere nec loq̄. Et si.xxx.viri aut mulieres eēnt inuitati ad ꝯuiuiū: ⁊ si vnꝰ publice excōicatꝰ eēt ibi: tūc oēs ibi bibētes ⁊ comedētes incur rūt excōicatōnē mīorē. Silr si.xx.viri aut plu res sederēt i vna zecha: ⁊ si vnꝰ excōicatꝰ pti cipet i bibēdo ⁊ sedēdo cū ipis: oēs incurrūt mīorē excōicationē. Et de illa materia pleniꝰ hr̄ in discipulo de tpe.ser.lxix. Quātū ad terti um ptē nota exēplū. Erat mulier q̄dā q̄ mul tū dilexit btm̄ petrū aplm̄ ⁊ tn̄ satis nudā vi tam duxit. post obitū eius vna deuota psona orāt p ea. Cui deuote psone apparuit beatꝰ petrꝰ dicēs eā eē i maximo calore ignis ppē cō plācētiā ⁊ varietatē vestiū. Secūdo i siti ⁊ fa me ppē delitias corpis ⁊ ciboꝶ. Tertio i ma ximo frigore. q2 pueros ⁊ familiā suā nō bn̄ rexit ⁊ dixit. Ego ppē huiuz qd̄ mihi q̄tidie exhibuit ipetraui sibi a dn̄o nr̄o iesu xp̄o ve rā ꝯtritionē ⁊ ꝯfessionē i extremis. ⁊ ego im petrabo ei adhuc i breui liberationē a penis purgatorij. vn̄ Job. v. Ad aliquē sanctoꝶ cō uertere. Itē ꝑuilegia scti petri ⁊ plꝰa alia mi racula reperies supra in festo petri ⁊ pauli. Sermone.xxiiij.

De btō dn̄ico de ordine p̄dicatoꝶ.ser.xxx.

Ui custos ē dn̄i sui

c glorificabit. vt habetur puer. xxvij.c. Ex quo thema ppositum cū noīe scti dn̄ici ꝯuenit. igit assūpsi illud. Di citur eñ dn̄icꝰ q̄si dn̄i custos: vel q̄si custoditꝰ a dn̄o. q2 dn̄s eum custodiuit i triplici statu. Primo. s. in statu seculari dedit ei bn̄ icipere. Secundo i statu regulari dedit ei bn̄ pficere Tertio i statu ordinis fratrū p̄dicatoꝶ quē fundauit ⁊ ad pfectionē induxit perseuerare Sz ex quo dn̄i custos fuit: ⁊ dn̄s eū custodi uit: ideo merito glorificabit. Vn̄ in p̄nti sermōe ad honorē scti dn̄ici tria sūt dicēda. Pmo pri uilegia scti dn̄ici. Secūdo aliq̄ p informatōe nr̄a. Tertio aliq̄ miracula. Quantū ad pmū sciendū q btūs dn̄icꝰ hz septē ꝑuilegia. Pri mū ꝑuilegiū q2 anteq̄ natꝰ esset pmonstratꝰ est. vn̄ matr ipiꝰ ante ipiꝰ ortū vidit i somnis se catulū gestātē in vtero ardentē i ore facu lam gerentē: q̄ egressus ex vtero totā mundi fabricā incēdebat. Itē cuidā matrone q̄ ipm de sacro fonte baptismat leuauerat videbat q puer dn̄icꝰ stellā pfulgentē haberet i fron te que totū orbē illustrabat. p que figuraba tur q erat futurꝰ p̄dicator q̄ deberet illumi nare p se ⁊ per suos fratres totū mūdum p v̄bū dei: ⁊ frigido2 pctōres accēdere i amo rem dei ⁊ pximi. Secundū ꝑuilegiū q2 in iu

uentute incepit deo seruire. ⁊ i hoc assimilat sancto nicolao. Unde legit de eo q existēs adhuc puer ⁊ sub nutricis custodia cōstitutꝰ dep̄hensus est sepe lectum dimittere ⁊ sup nudam terram dormire. Item tandē missus ad studiū amator sapie vinū p decēniuz non gustauit. Item totā quadragesimā ieiunauit in pane ⁊ aq̄. ⁊ silr sup nudaz terrā quiesce bat. Et sic heretici quibꝰ p̄dicauit viso eius bono exēplo ad veram fidē sunt cōuersi. Itē legitur q noctibꝰ singulis tres de vna cathe na ferrea recipiebat disciplinas: vnaz pro se aliā p peccatoribꝰ qui viuunt in mūdo: vt de us couerteret eos ad penitentiā. tertiam pro aīabus in purgatorio existentibꝰ. Vn̄ etiam nec carnes legitur comedisse sicut ⁊ sui suc cessores fratres sui ordinis. Tertiū ꝑuilegiū q2 nunq̄ peccauit mortaliter: s innocentiam suā vsq3 ad finē vite illabatā huauit. Quar tū ꝑuilegiū: q2 v̄go pmāsit ⁊ eius virginitas virginitati Marie similis fuisse videtur. ha buit eñ virginitatē integrā: quia fuit virgo carne ⁊ mente. Sic ⁊ beatꝰ dn̄icꝰ habuit in tegritatē carnis ⁊ puritatē mentꝭ. Secunda beata virgo habuit virginitatē dedicatā. q2 ipa pmo v̄ginitatē deo vouit. Vnd̄ dr̄. in de cre. Maria mente vouit virginitatez perpe tuam. nisi deus ei aliter reuelaret. xxvij. q. ij. c. i. Sic beatꝰ dn̄icꝰ v̄ginitatē suā deo vouit q̄n ordinē intrauit ⁊ ꝯtinentiā pmisit. Ter tio beata virgo habuit virginitatē transfusi uam. q2 licet pulcherrima fuit: tn̄ a nullo po tuit ꝯcupisci ex eo q eiꝰ puritas i alios trās fundebat: ⁊ oēs motꝰ illicitos extinguebat. et q̄tum ad hoc virginitas beati dn̄ici aliquo modo sibi similis fuit in hoc. s. q cum q̄dam scholaris carnis lubricū patiens manuz eiꝰ missaz celebrantis osculatus fuisset tn̄ ex eiꝰ manu virginea ꝑdire sensit odorē: qui odor medullitus cor eius penetrauit: ⁊ oēm estuz libidinis in eo penitꝰ extinxit. Quintum pri uilegium q2 fuit similis aplis. q2 vitā aplicā duxit in paupertate in predicatōe. ⁊ ideo apli sibi signa amicitie oñderūt. Vn̄ legit d̄ eo q dum rome in ecclesia oraret p dilatiōe sui or dinis: gloriosos p̄ncipes petrū ⁊ paulum ad se venire aspexit. quoꝶ primꝰ. s. petrus bacu lum: paulus librū sibi tradiderunt: dicentes. Uade ⁊ p̄dica: quoniaz ad h ministeriuz tu ⁊ fratres tui a deo estis electi. Sextū priuile gium. quia est primus fundator ordinis pre dicatoꝶ: q̄ ordo non fuit casu nec fortuitu in uentꝰ vl̄ hūana puidētia istitutꝰ: s potiꝰ a deo predestinatꝰ. a inire dei impetratus. a beato

dñico institutꝰ: ⁊ a vicario iesu xpi cõfirmatꝰ
Primo nãqꝫ fuit a deo ꝑdestinatꝰ. Iste enĩꝫ
ordo est ille seruus quẽ deꝰ misit. de quo dicit
Luce. xiiij. Misit seruũ suũ hora cene dicere
inuitatis vt venirẽt. Sup quẽ locũ dicit bea-
tus Gre. Hora cene. i. in fine seculi. Vñ apo
stolꝰ. i. Cor. x. Nos sumꝰ in quos fines seculoꝝ
deuenerũt. In hoc fine mittit seruus. i. ordo
ꝑdicatoꝝ ad inuitatos vt ꝑparẽt se ad cenã
vite eterne. Itẽ ordo iste fuit a matre dei im-
petratus. Vñ legit ꝙ scũs dñicꝰ vidit xpm
in aere tres lanceas in manu tenẽtes: ⁊ con
tra inimicos iacere volẽtes. Ad quẽ accessit.
beata virgo ⁊ pedes eiꝰ amplectẽs: rogauit
vt parceret eis quos redemerat: ⁊ iusticiam
miã temperaret: ⁊ ait. Habeo inqt seruũ fi
delẽ quẽ mittes in mũdũ vt verba tua annũ
ciet eis: ⁊ ꝯuertent ad te deũ oĩm saluatorẽ
Aliũ quoqꝫ habeo seruũ quẽ ei dabo adiu-
torẽ: ⁊ obtulit xpo sctm̃ dñicũ ⁊ sctm̃ frãciscũ.
Et ait dñs matri. Bene ⁊ studiose facies que
dixisti. Ecce placatꝰ faciẽ tuã suscepi. Sanctꝰ
ergo dñicꝰ in visione diligent ꝯsiderãs sociũ
quẽ prius nõ nouerat in crastinũ cũ in ecclĩa
inueniret: eũ ex his q̃ nocte viderat cogno-
uit eũ. ⁊ amplexatꝰ eũ dixit. Tu es sociꝰ meꝰ:
stemꝰ simul. nullꝰ aduersariꝰ nobis ꝑualebit
visionẽ etiã narrauit illi. Extũc autẽ facti sũt
cor vnũ ⁊ aĩa vna in deo. quod etiã in poste-
ris mãdauerũt imꝑpetuũ obseruari. Itẽ or-
do ꝑdicatoꝝ ab ipa matre dei insignitꝰ ẽ ha
bitu: qꝛ cũ in ꝑncipio ferrent habitũ canoni
coꝝ regularũ. eo ꝙ ipe scũs dñicꝰ ꝑmitꝰ fu
it de ordine canonicoꝝ regularũ: antẽꝙ̃ ordi
nẽ ꝑdicatoꝝ fundauit. Beata autẽ xgo ma-
ria habitũ quẽ modo frẽs deferũt btõ dñico
⁊ magrõ Reynaldo q̃ in iure canonico pari
sius rexerat annis quqꝫ ondit: ⁊ vt induerẽt
ꝑcepit: ꝑ quẽ oĩs hõ frẽs ꝑdicatores discer-
nere a ceteris põt. Et hoc ad innuẽdũ ꝙ ipsi
frẽs debẽt esse induti ab extra nigredine hu
militatis: ⁊ ab intra albedine castitatis. Itẽ
ordo ꝑdicatoꝝ fuit a btõ dñico institutꝰ: ⁊ a
vicario iesu xpi ꝯfirmatꝰ: qꝛ scũs dñicꝰ ante
fundationẽ ordinis semꝑ orauit dñm nostrũ
iesum xpm vt sibi illã grãm infunderet ꝗua
posset salutẽ ꝓximoꝝ ꝓcurare. Tũc ex instin-
ctu spũsctĩ cepit de fundatione ordinis cogi
tare. Profectꝰ est itaqꝫ scũs dñicꝰ cũ dño fal
cone epõ tholosano ad dñm innocentiũ pa-
pam: petens vt sibi dignaret ordinẽ cõfirma
re q̃ predicatoꝝ diceret: ⁊ cuiꝰ esset officium
pugnare spũaliter ⁊ predicare contra heretí
cos ⁊ infideles. Rñdit papa: ꝙ ad frẽs su
os rediret: ⁊ inuocato spũsancto aliquã regu-
lam approbatã eligeret: ⁊ sic qd̃ peteret impe
traret. Conuocãs igit apud ꝓuliam frẽs: q̃
tũ erãt nũero. xvi. regulã btĩ Augustini ele
gerunt. qua electa romã rediẽs innocentiũ
papam defunctũ inuenit. ⁊ Honoriũ ĩ papã
electũ: a quo ordinis confirmationẽ impetra
uit. anno dñi. M.ccxvij. in crastino btĩ thome
aplĩ rome apud sanctũ petrũ cõfirmatꝰ ẽ or
do ꝑdicatoꝝ Honorij pape anno ꝑmo. Et ẽ
ꝑmo cõfirmatꝰ inter q̃ttuor ordines mendi
cantiũ. Septimũ ꝑuil. qꝛ fuit in ꝑñti vita cer
tificatꝰ de futura glĩa. ⁊ ꝓmisit se post mortẽ
fratribꝰ ꝓfuturꝰ. Et in hoc silis fuit sctõ pau
lo aplõ q̃ dixit. Certꝰ sum qꝛ reposita ẽ mihi
corona iusticie. Insup filijs suis ea que in vi
ta sua possedit: ipis in testamento vltimo le
gauit dicens. Charitatẽ habete: hũilitatẽ ser
uate: paupertatẽ volũtariã possidete. Post hẽ
obijt ãno dñi. M.ccxxi. Quãtũ ad secũdã par
tem huiꝰ sermonis sciendũ est eo ꝙ sanctꝰ do
minicꝰ fundauit ordinẽ predicatoꝝ: tunc hic
ꝓ informatione nr̃a q̃ritur vtrũ ꝑ ingressũ
religionis approbate ꝯsequat quis plenariã
remissionẽ oĩm peccatoꝝ. Rñdetur sm̃ san
ctũ Tho. ij. ij. q. vlti. rõnabilit põt dici ꝙ sic:
sicut ꝑ assumptionẽ crucis. Nam hoc est ho-
locaustũ maximum quo q̃s se totalit se diui. is
officijs mancipat. qd̃ excedit oẽ genꝰ satisfa-
ctionis. vt habet in decre. xxxiij. q ij. admone
re. Nam religiosus offert deo oẽs res tꝑales
imo totũ mundũ ꝓpt deũ relinqt: ⁊ hoc per
votũ paupertatis. Itẽ offert deo corpꝰ ꝓpriũ
ꝑ votum castitatis ⁊ abstinẽtias ad quas se
obligat ꝑ ingressũ religiõis. sicut abstinere
a carnibꝰ: ieiunare: in straminibus dormire
media nocte surgere: ⁊ carnẽ laneis vestibꝰ
macerare. Itẽ religiosus offert deo ꝓpriã vo
luntatẽ. Vñ dicit in decre. Voluntatẽ alteri
subijcere propter deum est precipuum sacri
ficium. viij. q. i. sciendum. Item sciendũ ꝙ in
vitaspatrũ legitur ꝙ eandem gratiam con
sequuntur ingredientes ⁊ proficientes reli-
gionẽ quã ꝯsequuntur baptizati. Et Henri-
cus de Gandauo dicit ꝙ q̃n q̃s profitet: tũc
a ꝑno indulgentiã ꝯsequtur: ⁊ hoc intelligit
si intendit ea seruare q̃ in ꝓfessione ꝓmittit
scꝫ regulã ⁊ ordinẽ suũ. Nã si non intẽderet
seruare illa tria substantialia. s. paupertatẽ:
castitatẽ: ⁊ obedientiam. que promittit in ꝓ
fessione sua: ipso facto sic profitendo peccat
mortaliter: ⁊ non est filius celestis regni: sed

est filius gehēne ignis. Itē q̄ritur vtrū p̄la
tus possit dispensare cū subdito religioso ad
habendū ꝓpria. Rñdetur sm Humber. q̄
non qualiscūq; auctoritatis sit: nec etiā papa
extra de sta. mon. c. Cū ad monasteriū. Sed
p̄lat⁹ pōt dispēsare ex cā rōnabili ꝛ necessa
ria ad incertū vsum. Sed vltima volūtas re
ligiosi dꝫ sp̄ esse subiecta p̄lato vt resignet
qñ voluerit. q: ois religiosus q̄ hꝫ aīm nō re
signandi nec ad cōitatē ponēdi qñ p̄lat⁹ hoc
exigerit ab eo: talis religiosus ē corā deo ꝓp̄
etarius ꝛ semp in pctō mortali: ꝛ null⁹ potest
eū absoluere a pctis suis q̄diu stat in tali ꝓ
posito nō resignādi. Itē querit an religiosus
vel religiosa mortalit̄ peccat dicēdo: me⁹ li
ber: mea cappa: mea tunica. ꝛ sic de singulis.
Rñdet sm Humber. si dicit ex lapsu lingue
nō peccat mortalit̄. Si autē ex ꝓposito ꝛ aio
assertiuo qd̄ est ꝓprie dicere: peccat mortalr
vt̄ Aug. Non dicat aliq̄d ꝓpriū. s̄ sint vob
oia cōia. vt̄ Gre. Monach⁹ hñs obolū nō
valet obolū. Quantū ad tertiā partē sermo
nis sciendū q̄ oēs hoies debēt sanctū dñicū
in oib⁹ necessitatib⁹ ꝛ infirmitatib⁹ corpis et
aie tanq̄ singularē patronū inuocare. Prio
parētes cū pueris. Un̄ legitur q̄ duo pueri
muti a natiuitate pmāserūt: ali⁹ q̄dē sup q̄ntū
ꝛ dimidiū: ꝛ alter sup tertiū ꝛ dimidiū agēs
annos. Facto autē voto pat̄ eoꝝ inuocauit
sanctū dñicū: ꝛ statim ceperūt pfecte loq̄. Itē
quidā puer noīe henric⁹ p octo dies vel am
plius egrotatōne grauissima decūbēs nec iā
loq̄ poterat: nec cibū nec potū sumere. Cun
ctis igitur de salute ei⁹ desperantib⁹: inuocat
btūs dñicus: ꝛ subito rediit salu⁹. Itē paruu
lus cuiusdā nobilis viri fili⁹ letali febrium in
firmitate obijt: cui⁹ corpusculū pannis inuo
lutū extra domū ad sepeliendū fuerat iā de
latū. Mater vo pueri accersiri ad se fecit ple
banū: corā quo ꝛ oī pplo emisso voto cū deuo
te btm̄ dñicū inuocasset quē plorabat mortuū
recepit viuū. Itē q̄dā comitissa habuit iuuenē
filiū: q̄ piscationi insistēs ī aquā cecidit ꝛ sub
mersus ē. Magno autē spacio tpis interie
cto eius corp⁹ in pfundo fluminis req̄situ mor
tuū est eductū. ꝛ p̄fata dña ꝓ resuscitatōne
filii btm̄ dñicū inuocauit ꝓmittēs se ad suas
reliq̄as psonalit̄ nudis pedib⁹ accessurā. sta
timq; videntib⁹ oib⁹ puer q̄ fuerat mortuus
reuixit. Item pōt subuenire cecis. Un̄ legit̄
q̄ quedā mulier oculoꝝ priuata lumine per
tres annos ꝛ amplius inuocato beato dñico
votum fecit: ꝛ statim oculorū lumen recepit.

Item cecus quidam paul⁹ noīe in festo be
atorum martyrum abdon ꝛ semen meritis
beati dñici lumen recepit integrū oculorum
Item surdis pōt subuenire. Un̄ quedā puel
la surditatē incurrebat: ita q̄ per mensem et
amplius nihil prorsus audire poterat. Cla
mans igitur mater eius ad btm̄ dñicū et vo
tum vouit ꝛ exaudiri meruit: ꝛ auditū filie
impetrauit. Item quedam mulier p annū ꝛ
amplius tāte surditatis sustinuit incōmoda
vt nihil auditu pciperet nisi quis sup ei⁹ auri
bus fortiter inclamaret: q̄ inuocauit btm̄ dñi
cum ꝛ sanata est. Item q̄ patiunt̄ dolorē dē
tium. Un̄ q̄dam mulier graui dentium vrge
batur dolore: q̄ nec q̄escere poterat: nec som
num oculis capiebat: s̄ velut furiosa ꝯtinuis
doloribus ꝛ clamorib⁹ vlulabat. Facto autē
voto ad btm̄ dñicum: incolumitatē obtinuit
in momēto. Itē claudis pōt subuenire. Unde
iuuenis quidā a festo sancte agathe vsq; ad
festū penthecosten oīm mēbroꝝ virib⁹ desti
tutus: nec ambulare poterat: nec sup lat⁹ iace
re: nec sedere: nec se nisi et alio trahente lena
re: tibias ꝓprias post se trahebat ꝛ cū adhi
to sibi medicamine nihil pficeret: deuote in
uocauit btm̄ dñicum: ꝛ pfecte sanitatis conti
nuo assecut⁹ est donū. Itē q̄dā dña octo ānis
dextri lateris a cingulo infer⁹ vires prorsus
amiserat: ita q̄ nec pedē nec tibiam mouere
poterat: nisi forte cū manib⁹ sicut lignū. Hec
inuocato btō dñico statim sanata est. Itē de
cumbentib⁹ pōt subuenire. Unde quidam
languid⁹ ꝛ morti ꝓximus lecto decumbens
qui etiā. xviii. annis lumen amiserat oculoꝝ
Cum audisset sacerdotē cū parrochianis ꝓ
ficisci velle ad beati dñici reliq̄as visitādas:
confortat⁹ spiritu voluit ꝛ ipse parit̄ ꝓficisci
Cum autē sacerdos tanq̄ rem impossibilē
p̄sumentē modis oib⁹ ꝓhiberet: tandē va
litudinē corpis experiēs tanq̄ tēptans ire d̄
lecto surrexit tantāq; subito sensit infusā di vir
tutē q̄ passus cōcito gradu cepit: atq; ma
gis ac mag̃ in ꝯualescētia corpis ꝛ oculoꝝ il
luminatōe pficiēs q̄to quotidie ī itinere pfi
ciebat donec tandē ad locum destinatū per
ueniens pfectū recepit vtriusq; bñficii ī sani
tatis. Itē febricitātib⁹ pōt subuenire. Unde
quidā capellan⁹ sctm̄ dñicū in hospitiū rece
pit cui⁹ sororis fili⁹ de solario cecidit ꝛ a ma
tre ac parētib⁹ tanq̄ mortu⁹ plāgebat̄ quoꝝ
dolori sctūs dñic⁹ ꝯpatiēs in orōnē cū lachry
mis se pstrauit. Exaudiuit eū dñs ꝛ puerū
incolumē reddidit mrī sue. tristiciaq; ī gau

dium cōuersa est. Sacerdos igit̄ auūcul⁹ pu eri magnū fecit ꝯuiuiū multis deū timētib⁹ inuitatis. Mater xº pueri quartanis febri bus vexata ē alijs anguillas edentib⁹ nō ede bat. at xp̄i famulus dñic⁹ morsellū anguille si gnans cruce mulieri obtulit di, Comede in noīe saluatoris. Comedit ꝛ ab oī febre cura ta est. Itē quodā tp̄e accedēs ad monasteri um soroꝝ interrogās rotariā vtꝝ sorores sa ne essent. Rn̄dit rotaria ꝙ due sorores tam dolore febriū torqrentur. Tūc pius pr̄ dixit. Uade ꝛ dic eis, ꝙ ꝑcipio eis ne amplius febri citent. At illa ꝑcipiēs infirmis ex parte pr̄is dñici ne amplius febricitarēt: mox ab oī infir mitate surgentes incolumes abierūt. Uidē tibus alijs sororib⁹ ꝛ stupentib⁹ de tanto mi raculo. Itē hʒ ptātē sup mortuos. Un̄ legit̄ ꝙ quedā matrona ciuis romana vidua. hec habebat puulū filiū infirmū. Cū xº die qdā in eccl̄ia sancti Marci esset ꝑdicatur⁹ sctūs dñic⁹: matrona desiderio audiēdi v̄buʒ dei ex ore scti dñici filio īfirmo relicto ad ꝑdicatio nē venit. q̄ paudita ad domū reuersa filiū de functū repit. Que assumpꝫ secū ancillis suis tulit secū mortuū puerꝝ ꝛ venit ad sctm̄ dñi cum ꝛ misit mortuū ad pedes ei⁹. ꝛ ꝓstrata corā eo cepit rogare eū cuʒ lachrymis vt sibi redderet filiū suū saluū. Tūc sctūs dñic⁹ se cessit ab ea paululū: ꝛ ꝓstrat⁹ orōne breui cō pleta surrexit ꝛ accessit ad mortuū crucis si gnū faciēs sup ip̄m: stati viu⁹ ꝛ sanus surre xit. Itē legit̄ ꝙ. xl. viri scti iacobi limina vo lentes visitare ꝛ intrātes nauē: ꝛ pre multi tudine hoīm absorpta est nauis ꝛ submersi sunt oēs. Erat autē ibi orans in eccl̄ia iuxta fluuiū sctūs dñic⁹: videnſqꝫ primoꝝ piculuʒ orauit ad dñm vt suos pegrinos liberaret a morte: ꝛ ꝯuersus ad fluuiū dixit. Precipio in noīe iesu xp̄i vt ad ripā oēs veniāt. Statim ad hāc vocē oēs q̄ submersi in aq̄s latuerāt sup vndas apparuerūt. Tūc vndiqꝫ accur rentes hoīes vniuersos de fluctib⁹ incolu mes adduxerunt: clementiā saluatoris ꝛ sui almi confessoris dñici merita predicātes. Et adhuc multa alia miracula repies in libello de vita ꝛ obitu eius ꝛ miraculis beati dñici.

De sancto Laurētio. Sermo. xxxi.

Probauit me qua si auꝝ qđ ꝑ ignē trāsit. Job. xxiij. Btūs laurēti⁹ fuit aurū ꝓpt̄ ꝑ fectionē vite: ꝛ fuit ꝓbat⁹ ꝑ examinatonē pe ne. Un̄ i p̄nti s̄mone ad honorē scti laurētij tria sūt dicēda. P̄rio ꝑuilegia ip̄i⁹. Secūdo aliq̄ ꝓ informatōe nr̄a. Tertio aliq̄ miracl'a. Quātū ad p̄mū sciendū ꝙ sctūs laurēti⁹ hʒ septē p̄uilegia. Primū q: i pueritia incepit xp̄o s̄uire ꝛ ei suā innocētiā obtulit. ꝛ hoc est deo valde gratū. q: tales īnocētes offerūt deo purū vinū. i. īnocētiā suā: ſi antiq̄ petōres of ferūt deo feces q̄ñ i senio a p̄mo incipiūt deo s̄uire. Iuuenes dñi a iuuētute incipe deo s̄ui re ꝓpt̄ sex bona q̄ inde ꝓueniūt. qre i disci. de tp̄e. ser. xx. J. Secūdū p̄uilegiū q: fuit archidi acon⁹ dñi ap̄lici eccl'ie romane simul cū sctō vicentio: ꝛ tñ i h̄ non supbiuit. q: legit̄ de eo ꝙ tp̄e ꝑsecutiōis qrebat paupes ꝑ domos ꝛ pascebat eos. ꝛ ꝑdes lauabat ꝛ osculabat̄: exēplo sui saluatoris. Tertiū p̄uil. q: multū fu it misicors. q: thesauros eccl'e dispersit dedit paupib⁹. Un̄ tp̄e bti laurentij īpator philip pus ꝛ fili⁹ ei⁹ ēt noīe philipp⁹ fidē xp̄i recepe rūt. Erat āt miles īpatoris noīe deci⁹ bellico sus: quē i galliam destinauit vt eā suo īperio subiugaret: qđ ꝛ fecit. ꝛ cū victoria romā re dijt: quem īpator cū magno honore recepit. Tūc ille īperiū cepit ābire ꝛ de morte dñi sui cepit ꝑtractare. Cū ḡ īpator in stratu q̄esce ret: deci⁹ latent̄ itrauit ꝛ īpatorē iugulauit. Exercitū āt īpatoris cū ꝑce ꝛ ꝑcio sibi attra xit. Audiēs h̄ fili⁹ īpatoris vehement̄ expa uit: ꝛ oēs thesauros pr̄is sui btō sixto pape ꝯmendauit: vt si ip̄m a decio īterfici ꝯtigeret thesauros eccl'e paupib⁹ erogaret. Tādē de cius ī īpatorē ꝯfirmat⁹ ꝛ filiū īpatoris cum mlt̄ x̄pianis occidit. Post h̄ deci⁹ de thesauro dñi sui inq̄sitōeꝫ faciēs: oblat⁹ ē ei btūs sixtus tāq̄ q̄ xp̄ʒ coleret: ꝛ īpatoris thesauruʒ hr̄et. Et cū btūs sixt⁹ ꝑ deciū icarceraret̄: oēs thes sauros q̄s habuit dedit btō laurētio: ꝑcipiēs ei vt eccl'e ꝛ paupib⁹ erogaret qđ ꝛ btūs lau renti⁹ fidel'r fecit: ꝛ oēs thesauros largit̄ ex ꝑēdit. Quartū p̄uil. q: maxim⁹ martyr fuit. P̄rio eñ deci⁹ q̄ regnauit āno dñi. cclij. ꝑ duos ānos ꝛ mēses sex irat⁹ fecē eū cū scorpionib⁹ cedi. Secūdo eū fustib⁹ cedi. Tertio ardētia ad latera ei⁹ apponi lamīas. tūc btūs laurēti⁹ dixit. Dñe iesu xp̄e mihi re th̄ s̄uo tuo. Et di xit. Dñe iesu xp̄e suscipe sp̄m meū. Et vox de celo. Adhuc multa tibi debent̄ ꝑ fide xp̄i cer tamīa. Tūc deci⁹ ait. Demones illū ꝯsolant̄: nec deos: nec tormēta: nec ꝑncipes timet. ꝛ fec eū añ se ferri: ꝛ oīa gn̄a tormētoꝝ ꝓponebat ei. ꝛ ait. Nox ista i te cū supplicijs expēdetur Cui laurēti⁹. Mea nox obscuʒ nō hʒ: ſʒ oīa ī luce clarescūt. Dixit deci⁹. Afferat̄ lect⁹ ferre⁹

vt in eo qcscat ꝯfumat laurētiꝰ. Ministri ġ
eū exuut ꝛ sup cratē ferreā extēdūt: ꝛ prunis
ardētibꝰ suppositꝭ eū furcis ferreis eū ꝯpresse
rūt. Dixitqȝ laurētiꝰ decio. Ecce miser assasti
vnā ptē: gira aliā ꝛ māduca. Et exclamauit.
Grās ago tibi dñe: qꝛ ianuas tuas ingredi
merui. Et sic emisit spm̄. Quītū qꝛ hodie per
totū mūdū festū ꝑꝑꝰ solēnit̄ celebrat̄ ꝛ in hoc
assimilat̄ sctō stephano: cuiꝰ festū etiā in tota
eccl'ia celebrat̄. Sextū ꝑuilegiū. qꝛ vigilia ip
sius ieiunat̄: ꝛ ī hoc assimilat̄ scō Iohāni bap
tiste: cuiꝰ vigilia etiā sub precepto ieiunat̄: ꝛ
nulliꝰ alterꝰ martyris. Septimū qꝛ in oibus
nullis ꝑ totū mūdū noiat̄. Quātū ad secūdā
ptē ꝓ informatōe nr̄a sciēdū ꝙ exēplo beati
laurētii debemꝰ eē misericordes paupibꝰ. Ma
thei. v. Bti misericordes qm̄ ipsi miaȝ ꝯseqnt̄
Sȝ ꝑ oppositū ifelices sūt duri ꝛ imisericordes
qꝛ fm̄ Arist. in topicꝭ. Sicut ꝓpositū in ꝓposi
to: sic ꝛ oppositū ī opposito. Et tales auari et
duri ī malo statu stant. qꝛ nō sūt ī charitate
Vn̄. i. Ioh. iij. Qui habuerit subam huiꝰ mū
di ꝛ viderit fratrē suū necessitatē hr̄e ꝛ clau
serit viscera sua ab eo: quō charitas dei ma-
net in eo. q. d. nullo mō. Imo talis ꝯpat̄ furi-
bus ꝛ raptoribꝰ. Amb. in ser. Nō minoris est
criminis hn̄ti tollere ꝙ cū posses indigētibꝰ de-
negare. Vn̄ etiā Basiliꝰ. Nonne inqt spolia-
tor es q dispēsanda recepisti ꝓpria reputan-
do: est eīm panis famelici quē tu tenes: nudi
tunica quā in ꝯclaui seruas. discalciati calcei
q pene ꝯ te marcescūt. indigētis auȝ qḋ possi
des humani. Vn̄ xp̄s dicit Lu. xviij. ꝙ diffi
cile q pecuniā hn̄t regnū dei itrabūt. Vn̄ etiā
Iaco. ij. Iudiciū fiet ei sine mia q hic nō fecit
miaȝ. Gre. Dei miām nō pōt ꝓmereri q hic
misericors nō sunt. Hoc illi tenaces attēdere de
berēt q potiꝰ id qḋ remanet ꝑmittūt putresce
re: seruātes hoc ex nimia ꝑcitate ꝙ ꝙ ea pau
peribꝰ erogarēt. Sic nō fec̄ btūs laurētiꝰ qui
dispsit ꝛ dedit pauperibꝰ: nō dedit canibꝰ aut
porcis sicut plures diuites: meliꝰ pascūt suos
canes ꝛ porcos ꝙ paupes. s. canibꝰ ꝓpara n-
do offam: vl' dādo eis carnes: de qbꝰ paupes
ꝛ infirmi possent refici. Tales imitant̄ illuȝ
diuitē de quo Luc. xvi. qui iduebat̄ purpura
ꝛ bysso: ꝛ epulabat̄ quotidie splēdide. ꝛ mē
dicꝰ lazarꝰ iacebat ad ianuā eiꝰ vlceribꝰ ple-
nus: cupiens saturari de micis q cadebāt de
mensa diuitis: ꝛ nemo illi dabat. sȝ ꝛ canes
veniebāt q ꝛ lingebāt vlcera eiꝰ. Mortuꝰ est
autē diues ille ꝛ sepultus in inferno. Sic fiet
illis malis diuitibus q hic non exercent opa
misericordie: q deꝰ in extremo exiget iudicio
a quolibet homie. Unde Math. xxv. Esuri-
ui ꝛ non dedistis mihi manducare. Item. Ite
maledicti in ignē eternum. qꝛ quodcūqȝ vni
de minimis meis nō fecistis: nec mihi fecistis
ꝛ eadem mensura qua mensi fueritis: reme
tietur ꝛ vobis. Quantū ad tertiā partē scien
dum ꝙ oēs hoies debent hodie sctm̄ laurēti
um deuote inuocare. Et ꝑmo illi q patiūtur
dolorē oculoꝝ. Vn̄ quadā nocte btūs lauren
tius in domo cuiusdā xp̄iani veniēs: ꝛ quen
dam cecū ibidē repiens. facto signo crucꝭ euȝ
illuminauit. Item quidā erat gētilis q lumē
oculoꝝ ꝑdiderat. cui btūs laurētiꝰ lumen se
ei restituere promisit si in xp̄m crederet ꝛ ba
ptisma susciperet. Ille baptizari instantiꝰ po
stulauit. Accipiens autem beatus laurētius
aquā dixit ei. Omnia in confessione lauant̄
Cumqȝ ipm̄ de articulis fidei diligenter in-
terrogasset: ꝛ ille oīa se credere confessus fu
isset: aquam super caput eius effudit: ꝛ ipm̄
in xp̄i noie baptizauit. Statim q cecꝰ fuerat
lumen recepit. quapropt̄ multi ceci postmo-
dū ad sanctū laurentiū venerūt ꝛ ab eo illu-
minati sunt. Vn̄ canit̄ de eo. Laurētiꝰ bonū
opus operatus ē: q ꝑ signū crucis cecos illumi
nauit. Item pauperes qui non habent panē
debent sanctū laurētiū inuocare. Vn̄ quidā
presbyter eccl'iam scti laurētij a lōgobardis
incensaȝ repare cupiēs: artifices multos cō-
duxit. qdā vice dū qd apponeret ad māducā
dū nō hēret: ꝑmissa orōne ī clibanū aspexit:
ꝛ ibi cādidissimū panē iuenit. Sȝ cuȝ vix ad
vniꝰ prādij esū tribꝰ ꝑsonis sufficere videre
tur: laurētiꝰ artifices suos nolēs deficē: sic ꝑ-
dictū panē multiplicari fecit ꝙ in alimētum
dieꝝ decē cūctis opariis sufficeret. Itē sctūs
laurētiꝰ pōt hoibꝰ ī extremis subuenire. Vn̄
legit̄ ī vita scti Henrici ipatoris ꝙuis ipe ꝛ
Kunegundis eius vxor virgines insimul ꝑ-
manerent: dyabolo persuadente vxorem de
quodam milite suspectā hn̄s: sup cādētes q-
draginta vomeres nudis pedibꝰ eā icedere
fecit. Qua ascēdente dixit. Sicut me ab Hē
rico ꝛ oibꝰ viris itactā nouisti xp̄e: adiuua.
Cui qdaȝ vox de celo dixit. Virgo maria te
ꝟgine liberabit. Tunc illa illesa remāsit. Cū
autē dictus cesar obijsset multi demones. aū
cellā cuiusdā heremite trāsibāt. q interroga-
uit vnū qd' incesset. rn̄dit. Legio demonum su
mus ad mortē cesaris ꝓperamꝰ. si forte ali-
qd ꝓprij in eo repire possimꝰ. Quē heremi
ta ꝯiurauit vt ad se redeat. Qui rediēs dixi:

Nihil pfecim⁹: qꝛ dū falsa vxoris sue suspitio ꝛ alia bona ꝛ mala sua in statera fuissent posita: adust⁹ ille laurenti⁹ ollam aureā imensi ponderis attulit: ꝛ in staterā posuit: ꝛ sic nos ꝓponderauit: tūc ergo irat⁹ vnā aurē olle ꝑrupi. Ollam calicē vocabat: quē dict⁹ cesar ad honorē sancti laurentij fieri fecerat. cui ꝓpter magnitudinē due aures inerāt. Repertum quoqꝫ est ꝛ imꝑatorē tūc obijsse: ꝛ vnā aurē calicis fractā esse.

De assūpcione ỽginis Marie. Ser. xxxij.

Maria optimā partē elegit que non auferetur ab ea. Verba ꝓposita Luc. x. originaliter sunt scripta: ꝛ in euāgelio hodierno lectionaliter recitata. Exaltationē hui⁹ sanctissime virginis ꝛ gloriā sue sacre assumptionis nec sufficientes sum⁹ inqrere: nec digni sum⁹ alijs nunciare. Vn̄ cū duo sint doctores ꝑcipui. Bernard⁹ ꝛ sctūs Hieronym⁹. vnus tn̄ scꝫ Bern̄. reputat se insufficientē. ali⁹ s. Hieronym⁹ reputat se indignū. Bern̄. eī̄ reputat se insufficientē: ita dicēs. Xp̄i generatōeꝫ ꝛ marie assumptionē qs enarrabit: q̄ntū eī̄ grē in terris adepta est pre ceteris: tātū etiā in celis obtinebit glīe singularis ꝑncipatū ꝙ si oculus nō vidit nec auris audiuit: nec i cor hoīs ascendit q̄ ꝑparauit de⁹ diligentib⁹ se, qd tūc de⁹ ꝑparabit gignenti se. Etiā qd oībus certū est: diligēs p̄ce omib⁹ qs loquit Felix plane maria: etiā mltiplir felix. siue cū excepit saluatorē: siue cū excipit a saluatore. Hiero. quoqꝫ indignū se arbitrās ait. De tali tantaqꝫ me loq indignū fateor: sꝫ ꝛ puto ꝙ nemo sit q̄ ꝑsumat: nisi q̄ q̄nta sint q̄ pandantur penit⁹ ignorat. tn̄ si ad hoc nemo idone⁹ inuenit. votis oīb⁹ nō dꝫ cessare qlibet etiam peccator a laudib⁹ btē Marie ỽginis: q̄uis explere neqat qd sentit. Si igit illi doctores tales ac tanti nō reputāt se sufficiētes nec dignos laudes ỽginis enarrare: qd nos dicturi sum⁹ qb⁹ nō adest aliq ꝑrogatiue aut sufficiētie libertas: nec dignitas vite. Sꝫ recurrendū ē ad illā de q̄ locuturi sum⁹: vt apd filiū suū nr̄am insufficientiā adiuuet: indignitatē excuset ꝛc. Vn̄ in p̄nti ſmone tria sūt dicenda ad honorē ỽginis gliose. P̄io de eius assumptione: quō optimā ptē elegit. Secundo aliq ꝓ nr̄a informatiōe. Tertio dicā aliq miracula. Quantū ad p̄mū sciendū ꝙ p̄io dicēdū ē euāgeliū ꝛ hystoria quō obijt ꝛ assūpta est. Vn̄ legit ꝙ post ascēsionē dn̄i apl'is ꝓpter predicationē ꝑ mūdū dispersis beata virgo maria iuxta montē syon in domo sua dicit remāsisse. oīaqꝫ loca filij sui. s. baptismi ieiunij: passiōis: sepulture: ascēsiōis quoūsqꝫ vixit visitauit. Die g̃ quadā cū in desiderio filij sui dilecti esset accensa. angel⁹ apparuit ei dicens. Aue benedicta. accipe bn̄dictōnē a filio tuo dn̄o nr̄o iesu xp̄o. tertia eī̄ die a corpore assumeris. nam fili⁹ tu⁹ te expectat. Cui maria. Si inueni grām apud filiū meū tūc tria rogo. P̄io vt frēs mei aplī ꝯgregēt: vt eos an̄ mortē meā videā. Secūdo vt demones in morte nō videā. Tertio vt fili⁹ me⁹ ꝑ aīa mea ꝑsonalit veniat. Cui angelus. Oīa que postulas obtinuisti. Factū est aūt cū Johannes in ephesio p̄dicaret: celū subito intonuit ꝛ nubes ip̄m arripuit: ꝛ ante domū marie collocauit. Quē maria videns dixit. Fili iohannes: memor esto verboꝝ ei⁹ q̄ me tibi in matrē: ꝛ te mihi in filiū ꝯmēdauit: ecce me tibi cōmendo. qꝛ tertia die sū. migratura in celum. Dixitqꝫ iohes. Utinā essent hic omnes fratres mei coaplī. Hoc dicto an̄ ostiū stati oēs assisti. Qui videntes se parit mirabant Johānes aūt exiuit ꝛ dn̄am migraturā dixit Cū autē btā ỽgo oēs aplos vidisset dn̄ꝫ benedixit: ꝛ in medio eoꝝ ardētib⁹ cereis circa horā noctis tertiā xp̄s aduenit cū multitudine angeloꝝ: ꝛ cū cātu aīam ei⁹ suscipiēs i vlnas suas in celū ꝯscendit. ꝛ dixit aplis. Corpus mr̄is mee in vallē iosaphat deferte i sepulchro nouo qd ibidē inuenietis illud recōdite: ꝛ me ibidē donec ad vos veniā expectate. Tūc aplī accipiētes corp⁹ btē marie iuxt illud qd dn̄s iusserat in monumēto nouo posuerūt: ꝛ iuxta illud sicut dn̄s iusserat cōsederunt. Altera aūt vice venit dn̄s iesus cū multitudine angeloꝝ ꝛ eos salutauit dicēs. Pax vob. Rn̄derunt. Glīa tibi dn̄e. Et dixit eis. Quid honoris vob videt vt mee dilecte faciam matri. Et rn̄derūt. Dignū ē sicut tu deuicta morte regnas in celis: sic tu resuscites corpus mr̄is tue bn̄dicte. ꝛ a dextris tuis colloces i etnū. Tūc xp̄s dixit. Surge dilecta mr̄ mea vt mecū regnes i cel. Et sic stati aīa marie ad corp⁹ redijt ꝛ de tumulo ꝓdijt cū corpe gl'ioso. sicqꝫ ad ethereū assumit thalamū cōcomitāte scōꝝ mltitudine angeloꝝ. Sꝫ quot annoꝝ fuit btā ỽgo qn̄ hodie obijt. Rn̄det ꝙ in sexagesimo āno obijt. qd sic ꝓbat. Nā i xiiij. āno ꝯcepit xp̄m. ꝛ in. xv. āno pepit: ꝛ cum xp̄o hic i t'ris vixit. xxxiij. ānis. ꝛ post ascēsionē supuixit. xij. ānis. tūc omib⁹ ꝯputatis lx.

anno obijt. Sed q̄rit̃ qualē vitā beata v̄go
duxit post christi ascēsionē vsq3 ad ei⁹ assum
ptionē. R̄ndet̃ s̄m Hiero. q̄ btā v̄go istā re
gulā sibi statuerat: vt a mane vsq3 ad tertiā
orōni insisteret. a tertia vsq3 ad nonā opi va
caret. a nona v̄o ab orōe nō recedebat donec
angelus sibi cibū ministraret: q̄ sūpto cū an
gelis ɔ̄usabat̃. Ecce q̄tuor capl'a q̄ in regula
virginis erāt posita. Primū est de orōne. Se
cundū est de opatione. Tertiū de sua expecta
ta refectione. Quartū de angeli conuersatio
ne: quia conuersatio eius magis cum ange
lis q̄ cum hōibus fuit. Itē secūdū q̄ btā vir
go maria optimā partē elegit in p̄nti vita: et
in morte: et post mortē in celo: qd̄ sic p̄bat̃. Ha
buit enī in vita p̄nti partē optimā quātū ad
tres status saluādor: q: extra illos tres stat⁹
nullus saluat̃: q: stat⁹ ɔiugator h3 fructū tri
cesimū. stat⁹ viduarū fructū sexagesimū. stat⁹
v̄ginū centesimū. Ipsa igit̃ btā virgo habuit
fructū tricesimū vt cōiugata: fructū sexagesi
mū vt vidua: q: q̄n ioseph spōsus ei⁹ añ chri
sti passionē obijt ipsa vidua remāsit. Fructū
cētesimū vt v̄go imaculata. Istā partē opti
mā virgo btā elegit: q: int̃ ceteras v̄gines p̄
mo virginitatē vouit. Unde dr̄ in decre. Ma
ria mēte vouit v̄ginitatē perpetuā: nisi de⁹ ei
alit̃ reuelaret. xxvij. q. ij. c. i. Secūdo cōsidera
tur h̄ pars optima q̄tū ad vite pfectionem
Est enī vita actiuā q̄ est pars bona. est contē
platiua q̄ est ps melior: et est ex vtraq3 cōposi
ta q̄ est ps optima. Et istā habuit btā virgo
maria. Et ideo signat̃ per istas duas sorores
s. marthā que fuit actiua. et magdalenā q̄ fuit
cōtēplatiua. Et ideo hoc euāgeliū de illis dua
bus sororibus hodie lectū est in missa. Mag
laus marie q̄ vtrāq3 vitā circa filiū exhibuit.
Nā quātū ad diuinitatē ei⁹ ɔtēplationi itēta
fuit: q̄tū ad humanitatē sibi sedule ministra
bat. Nā maria sex opera misericordie christo
exhibuit. De hoc dicit Bern. in q̄dā sermone
de assumptione: vt breuit̃ illa sex opa miseri
cordie percurram⁹. Btā v̄go maria sūmū filiū
dei in vtero suo suscepit: natū nudū pānis op
ruit: esurientē pauit: sitientē lacte potauit: ifir
mū p infantiā nō solū visitauit: s3 etiā fouēdo
lauādo: gestādo: frequētādo: et oīa sibi huma
na officia exhibuit. Ipm etiā in carcere positū
i. in crucis patibulo alligatū visitauit. ipsa iu
xta crucē ei⁹ stetit: eiusq3 sepulture interfuit.
Secūdo elegit sibi optimā p̄tē in morte sua: et
peplis. ꝛ masculi in sassuris tortis crinibus ꝛ
argēteis cingulis. ꝛ sup tales equitat diabo-
lus. Job. xli. Ipse est rex sup oēs filios supbie
Exēplū de hoc scribit Guil. lugdunēn. in sū-
ma viciorꝫ. ꝙ quidā vidit diabolū equitantē
in longa cauda cuiusdā supbe mulieris: q̄ de
cauda cecidit in lutū: ꝛ ali⁹ diabol⁹ risit. ꝛ ta-
lia sunt illicita ꝛ inhonesta. Uñ in decre. dr̄.
In ecclesia nihil debet agi inhoneste. dis. xlij.

Ergo qn̄cūq; hō intrat ecclesiā: intret eaꝫ re
uerēter ꝛ humiliter. q: ibi veraciter p̄sens ē in
sacro xp̄s. ꝛ deū deuote debet inuocare orōni-
bus suis. vñ Aug⁹. in regula. In oratorio ne
mo aliq̄d agat nisi id ad qd̄ factū est: vnde ꝛ
nomē accepit. Uñ dr̄: Dom⁹ mea domus orō
nis. Insup sciēdū ꝙ eccl'ie: cimiteria: ꝛ mona
steria sunt ab eccl'ia p̄uilegiata. sic ꝙ nullus
laicus cuiuscūq; auctoritatis sit dꝫ inuadere
bona eccl'ie ꝛ partochie ꝛ monasterij. nec per
vim sibi vsurpare nec retinere ad vsum suuꝫ
oppositū faciētes: siue nobiles siue rustici: nō
pspērabūt in hac vita. q: vt frequēter occur-
rūt eis infortunia. q: sic sancti indicāt ꝛ vin-
dicāt se in eis: ꝛ cōquerūt regi celorꝫ sup eos
Et insup tales sūt excōicādi. Unde in decre.
dr̄. Inuadere bona clericorū est inuadere bo
na ecclesie. ꝛ tales sunt excōicandi. xij. q. ij. ec-
clesiarū. xvi. q. i. silr̄. Sed q̄ incēdūt ꝛ fran
gūt ecclesias ꝛ monasteria: sunt ipso facto ex
cōmunicati. ꝛ post denūciationē ad papā mit
tendi sunt. Hanc sentētiā nō curant heretici:
qui heu iaꝫ plures ecclesias ꝛ monasteria cō
busserūt. Et etiam qui defraudāt ecclesias ꝛ
aīas in testamētis ꝛ suffragijs grauiter pec-
cant: ꝛ anime cōquerūt de ipsis. Unde in de
cre. dicit. Multū delinquūt qui differūt exe-
qui testamētū. xiij. q. ij. Imo psone fugiētes
ad ecclesiā cū suis rebus debēt tueri ab eccle-
sia. Unde de hoc dicit in decre. Qui fugienti
bus ad ecclesiā dāna inferūt sunt excōicādi.
xvij. q. iiij. diffinimus. Exēpluꝫ de illis qui sibi
vsurpant bona ecclesie p fructū: quere infra
in promptuario. xvij. E. Etiaꝫ tyrāni qui cū
potentia inuadūt ecclesias quō puniāt. Exē-
plū de hoc vide ibideꝫ. xviij. E. Unde etiam
sciendū ꝙ libenter debem⁹ visitare dedicatio
nes. Primo q: ibi orat a sacerdotib⁹ pro ipsis
heri in vesperis: hodie in matutinis: ī missis:
in tertia: in sexta: in nona: ꝛ in secūdis vespe
ris. vt quisq̄s hoc tēplū beneficia petitur⁹ in-
grediť: cūcta se impetrasse letet. Et etiā quot
tidie in qualibet missa orat pro astantib⁹ in
canone. Et omniū circūstantiū quorꝫ tibi fi
des cognita est ꝛ nota deuotio: p quib⁹ tibi
offerimus. Ergo salubre est singulis diebus
audire missam. q: angeli illo die delectabilit̄
morant cū illo hoīe. ꝛ plus sollicite seruiunt
sibi ꝛ custodiūt ipsum. Et etiā psperabit ille
hō in agēdis. Math. vi. Primuꝫ querite re-
gnū dei ꝛ iusticiā ei⁹ ꝛc. Secūdo propter in-
dulgentias cōsequendas. non propter laute
comedere: bibere: ꝛ chorizare. nec ppter lu-

dere. sed ppter indulgentias debem⁹ deuote visitare dedicationes. ⁊ illū diem in seruitio dei expēdere. scilicet audiēdo missas: sermones. ⁊ vesperas. Oppositū faciunt qui intrāt tabernam ⁊ inebriant: vel qui circūstant choream ⁊ sic iudicāt hoies. ⁊ missas negligunt sermonē ⁊ vesperas. ⁊ sic illū diem expēdunt in seruitio diaboli. quia fm sermonem christi Math. vi. Nemo potest duobus dñis seruire. Exemplū de virgine cui cōfessor inhibuit ne ampli⁹ chorizaret in publica chorea: que postmodū venit ad dedicationē. ⁊ icepit chorizare: ⁊ deus plagauit eam ꝙ in chorea subitance obijt. Item aliud exemplū quomō mulier in chorea necata est cum baculo. Et hoc quere in promptuario. xij. C. Itē tibicen qui in chorea a fulmine extinct⁹ est. Et hoc quere ibidem. xiij. C. Quantū ad secundā partē sciendum ꝙ ex quo hodie peragit dedicatio huius ecclesie ⁊ cimiterij: tunc querit qui sūt isti quibus denegat sepultura in loco sacro. Respondet ꝙ multi sunt. Et primi sunt infideles: pagani: heretici. iudei. de cōse. distin. i. ecclesiam. Secūdi sunt christiani excōmunicati. xxiiij. q. ij. Sane et super. Et fm Guil. etiam notorij excōmunicati minori excōmunicatione. Tertij vsurarij manifesti. extra de vsur. c. Quia in omnib⁹. al's Quāꝙ. lib. vi. Quarti publici raptores. extra. eo. c. Super eo. Immo raptor ⁊ vsurariorꝫ oblatiões nō sunt recipiende. vt habet extra de rapto. Super eo. Quinti qui in torneamētis moriuntur. Et exponit Hostien. Si qs etiā ibi vulnus letale acceperit; licet postea supuixerit: q̄uis peniteat ⁊ ei eucharistia nō denegatur: carebit tñ ecclesiastica sepultura. extra de torneamen. c. i. Etiā duellum ⁊ candēs ferrū: quodlibet illorꝫ est phibitū. xxij. q. ij. Querit. Sexti qui seipsos interficiūt. Immo tales debēt sepeliri sub⁹ patibulū. xxiij. q. v. placuit. Septimi publici blasphemi dei ⁊ sanctorū. extra de maledic. c. Statuimus. Nota capitulum. Octaui religiosi ꝓprietarij vtriusqꝫ sex⁹. extra de sta. mona. c. Sup quosdam. Noni famuli ⁊ nutrices iudeorꝫ si in seruitijs eorū decedunt. Decimi meretrices: si in meretricio decedunt. Undecimi lictores in tali officio decedentes. Duodecimi publici traditores. Tredecimi publici lusores. Et nota ista cōcludendo ꝙ generalit nullus notori⁹ de peccato mortali sepeliēdus est in loco sacro. Et hoc signant locū habet si tales non sunt recōciliati ecclesie per penitentiā. Nam si recōciliati essent vel certa signa penitētie apparerent sepeliēdi sunt: si heredes tenent p eis satisfacere. xiij. q. ij. quib⁹ peccata dimissa. ⁊ c. non extimemus. Quere illam materiā diligenter. Decimiquarti pueri qui sine baptismo moriunt. Circa quod querit vtrum mulier pregnās defuncta debeat sepeliri cū puero. Rndet fm Hostien. si ē certū ꝙ partus ē mortu⁹ in vtero: tūc mulier cū partu sepeliet. Si vo certū est ꝙ part⁹ viuit vel dubitat de hoc: tunc mulier debet scindi prius. Et si viu⁹ sit partus: debet baptizari si est mortu⁹: extra cemiterium sepeliri debet. Etiam sciendū ꝙ sepultura debet esse libera Unde pcipit vniuersis clericis secularibus ⁊ religiosis sub interminatione maledictōis eterne ne inducāt aliquos ad vouendū siue iurādū fide interposita seu al's pmittendū vt eorum apud ecclesias eligāt sepulturas: vel iā electas vlterius nō immutēt: al's talis electio irrita esset. Et qui ꝫriū fecerit: ipso facto ē excōmunicatus: ⁊ nō pōt absolui nisi a papa. extra de sepul. animarū. li. vi. Querit quid si taret p quanta pecunia quis ponatur in tali eccl'ia vel cemiterio. Rñdeo fm Hostien. symonia e. Itē si aliquid datur pro exequijs vel vigilijs mortuorꝫ: vtrū cōmittat symonia. Rñdetur fm Hostien. pro huiusmodi nihil debet exigi: s pie cōsuetudines debēt obseruari. extra eo. ad nostram. Quid cum datur clericis pecunia vt vigilent super defunctos: vel dicant psalteriū. Rndet fm Hostien. si recipiūt pecuniā vt vigilent: licꝫ ad vigilias seqtur oro: non est symonia. Si autē de legendo psalterium pactum fiat: symonia est. Quid si detur pecunia pro anniuersario fiendo. Rndet fm Hostien. distinguendum est: quia si detur tēporale pro spirituali tanꝙ appreciatio ei⁹: symonia est. Si vo non detur tanꝙ principale precium: sed vt inductiuū deuotionis ⁊ p elemosyna: licitum est. Similiter si fieret pactū de missis legendis: symonia est. Item queritur vtrum sacerdos possit recipere pecuniam pro missis legendis quas ipse in penitentijs iniunxit. Respondetur fm Hostien. non debet missas quas sic iniunxerit celebrare: quia species mali est. extra de vita ⁊ honesta. clerico. Cum ab omni. Itē sacerdos qui propter temporalia principaliter administrat sacramenta: scilicꝫ baptismi: extreme vnctionis penitentie; ⁊ signanter qui habet auctoritatem episcopi ⁊ dicit: gratis non habeo: nec absoluam te nisi in tantum dederis mihi. Talis sacerdos committit symoniam: ⁊ ipso facto in-

currit excommunicationem. Nihil enim pro administratione sacramentorum est exigendū vt habetur extra de symo. nō satis. et c sequēti. Unde etiā dicit christus in euāgelio Mathei. xiiij. Gratis accepistis: gratis date.
Nota circa hanc materiam sm beatum Thomam de aquino in q̄dam questione ad quodlibet: vt in dispensatione sacramentorum symonia euitetur tria sunt necessaria. Primum est vt fiat ex concessiōe iuris diuini vel humani: aut saltem pie consuetudinis. Secundum est vt sit intentio pia et non corrupta. Tertiū vt sit forma honesta: vt non requiratur añ pij officij exhibitionem: ne pactum interuenire videatur: s; expleto officio poterit exigi. Si igitur illa tria conueniant: secure recipiant.
Quantum ad tertiam partem sciendū q deo displicet et sanctis q̄n ppter pecuniam praui homines sepeliūtur in ecclesijs. Hoc ostensū est in illo epo qui sepeliuit iniquū hominē in eccl'ia sancti Faustini martyris quō postmodum subitanee obijt. Exemplū hoc quere infra in pmptuario. i. S. Item puersum hominem noīe Ualentinū diaboli traxerūt cum funibus de ecclesia. Hoc quere ibidem. ij. S. Item vsurarius sepultus in monasterio monachos inquietauit. Exemplum de hoc quere ibidem. iij. S.

Item de dedicatione et indulgentijs. Sermo. xlvi.

Vere dominus est in loco isto. Gene. xxviij. Libēter debemus visitare ecclesiam. Primo ppter presentiam dei: quia hic est veraciter sicut natus ē de maria virgine: et a mortuis resurrexit in sacramento. Ergo dicit: Uere dominus. Secūdo ppter indulgentias quas hic homo mereri potest. Unde loquēdo de indulgētijs tūc in presenti sermone tria sunt dicēda. Primo qd sit indulgentia: et vnde ortū habēt indulgentie. et quis potest cōferre indulgentias. et q̄re christus dedit talem potestatem plātis eccl'ie. Secūdo q̄ requirunt ad indulgentias cōsequēdas. Tertio alique questiones cum exēplo.
Quantum ad primū indulgentia nihil aliud est q remissio pene p peccatis debite. Un̄ sanctus Tho. in. iiij. dis. xx. Indulgentie valēt ad remissionē pene residue post cōtritionē et confessionem. Pro quo sciendū q in contritione et confessione remittitur culpa: sed solutio pene adhuc manet. q2 sm magistrū sent. li. iiij. dis. xxiiij. deus et iusticia impunitū non dimittit delictum. Unde Aug⁹. Nullum malum impunitum: aut hic: aut in futuro. In purgatorio oportet nos soluere penam p peccatis. et respectu talis pene valent indulgētie. Item querit vnde indulgētie habent originem. Respondetur q sunt quatuor thesauri ecclesie vn̄ ille indulgentie emanāt. Primus est thesaurus reconditus ex superabundanti merito passionis christi. quia illud meritum sufficiebat ad infinitos mundos et ad infinitos homines redimendos: et de superabundanti indulgentie dantur. Secundus thesaurus est genitricis dei marie que nunquam venialiter nec mortaliter peccauit: et tamen multos dolores sustinuit: et specialiter in morte filij. Luce. ij. Tuam ipsius aiam pertransibit gladius. Et de superabundantia istius thesauri dicūtur ille indulgentie erogari. Terti⁹ thesaurus est iohannis baptiste qui in vtero sāctificatus erat. cuius cib⁹ erant locuste et mel siluestre: et vestis de pilis camelorū: et insuper caput eius datum est saltatrici: et sanctorum apostolorum et omniū martyrū quorum sanguis p christo fusus plus meruit q eis fuisset necessarium ad pmiū. et de tali superfluo sumunt illud vnde indulgētie dantur. Quartus thesaur⁹ est sanctorum confessorum: virginum et omnium electorum qui in ieiunijs: vigilijs et orationibus et castigationibus: peregrinationibus deo fideliter seruiunt: quorum merita ita fuerunt sublimia vt lōge minora eis sufficisset ad salutem: et ideo de ipsorum superfluo ceteris pctōib⁹ puident indulgētie. Sed diceres q2 scti sunt iā premiati in celo vltra cōdignū. g nihil remāsit supfluū. Rndet qdam doctor q quodlibet bonū op⁹ in charitate factū ad duo pficit. Primo ē meritoriū vite eterne: et sic verum est q sancti pmiati sunt vltra condignū: q2 hūt iam vitā eternam cui nulle dant hic passiones cōdigne: vt pz p apl'm dicentē: ad Roma. viij. Nō sūt cōdigne passiones etc. Secūdo bonū op⁹ in charitate factū est relaxatiuū pene p peccatis debite: et sic sancti per bona opera et passiones etiā meruerūt relaxationem pene p pctis deputate; ideo q̄ ad hoc non sunt pmiati: q2 ipse gloriosus dominus noster iesus christus peccatū nō fecit nec inuentus est dolus in ore eius. Et etiam gloriosa virgo maria nō peccauit venialiter nec mortaliter: et etiam sanctus iohānes baptista non peccauit mortalit: et sancti apostoli et sancti martyres et sancti confessores et sā

dte virgines pauca peccata commiserunt et
tñ multa bona opa ꝛ exercitia habuerũt labo
rando: ieiunãdo: vigilando: castigãdo corpa
sua: ꝛ insup multas passiones sustulerũt que
ꝓ peccatis multoꝝ possent sufficere. Et in hoc
cócordat sanctus Tho. in. iiij. dis. xix. Quorum
meritoꝝ tanta est copia ꝙ oẽm penã debitaꝫ
nunc viuentibꝰ excedũt: ꝛ ꝑcipue ꝓpter meri
tũ christi. Item q̃ritur cui cõmissus est thesau
rus ecclesie: ꝛ qui expendẽdi thesaurũ ecclesie
habent ptãtem. Rñdetur ſm sanctũ Tho. in
iiij. dis. xviij. ꝙ solus papa habet ptãtem ple
nariam sup thesauruꝫ ecclesie. Unde dicit᷑ ex
de peni. ꝛ remis. c. cũ ex eo. Indulgẽtijs dãdis
summus põtifex habet plenitudinem ptãtis.
Sed epi habent limitatã ptãtem faciẽdi in-
dulgẽtias: nõ vniuersalem. Itẽ querit᷑ q̃re
deus dedit suo vicario. s. dño apostolico ꝛ epis
talem ptãtem sup thesauris ecclesie. Rñdet᷑
ꝙ q̃ntuplici rõne. Prima ratio vt ostẽdat᷑ dei
bonitas immẽsa ꝛ eius infinita misericordia
Et h̃ est potissima causa. Naꝫ deus per hoc oñ
dit se plus velle acceptare modicum opus ex
charitate factum. s. elemosynã: orõnem: pere-
grinationẽ: q̃z ꝙ velit hominẽ pati penã ma-
gnã inuite. Secũda vt hoies per indulgenti-
as moueant᷑ ad opera pietatis exercenda: ꝛ
ad venerandas reliq̃as sanctoꝝ: que organa
spũssancti fuerũt. Placet enĩ deo honorare sã
ctos ꝛ reliquias sanctoꝝ: qd̃ ostẽdit in hoc ꝙ
miracula in p̃ntia reliquiarũ facit. Tertia vt
diuites delicati q̃ de minimis penis dolẽt val-
de: ne desperẽt cũ penas purgatorij audiãt ita
horribiles esse dant᷑ eis indulgẽtie ꝑ elemosy
narũ erogationẽ qd̃ sine dolore in p̃nti possũt
efficere ꝛ sic penas purgatorij euadere in futu
rum. Quarta vt pauperes cõsolarent᷑: q꞉ cuꝫ
diuites faciũt elemosynas: pauperes vtiq̃ꝫ cõ
solant᷑ quia dñs sollicitus ẽ pauperũ qd̃ ostẽ
dit in hoc. Quinta vt deus ꝓbaret nr̃am fidẽ
quõ credamus in sanctam ecclesiam catholi-
cam. ꝛ quõ credamus ꝙ dñs dedit tantã ptã
tem: ꝑmo beato petro apl̃o singulariter dicẽs
Math. xvi. Quodcũq̃ꝫ solueris sup ter. ꝛc̃.
Et eandẽ potestatem habet iam dñs aplicus
quã habuit beatꝰ petrus ꝛ cõsequẽter alij p̃la
ti ecclesie. Et hoc quantum ad primaꝫ partẽ.

Quãtũ ad secundã partẽ querit᷑ que req̃-
rũt᷑ ad indulgẽtias cõsequẽdas. Rñdet᷑ ſm
btm̃ Tho. in. iiij. dis. xx. quatuor requiruntur.
Primo auctoritas dantis indulgentias. Sꝫ
si q̃ratur quis potest dare indulgentias. Rñ-
detur papa habet plenitudinem potestatis.
Nam põt cẽtũ annos vel mille dare: immo põt
dare indulgẽtias oĩuꝫ pctõꝝ vel dimidiã vel
septimã partẽ pctõꝝ: ꝛ breuit᷑ inq̃ntũ vult po-
test dare. Si epi hñt auctoritatẽ limitatam q̃n
dedicat᷑ eccl'ia nõ debẽt nec pñt dare vltra an
num. In anniuersario xp̃o dedicationis aut ex
alia quacumq̃ꝫ causa nõ possũt dare indulgẽ-
tias nisi. xl. dierum. extra de peni. ꝛ remis. Cuꝫ
ex eo. Utrũ p̃lati aliquãdo. s. abbates: prepo-
siti: decani: priores possunt dare indulgentias
Respõdet᷑ ꝙ nõ: Unde hoc habetur in iure
canonico. Non inferiorum: sed tm̃ episcoporũ
ẽ dare indulgẽtias. extra de peni. ꝛ remis. Cũ
ex eo. Sed sciendum ꝙ tales prelati possunt
conferre fraternitatẽ ꝛ beneficia ordinis vel
monasterij sui: que participatio valet homi-
ni in vita ꝛ post mortem sic ꝙ quicquid boni
fit in toto ordine per fratres ꝛ sorores: si ge-
neralis ordinis dat vel in tota prouincia: si ꝓ
uincialis sit. vel in monasterio si abbas vel
prior scilicꝫ celebrando: legendo: cantando:
orando: vigilando: ieiunando: ꝛ sic de singu-
lis. De quolibet enim bono opere talis habet
specialem participationeꝫ in vita si est ĩ gra-
tia: vel singulare subleuamen si est in purga-
torio. Secunda est causa rationabilis. Pro
quo sciendum ſm beatum Thomam ꝙ cau
sa quare danda sit indulgentia debet esse ho
nor dei: ꝛ vtilitas ecclesie: siue vtilitas proxi-
morum. Et quandocũq̃ꝫ illa concurrunt tunc
prelatus habet causam sufficientem ad dan-
dum indulgẽtias. Tertium est ꝙ recipiẽs in-
dulgentias sit in gratia. Nam indulgentie nõ
prosunt existenti in quocũq̃ꝫ peccato mortali
de quo nõ est contritus nec confessus: nec ha-
bet propositum dimittendi. Nec valẽt excom-
municato maiori excõmunicatione nisi sit ab
solutus. Quartũ est ꝙ faciat illud ꝓ quo in-
dulgẽtia datur. Unñ querit᷑ si indulgentia va
leat ei q̃ est in grã ꝛ libent᷑ faceret illud pro q̃
datur: ꝛ nõ potest. Rñdetur ſm Tho. in. iiij
dis. xlv. Non. q꞉ indulgentia dat᷑ sub hac for-
ma scꝫ vt faciat vel det hoc vel illud. Ista q̃-
tuor iam dicta requiruntur ad indulgentiam
cõsequẽdam. ꝛ si vnum de his quatuor defue-
rit nihil cõseq̃tur. Quãtũ ad tertiã partẽ po-
nende sunt aliq̃ questiõẽs. Et ꝑmo queritur
an q̃s totiens habeat indulgentias quotiẽs
intrat ecclesiam vbi posita est indulgentia.
Respõdetur ſm sanctũ Tho. in. iiij. di. xxiiij.
Aliquando indulgentia determinata est ad
tempus: puta quicumq̃ꝫ vadit ad talem ec-
clesiam vsq̃ꝫ ad tale tempus habeat tantum

de indulgētia. ⁊ tūc intelligit᷑ semel tm̄. Aliq̄n est indulgentia ꝑhēnis sicut in eccl'ia sctī petri rome quadraginta dierū. ⁊ tūc quotiēs quis vadit totiēs indulgentiā cōsequit᷑. Itē querit᷑ vtrū qui ꝓpe ecclesiā morat᷑ etiā consequat᷑ indulgētias sicut qui a remotis venit. Rn̄det᷑ fm̄ sanctū Tho. in. iiij. dis. xxiiij. Ille qui est vicin⁹ ecclesie ⁊ etiā sacerdotes ⁊ clerici cōsequūt᷑ tantam indulgentiam sicut ille q̄ venit a mille dietis. q᷑ remissio nō ꝓportionatur labori. ſ meritis que dispensant᷑: sed ille q̄ plus laborat: plus acq̇rit de merito essentiali. Utrum religiosi possūt mereri indulgētias. Rn̄det Thomas. Quāuis religiosus sit in statu ꝑfectionis. tn̄ ipse sine peccatis venialibus viuere nō potest. Et ideo si aliq̄n ꝓpter peccatū reus sit alicui⁹ pene: potest per indulgentias ad hoc expiari. que etiā si sit indulgētia de dando: possunt dare si habent administrationem: vel aliq̇d dandi a suis prelatis petere. Item querit᷑ quantū valent indulgentie. Rn̄det᷑ fm̄ Tho. in. iiij. Indulgētie simpliciter intantū valent quantū sonāt. Ualēt igit᷑ omnib⁹ suscipiētib⁹ quadraginta dies indulgentie intantū quātū valent eidē quadraginta dies penitētie in ꝑsenti. nō tn̄ equaliter omnibus: sicut nec quadraginta dies penitentie equaliter valent oībus. Nā sicut in mūdo. xl. dies penitentie plus valēt vni perficiēti cum maiori labore ⁊ feruore seu afflictione q̄ alteri cū minori. ita quadraginta dies indulgētie plus valent illi qui se ad eam disponit cū maiori labore, afflictiōe. feruore. seu dati quātitate q̄ alteri qui cū minori. Unde sequit᷑ ꝙ duo simul quadraginta dies siue ānū siue centū siue mille annos cōsequūt᷑: ⁊ vni delet plus penā purgatorij q̄ alteri. Silr̄ si ē indulgētia ad dimidiā partē. vel ad quartā vl' septimā partē peccatoꝝ quo ad penā: tunc intantū valet quantum valet penitentia facta sufficiens ꝓ tantorū peccatorū quātitate. Et ideo de ista portione nō habebit penā in hoc seculo neq̄ in futuro. quia deus nō punit bis in idipsum. similiter si sonant indulgentie ad totum cumulū peccatorū. tunc omne debitū aufert᷑: nec ꝓ hoc amplius habebit penā neq̄ in presenti seculo neq̄ ī futuro. Unde papa ex causa que cōcernit honorem dei ⁊ vtilitatē ecclesie ⁊ proximorū potest dare indulgētias prout vult vel pro toto vel ꝓ parte. Circa quod querit᷑ q̇d sit de illo qui cōsequit᷑ generalem indulgentiā positam per papā. Respondet᷑ fm̄ Hosti. statim in celū euolat si in tali statu decedat: q᷑ nullū impedimētū est ascēdēdi in celū ex quo quis morit᷑ in grā nisi solutio pene. Et dicit btūs Tho. ꝙ q̄ indulgētias suscipit nō absoluit᷑ simplicit᷑ a debito pene: ſ dat᷑ sibi de thezauro eccl'ie vn̄ debitū soluat. Ergo cū remissa est pena illa tota ex thesauro ecclesie ꝑ indulgētias. idē est ac si eēt ꝑ ipm̄ hominē soluta ⁊ sic iusticie dei satis est factū. Un̄ ꝯsulendū est illis q̄ multa pctā cōmiserūt: ⁊ paruā penitentiā respectu pctōꝝ ꝑfecerūt vt diligent᷑ querāt indulgētias: q᷑ q̄cq̄d superest: in purgatorio lugebūt: q᷑ nullū peccatū impunitū. Quātūcūq̄ enī paruū sit peccatū: oportet ꝙ satisfaciat iusticie dei: aut hic aut in futuro in purgatorio. Et pena purgatorij est grauissima q᷑ si vnū haustū sine necessitate bibis: vel de mane sano corpore ante matutinū pulsat᷑: vel primā missā ex pigritia obdormis: vel vnū sermonē sine causa negligis vel vesperas vel vides libēter chorizare: hastiludere: aut pulcras puellas: aut ornatas: aut rides ex leuitate: aut iocos exerces: vel v̄ba inutilia aut scurrilia ꝓferis: ⁊ sic de singul'. q̄a ꝓ vno pctō veniali sustinebis maiorē penam in purgatorio q̄ sanct⁹ laurētius sustinuit ī craticula. Un̄ Aug⁹. Grauius est eē in purgatorio q̄diu oculus claudi ⁊ aperiri possit q̄ illa pena quā sanctus laurētius sustinuit in craticula. Et aliq̄ aīe tam lōgo tpe ibi punient᷑ q̄d. i. xx. aut. xl. annis plus vel minus: imo aliq̄ cētū annos vel mille vel vltra. Un̄ Richar. de sācto victore. Aliq̄ christianoꝝ aīe vsq̄ ad finē mundi ad ignē purgatorij ex dei iusticia sunt deputate. Un̄ Cesari⁹ in dialogo suo scribit de quadā aīa q̄ per duo milia annoꝝ fuit ad purgatoriū deputata: ſ per suffragia christifideliū in duobus annis fuit liberata. Itē legitur de q̄dā virgine q̄ fuit soror sanctorum martyrū cosme ⁊ damiani: ꝙ ꝓ vno veniali peccato. s. q᷑ audiuit cū aliq̄li delectatiōe cantare ⁊ chorizare in platea de sero q̄n debebat ire dormitū: ꝑ q̄ndecim dies debebat puniri ī purgatorio. Hoc aduertere deberent chorizātes ⁊ etiā circūstantes choream viri ⁊ mulieres. Modo ad talē acerbā penam tollendam valet indulgentia. nam si quis per centū annos vel mille annos deberet puniri in futurū totam penam in presenti potest exoluere ꝑ indulgentias. Modo potest contingere si nisi ꝑ tres dies in purgatorio deberes puniri: libenter romam ires in pane ⁊ aqua ⁊ nudis pedibus: vt tu ab illa pena posses supportari. De acerbitate pene purgatorij nota illud exēplū

Erat quidaꝫ puer nouē annoꝝ satis facetus in verbis ꝛ factis: q̄ incidit in grauē infirmitatem: ꝛ sic obijt: ꝛ post mortem apparuit matri multū lamētabiliter: ꝛ mater quesiuit quō se haberet. r̄ndit. in maximis penis sum. Et maꝛ. Quante sūt pene tue. Puer r̄ndit horribile verbū dicēs. Si oēs carbones quos oēs carbonarij in vniuerso mundo a tēpore natiuitatis christi vsqꝫ hodie arserunt. in vno cumulo iacerēt ꝛ arderent: ꝛ tu dilecta maꝛ in medio cumuli stares ꝛ arderes: nō tātas penas sustineres sicut ego iam in purgatorio sustineo. Qꝫ autē sit tanta pena purgatorij probaꝛ ex decreꝛ. Igni purgatorio nulla pena tēporalis cōparabilis est. dis. xxv. Qui in aliud. O christiane quō audes sciēter mēdaciter ꝑ deum iurare aut blasphemare deū: maledicere ꝓximo: ieiunia soluere: vota frangere: luxuriari: inebriari: res iniustas acqrere. Mater quesiuit puerū. Unde meruisti tantā acerbā penam cum satis obediēs fuisti: ꝛ libenꝛ orasti: nec iurasti; nec maledixisti. Puer r̄ndit. Ego cōsueui accōmodare denarios ꝛ hallenses a familia tua: ꝛ inde emi pira: poma: ꝛ nuces: ꝛ q̄n hospites honestos habuimus: ꝛ cū dederūt mihi denarios vel hallēses: tūc exolui ecōuerso. modo sic obij q̄ nō oēs exolui: ideo talem penam sustineo. Et mater. Possum ne ego tibi in aliquo suffragari. Puer respondit Si exolueres ꝓ me tales denarios: statim liberarer. Et sic puer disparuit. Maꝛ statī vocauit ad se familiam dicēs. Uolo per obediētiam vt cōputetis mihi debita pueri mei. Et oib⁹ cōputatis: tūc puer nouem hallēses in debitis post se reliquit: ꝛ mater statim psoluit ꝛ eodem die puer secūdario apparuit matri lete dicens. O maꝛ dilecta grās ago tibi exquo debita ꝓ me soluisti a purgatorio me liberasti Iam celos introibo vbi deū fideliꝛ ꝓ te ꝛ pro patre meo orabo ꝛ ꝓ fratrib⁹ meis ꝛ sororib⁹ ꝛ amicis meis supplicabo.

De dedicatiōe siue nouo anno. Ser. xlvij.

Domū tuā decet sanctitudo ꝛc. ps. xcij.

Arist. viij. ethi. Quidā sunt dispositi ad v̄tutes ex natura. q̄dā ex consuetudine. q̄dam ꝑ doctrinam. Modo sermōes fiūt vt audiētes retrahanꝛ a vitijs ꝛ disponanꝛ ad virtutes: ꝛ hoc non fit sine gratia Joh. xv. Sine me nihil potestis facere. Unde Grego. Inuanum laborat lingua doctoris nisi cooperetꝛ ei gr̄a saluatoris. Ergo inuocem⁹ v̄ginē beatā ꝛc. Unde in p̄nti sermone tria sunt dicenda. Primo de triplici domo. Secūdo aliqua ꝓ informatiōe nostra. Tertio exēplum. Quantū ad primaꝫ partem sciendum q̄ triplex est domus: ꝛ q̄libet illarū debet esse sancta. Prima est domus materialis. s. ecclia q̄ ꝯstructa est cū elemosynis christifideliū ꝛ ab epō in honore. N. dedicata: sicut hodie annua dies dedicationis huius dom⁹ celebraꝛ. Et in tali domo nō debent fieri locutiōes inutiles: nec quicq̄ inhonestū etiā mercatio. Joh. ij. Nolite facere domū patris mei domum negotiationis. Et cemiteriū gaudet eadem emunitate. Unde diciꝛ in decreꝛ. Mercatio non debet fieri in loco sacro. xvi. q. vij. qꝛ ibi i cemiterio reqescūt plura corpora sanctorum quorum anime iam cuꝫ christo regnant in celo. Sed orandū est in cemiterio ꝓ ibi sepultis quoꝝ anime adhuc i purgatorio sunt. Secūda est domus spiritualis i. ad Coꝛ. iij. Tēpluꝫ dei sanctū est quod estis vos. Unde cor diciꝛ quasi camera omnipotētis regis. nam q̄cūqꝫ est in gr̄a ille est tēplum spūsancti. ꝛ q̄cūqꝫ in mortali petō est: in illo habitat diabolus. Uñ christ⁹ eiecit de maria magdalena septem demonia. de qua dicit beatus Greg⁹. maria magdalena septeꝫ demonia habuit que vniūsis vitijs plena fuit. Uñ etiam Bern̄. super Cantī. Ubi nempe peccatū dimittiꝛ ibi proculdubio diabolus a corde peccatoris repellitur. Et illa domus spūalis debet esse ornata ꝛ depicta cum diuersis virtutibus. Unde Aristo. Uirtuositas beatissima ē vita. Unde etiam Grego. in morali. Absit q̄ tāta sit delectatio in vitijs quanta in virtutibus. Tertia est dom⁹ eternalis siue celestis. de qua diciꝛ in ps. Beati qui habitant in domo tua dn̄e ꝛc. In illa domo celesti noscimus ꝛ diligimus nos mutuo: ꝛ vnusquisqꝫ habet speciale gaudium de quolibet sancto. Uñ magister senteñ. li. iiij. dis. xlix. Per charitatem q̄ in singulis erit perfecta tantū quisqꝫ gaudebit de alterius bono quantum gauderet si haberet i seipso: ꝛ ideo pre multitudine gaudiorum videtur electis tēpus multū breue. Uñ ps. lxxxix. Quoniā mille anni ante oculos tuos tanq̄ dies hesterna que preterijt. Quantum ad secūdam partē istius sermonis ꝓ dedicatione siue etiam ꝓ nouo anno intēdo cuilibet hōi auem sp̄alem assignare. Et prima auis erit aquila: ꝛ illa conuenit nobilib⁹. que habet tres ꝓprietates quas debent h̄re nobiles. Prima ꝓprietas est q̄ altius volat ceteris auibus: attamē infra se videt ad terram.

Sic nobiles principes q̄uis exaltentur super
alios hoīes in dignitate ⁊ honore tamē debēt
infra se videre ad terrā. quia mortales sūt et
de terra creati ⁊ in terram reuertētur. Unde
Eccle. vij. Memorare nouissima tua ⁊ ieter=
num nō peccabis. Unde Bern. Cogita vnde
veneris ⁊ erubesce: vbi es: ingemisce. quo ꝑpe
ras ⁊ pertimesce. Itē ꝓlati debent cogitare q̄tti
die de rōne reddēda ꝓ se ⁊ subditis suis i die
iudicij. Sap. vi. Iudiciū durissimū fiet his q̄
ꝑsunt. Secūda ꝓprietas aquile est q̄ pre=
dam cōdiuidit alijs auibus: ⁊ sola non come
dit. Sic nobiles ⁊ principes debent cōdiuide
re bona tēporalia subditis ⁊ alijs pauperibus
Unde christ⁹ in euangelio Luc. xi. Qđ superest
date elemosynā: ⁊ christ⁹ reputat sibi factum
qđ pauperi fit. Unā math. xxv. Qđ vni ex mi=
nimis meis fecistis mihi fecistis. Oppositū faci=
unt qui bona sua histriōibus dant potius q̄
pauperibus. Aug⁹. Histrionibus dare est de=
monibus imolare. Tertia ꝓprietas ē q̄ pul=
los suos cōtra radios solis ꝓbat qui clare vi
dent aut q̄ lippos oculos habēt. Sic nobiles
debent ꝓbare pueros suos vtrū apti sint ad
litteras vel ad studiū ⁊ ad sapientiam: ⁊ de=
bent eos coartare vt studeant quō seipsos et
alios regere debeant. Secūda auis est phylo
mena: q̄ cōuenit sacerdotib⁹ ⁊ religiosis. Nā
philomena dulciter de nocte cantat. Unā Am
bro. in li. exameron dicit q̄ in estate q̄n philo=
mena residet sup oua sua in nocte ꝓpter tedi
um qđ habet incipit alacriter cantare ⁊ mul=
tum dulciter: ita q̄ homo tristatus posset re=
creari: ⁊ griseas ⁊ simplices vestes portat. sic
sacerdos ⁊ religiosi in media nocte debēt sur
gere: aut de mane ⁊ cantare ⁊ laudare deū in
hymnis ⁊ canticis: vt dicere possint cum da=
uid vt habet in ps. cxviij. Media nocte sur=
gebā ad cōfitendum tibi. Et etiam debēt por=
tare vestes humiles ⁊ deuotas: nō preciosas:
nō variorū colorū. Unde hoc habet in iure ca
nonico: Clerici viridibus ac rubeis vestimen
tis non debent vti. extra de vita ⁊ hone. cleri.
Offeramus. Tertia auis est cygnus: q̄ cōue
nit senibus ꝓpter tres ꝓprietates suas quas
habet. Primo cygnus est albus in plumis.
Secūdo niger in cute. Tertio habet longū et
obliquū collū. Illa tria debent esse in senibus
tam viris q̄ mulieribus. Primo senes debēt
esse albi. i. puri ⁊ mūdi mente ⁊ corpore. Un=
de dicit in decret. Quāto senes sunt morti vi
ciniores: tāto debēt esse puriores dis. lxxvi. Tā
ta. Secundo debent esse nigri in cute. i. humi=
les sic q̄ non supbiant de bonis operibus si q̄
fecerunt in iuuentute: sicut quidā quotidie ia
ctant se fuisse ad sanctū iacobum: vel in aquis=
grana. periculosū enī est se extollere in bonis
operibus Greg. Quisq̄s reminiscendo quod
gessit dum se apud se erigit. apud auctorē hu
militatis cadit. Tertio cygnus hꝫ collū obli=
quū ⁊ longum in quo designatur sapiētia. Unā
pictores depingūt virum sapientem cum collo
obliquo ⁊ longo: ideo vt sapiens debet primo
premeditari bis aut ter quid loquat: aut q̄n:
aut vbi loq̄tur: vtrū sit vtile aut licitū vel ho=
nestū: aut bonū: aut verū. Sic senes in quib⁹
debet regnare sapientia verborū ⁊ disciplina
bonorum morum debent premeditari quid et
quomodo loquātur coram iuuenibus: q̄r iu=
uenes vt cōmuniter diu retinent verba senio
rum: ergo senes debent ꝓferre verba bona ⁊
edificatoria sic q̄ filij ⁊ filie post viginti annos
possint dicere: hoc audiui a patre meo: a mr̄e
mea: a cognato meo: ⁊ sic de singulis. Opposi
tum aūt faciūt inueterati dierum viri ⁊ mulie=
res qui cū actum amplius non possint pfice=
re tū delectant in preteritis peccatis ⁊ gloriā
tur in malis suis loquendo verba impudica
coram iuuenibus ⁊ puellis eos scandalizan=
do. Math. xviij. Ue hoī per quem scādalum
venit. Item qui scandalizauerit vnum de pu=
sillis istis qui i me credūt. expedit ei vt suspē
datur mola asinaria in collo eius ⁊ demergat
in ꝓfundum maris. Quarta auis est apis ⁊
cōuenit iuuenib⁹: q̄r apes in operatione ē val=
de fructuosa ⁊ ꝯtinue laborat quando tēpus
habet: ⁊ volat sup rosas ⁊ sup lilia ⁊ sup flo=
res ⁊ liquorē quē sugit ex his que ꝯuertit in
mel ⁊ obediens seq̄tur regē suū: sic iuuenes de
bēt hr̄e illas cōditiōes. Primo enī debent in=
sistere laborib⁹ ⁊ discrete laborare ⁊ nūq̄ ocio
si esse: quia homo ociosus nō est dignus pa=
ne quo vescit. Apostolus. Qui nō laborat nō
manducet. Itē ociositas inducit multa pecca
ta: q̄r ociositas ⁊ voluptas arma sunt diabo=
li ad miseras animas captiuandas. vt habe=
tur extra de renun. Nisi cum pridē. Item sicut
volat super rosas: super lilia ⁊ flores: sic iuue
nes debent attēdere probos ⁊ deuotos homi=
nes: ⁊ recipere bonum exemplum ab illis. Ab
illo exemplū humilitatis. ab illo exemplū pie
tatis. ab illo exemplū deuotionis: ⁊ mane sur=
gere orare: elemosynas dare: eccl'ias frequē=
tare: missas ⁊ sermōes audire: festiuare: ⁊ sic
de singulis. Unde i decret. Ea exēpla sunt ma
gis imitanda que sunt plus pia. dis. ix. Sana

quippe. Itē sequūtur regem ⁊ ei obediunt: sic pueri debent sequi parētes in bonis ⁊ eis obedire in licitis honestis. Quinta auis est columba q̄ cōuenit illis qui sunt in mr̄imonio ꝓpter ꝓprietates quas habet ⁊ sunt tres. Primo due se sociāt. Secūdo fetus multiplicāt. Tertio fetū fidelr̄ nutriūt: sic in mr̄imonio simul debent esse ꝯiūcti. Unde Math. xix. Iam nō sunt duo: sed vna caro. Itē actum matrimonij debent ꝓpt ꝓlem ꝑficere. Unde Geñ. i. Crescite ⁊ multiplicamini. Itē pueros fidelr̄ debent nutrire: ⁊ eos in bonis edocere. s. pater noster: aue maria: ⁊ symbolū fidei ⁊ decem p̄cepta. Et si delinquūt debēt eos corrigere: alioqn peccata puerorū in parētes redūdāt. Apostolus ad roma. i. Digni sunt morte nō solum faciētes: ſ etiā cōsentiētes facientibꝰ. Sexta auis est turtur ⁊ cōuenit ꝟginibꝰ ⁊ viduis ꝓpter ꝓprietates q̄s habet. Nam turtur ē auis casta sic virgines debent esse caste mēte ⁊ corpore ⁊ sic ducunt vitā angelicā. Uñ hiero. In carne preter carnem viuere non est humanū ſ angelicum. Itē turtur eligit sibi granū purū ⁊ triticeū: ⁊ non curat cadauer sicut coruꝰ: sic ꝟgines debent sibi eligere christū in sponsum: q̄ se in euangelio assimilat grano tritici ⁊ sic ꝟgines sunt spōse christi ⁊ regine celi. Uñ in ps̄. xliiij. Astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato. Unde Augꝰ. Gaudia ꝟginū christi sunt de christo: cū christo: p christū: post christū: ꝓpter christū. Item turtur quādo perdit maritum tunc nunꝙ̄ assumit sibi aliū: nec super ramū viridem amplius sedet: nec aquā puram bibit. Sic vidua postꝙ̄ perdit maritū debet eligere sibi statū viduitatis q̄ habet fructum sexagesimū: cū statꝰ mr̄imonialis hꝫ fructum tricesimū: ſ virginū habet fructū centesimū. Item turtur qñ perdit maritū tunc habet gemitū ꝓ cantu: sic vidue debent pctā sua deplangere: nec amplꝰ turpia ꝟba ꝓferre: ſ orationi insistere. Itē turtur caret felle: sic virgines ⁊ vidue debent eē mites ⁊ non iracūde exēplo marie que est mat̄ virginū ⁊ viduarū ⁊ omniū mulierū. Septima auis est grus et cōuenit famulis ⁊ ancillis ꝓpter ꝓprietates suas. Nā grues habēt regē cui oēs obediūt. Item habēt custodem ⁊ vigilem de nocte qui custodit regem cū ceteris. Et iste vigil a natura habet illam ꝓuidentiā ꝙ recipit lapidem in pedē dextrum ⁊ stat super sinistrum: ⁊ ꝙ̄ cito incipit dormitare tunc lapis cadit de pede ⁊ sic euigilat: ⁊ quādo aliquid audit tunc clamat; ⁊ sic omnes euigilant ⁊ euolant ⁊ euadunt periculū. Sic serui ⁊ ancille debent obedire dominis ⁊ dominabus suis in licitis et honestis. vnde apostolus ad Ephe. vi. Serui obedite dominis vestris sicut christo: quia christus dabit ipsis verum premium in celo pro laboribus suis. Item debent esse vigiles ⁊ diligenter custodire res dominorum suorū ⁊ pre oculis habere vt satisfaciant sponsioni quam fecerunt ꝓmouendo bonum dñorum suorum: ⁊ preueniēdo damnū inquantū poterūt. Ex quibꝰ patet ꝙ illi nō satisfaciūt ꝓmissionibꝰ suis q̄ furtiue subtrahūt ⁊ occulte comedūt: vel alijs ꝑsonis dāt res dñoꝝ suoꝝ ꝯtra voluntatē eoꝝ. ⁊ ipsi serui ⁊ ancille ⁊ etiā qui recipiūt ab eis tenent̄ restituere si volūt veram pniam de peccat̄ agere. q: nō dimittitur pctm̄ nisi restituat̄ ablatū. Quātū ad tertiam partē istiꝰ sermonis nota exēplū de quodam opario q̄ orauit ꝓ diuite ꝓ precio diurno: ⁊ sic diues saluatus ē. Hoc q̄re īfra in ꝓmptuario exēploꝝ. iij. L. Item quō in morte diuites quādoq̄ abijciuntur: ⁊ pauperes quandoq̄ exaltant̄. Hoc exemplum q̄re ibidem. xlix. P.

De duodeci fructibꝰ misse. Sermo. xlviij.

E Ecce ego vobiscū sum omni die vsq̄ ad consummationem seculi Math. xxviij. Johānes de sācto Geminiano dicit. Sicut corpus nihil valet sine societate anime ex eo ꝙ caret vita naturali: attestante Aristote. de anima. Egrediente anima de corpore corpus marcessit ⁊ expirat: ita anima nihil valet sine societate dei: ex eo ꝙ caret vita spirituali. Unde dicitur in decret̄. Deꝰ est vita anime. de pe. dis. i. Si quꝫ. Expedit ergo nobis ⁊ omnino necessarium ē ꝙ deus sit nobiscum. Tunc aūt deus erit nobiscum quando diligenter ⁊ deuote audimus missam. Unde dicit. Ecce ego ⁊c̄. Unde in p̄senti sermone dicendum est de duodecim fructibus quos quis consequitur qui deuote et diligenter audit missam: vt sic alliciātur grossi homines ad intrandum ecclesiā qui stant in foro vel in cemiterio: et raro audiunt missam: etiam in diebus dominicis. Primus fructus est ꝙ quantum spacium terre si homo interim transiret ⁊ totum daret in elemosynam; non tantum prodesset sicut deuota auditio vnius misse. Quid tunc quando in vno die quattuor vel sex audit. Si quis daret vnum pratum vel vnum agrum propter deum: talis putaret se magnum opus fecisse. Modo infra celebrationem vnius

misse posset quis ptrāsire plura prata: vl' plu
res agros. O quot missas neglexisti de mane
diu dormiēdo: in cemiterio vel in foro stādo:
vel in taberna sedēdo tēpore diuinoꝝ. Secū
dus fruct⁹ ꝙ angeli delectabilr̄ morant̄ cum
illo hoīe ⁊ sollicite eū custodiūt: qr ipse fecit se
socium ipoꝝ angeloꝝ in assistēdo ⁊ laudādo
regē angeloꝝ ⁊ hominū. Ambros⁹ sup Luc.
Non dubites assistere angelos qñ assistit chri
stus in altari. s. qñ immolat̄. Vñ angeli custo
diūt illo die hoīem illū quo die audit missam
vbicūqꝫ locoꝝ in mēsa: in lecto: in cāpo: in la
bore. Et sic erit melius custodit⁹ illo die i cor
pore ⁊ in aīa. ps. xc. Angelis suis de⁹ manda
uit de te ⁊c̄. Terti⁹ fruct⁹ ꝙ q̄ in venialibus
peccatis est ⁊ deuote visitat ecclīam audiēdo
missaꝫ: venialia peccata sibi dimittunt̄: ⁊ hͦ fit
multiplicit̄. Primo cū intrat ecclesiā ⁊ deuote
recipit aquā benedictā. vt habet̄ de conse. dis.
iij. aquā sale. Secūdo dicendo. Cōfiteor cum
sacerdote illi qui sciunt. Tertio quotienscūqꝫ
audit nomē iesus vel maria in collecta: ī epi
stola: in euāgelio: ⁊ deuote flectit genua: percu
tiendo pectus suū: totiens dimittunt̄ sibi pec
cata sua venialia. Quarto in eleuatiōe qñ vi
det corpus christi eleuare in missa: q̄ significat
eleuationē christi in cruce: ⁊ sic deuote percu
tit pectus suum. Quinto post eleuationem ⁊
post memoriā defunctoꝝ quando sacerdos di
cit. Nobis quoqꝫ peccatoribus ⁊ sic etiam cuꝫ
sacerdote percutit pectus suū. Sexto in sum
ptione corporis christi: quādo sacerdos sumit
corpus christi: ⁊ laudabile est ꝙ nola paucis
ictibus pulset̄. ⁊ cum sic qs deuote percutit pe
ctus suum: tunc etiā venialia sibi dimittūtur
Septimo in fine misse quando deuote recipit
benedictionem de manu sacerdotis. Octauo
qñ post missam recipit aquaꝫ benedictam de
manu celebrantis. Nono quot pat̄ noster in
fra illā missam orauit siue etiam alias: tūc pro
pter quodlibet pater noster dimittūtur veni
alia peccata. vt habet̄ in decret̄. de peni. di. iij.
De quotidianis. Ex quo oēs sumus in peccatꝭ
venialib⁹. Prouer. xxiiij. Septies in die cadit
iustus ⁊ resurgit. Unde etiā in decret̄. Om
nis homo habet peccata venialia. de peni. dis.
i. Medicina. ⁊ c. Tres aūt. Tunc libenter de
bemus audire deuote missam vt nobis pecca
ta venialia dimittant̄. Item sciendū ꝙ plura
venialia vel pauciora dimittūtur ꝑ illa iā di
cta ſm deuotionē audientis missam. Quar
tus fruct⁹ ꝙ qui in peccatis mortalib⁹ audit
missam ⁊ presens est in ecclesia cū christ⁹ im
molatur in altari qñqꝫ añ finē misse deus re
cipit eum ad gratiam: indulgēdo sibi oīa pec
cata sua mortalia. Vñ Henric⁹ de Hassia su
per Gen. Christus in terra degens nulli mise
ricordiā denegauit fideliter petēti. Hoc patet
in latrone cui dixit in cruce. Hodie mecū eris
i paradiso. Similiter i bt'a maria magdale
na cui dixit. Luc. vij. dimittūtur tibi pctā tua
Nunqd equale vel mai⁹ ē nūc inuisibileꝫ fide
credere putem in eucharistia iesum christum
marie filiū: ⁊ in pñtia ipi⁹ q̄ veracit̄ pñs est i
altari ipm corde cōtrito ⁊ hūili inuocare. vi
detur ꝙ nihil refert quo ad effectuꝫ grē ⁊ ve
nie cōsequēde. Et hoc idē vult illud dictū euā
gelij Joh. xx. Beati q̄ nō viderunt ⁊ credide
rūt. Querit̄ vtrū peccator debeat intrare ec
clesiā ⁊ missam audire. Rñdet̄ ꝙ sic. etiam
quātūcūqꝫ magn⁹ peccator: nisi eēt excōicatus
aut interdict⁹. Nā excōicat⁹ maiori excōicatio
ne nō debet intrare ad ecclesiā nisi ad sermo
nē: ⁊ finito sermōe statim exire tenet̄: ⁊ sic ex
eundo dꝫ cogitare ꝙ nō est dign⁹ cuꝫ ceteris
christifidelib⁹ stare in loco sancto: nec etiā in
futuro cū sctis ⁊ angel' in celo: ⁊ oꝫ eū carere
fructu isti⁹ misse ⁊ oīuꝫ missarū ⁊ orōnū ⁊ in
dulgētiarū: ⁊ oīuꝫ bonoꝝ q̄ hodie fiūt in toto
mundo ⁊ est quasi mēbruꝫ abscisum a capite
i. a christo: ⁊ a mēbris christifideliū: sic ꝙ nul
lus audet sibi loqui: nec comedere: nec bibere
nec quouis modo sibi participare. Vñ dicit̄
in decret̄. Cōmunicans excōmunicato indebi
te: excōmunicationem incurrit. xi. q. iij. Preci
pue. Sed excōmunicatus minori excōmuni
catione potest ecclesiam intrare ⁊ missam au
dire: sed ad osculum pacis nō debet accedere
nisi sit absolutus a minori excōmunicatiōe: ⁊
suus ꝓprius sacerdos potest euꝫ absoluere a
minori excōicatione quam incurrit participā
do cum excōmunicatis publice denunciatis.
Ex iam dictis patet ꝙ bonū est grossis pecca
toribus intrare ecclesiam ⁊ audire missam et
sermonem. Unde Criso. Multis infunditur
gratia in pñtia corporis christi. Sed diceres
quomodo possum hͦ cognoscere ꝙ deus indul
sit mihi peccata mea. Hoc quere supra sermo
ne. v. parte. iij. Quintus fructus est ꝙ qui pñ
sens est misse pōt quotidie spūaliter cōicare.
Sed quō quis cōicat spūaliter. Rñdetur
ꝙ quandocūqꝫ quis deuote audit missam exi
stens in gratia ⁊ sine pctō mortali: ⁊ habet af
fectū ad sacramentum percipiendum: ⁊ cogi
tat in corde suo. O pie dñe iesu christe ꝙ libē
ter vellem te hodie suscipere in sacramento

altaris. si heu nō audeo accedere. q: timeo te offendere ꝑpter indispositionē meā. attamē supplico tibi ex toto corde: quaten⁹ mihi hodie etiā misericorditer velis impertiri illā gratiā quā percepturi sūt isti deuoti hoīes q hodie in ecclesia dei te digne in sacramento altaris recipiūt. ⁊ sic talis spūaliter cōicat. vñ Aug. Crede ⁊ manducasti. Et talis q sic cū magno desiderio ⁊ deuotiōe audit missaȝ maiorē gratiam interdū pōt cōsequi ꝙ ille qui etiā eadē die ad sacramētuȝ accessit. imo ꝙ ipse sacerdos celebrans missaȝ. q: sacerdotes qñq3 nō sunt ita bñ dispositi ⁊ deuoti: si distracti ⁊ indeuoti. Sextus fructus est q p̄sens est misse magis ꝑticeps erit eo die omniū bonoꝝ que fiunt in ecclesia dei ab oīb⁹ xp̄ifidelib⁹ in toto mundo. ps. cxviij. Participē me fac de⁹ oīum timentiū te. ⁊c. Nam iste est articul⁹ fidei: credere sanctorū cōionē. id est credere ꝙ qlibet existens in gratia habet quottidie participationē omniū missarū: elemosynarū: ieiuniorū ⁊ generaliter omniū bonoꝝ que fiūt in mundo. Sed diceres. Unde hoc. Rñdet ꝙ vnio ⁊ charitas fraterna facit hoc. Unde Berñ. Charitas largissima omnia facit cōia. sed hic ⁊ in celis. attamē vn⁹ est plus participabilis ꝙ alius. q: qui est dispositior ⁊ ꝓpinquior capiti. i. christo. plus participat. Modo audiēdo missam erit hō magis perceptibilis. ⁊ de hoc merito quisq3 gaudere debet quia multi sunt adhuc boni homies in mūdo q fideliter seruiūt deo: ⁊ multa bona opera faciunt: quia si boni nō essent. de⁹ mūdū diu plagasset. si ꝓpter bonos parcit malis. Unde Gen. xviij. Si decem iusti inuēti fuissent in sodomis. dominus ꝓpter decē pepercisset sodomitis. Septimus fruct⁹ est ꝙ oratio tua citi⁹ exauditur in ecclesia ⁊ in p̄sentia dei. ⁊ etiā oratio sacerdotis celebrātis. q: quilibet sacerdos in qualibet missa tenet orare ꝓ circūstantib⁹. Hoc pat3 in canone in missa vbi dicit. Et omniū circumstantiū quorum tibi fides cognita est ⁊ nota deuotio ꝓ quib⁹ offerim⁹. Et etiam orationes sanctorū ⁊ angeloꝝ. Nam pie credendū est. ꝙ sanct⁹ iste vel illi de quib⁹ legit missa imo angeli qui p̄sentes sūt in speciali orāt pro celebrāte ⁊ circūstantib⁹. ⁊ tales orationes citius exaudiunt. Octauus fruct⁹ ꝙ anime ꝓ quib⁹ celebrat. vel etiam ꝓ quib⁹ circūstantes orant habēt ex hoc speciale solacium sm Aug. in enchiridion. ⁊ sm Greg. in dial. Quod etiā cōfirmat btūs Berñ. dicens. O quātū ⁊ mirificū donū de dei misericordia ꝙ nunꝙ celebrant diuina misteria quin sibi cōcurrant duo ꝟtuosa opera. sc3 vnius peccatoris cōuersio: ⁊ vni⁹ anime a penis liberatio. Oblatio euchari stie est maximū sacrificiū. vnde btūs Alexāder papa. Nihil in sacrificijs maius esse pōt ꝙ corpus ⁊ sanguis xp̄i. Exēplū de aīa illa que per vndecim ānos debebat in purgatorio puniri. ⁊ per vnā missam fuit liberata. Item aīa cuiusdaȝ que per tres missas de purgatorio fuit liberata. Hoc exēplū quere infra in ꝓmptuario. v. P. Non⁹ fruct⁹ sm Ansel. ꝙ vna missa in vita hoīs cū deuotione audita plus valet ꝙ mille post morteȝ. sc3 quo ad premiū essentiale. ⁊ cū hoc etiaȝ purgatoriū illius hoīs qui cum deuotione audit missam minorat. Unde de vtilitate misse dicit Chryso. Tātū valet celebratio misse ꝙtū mors christi in cruce. Unde Tho. de aquino In qualibet missa inuenit oīs fruct⁹ ⁊ vtilitas quā xp̄s in die parasceues operat⁹ est in cruce cū morte sua. Et eandē gratiā ⁊ fructū qlibet deuot⁹ qui digne cōicat pcipit. Et firmiter sperandū est ꝙ etiā ille qui deuote audit missaȝ. ⁊ sic spūaliter cōicat etiā pcipiet. Decimus fruct⁹ sm Bedā. Mulier pregnās que interest misse deuote si cōtingit eā eadeȝ die parere. sperandū est ꝙ de⁹ letificabit eam in partu. ⁊ angeli custodiāt sollicite matrē cum fetu. Et mulier pregnās infra missam debet deuote inuocare beatā ꝟginē Mariā matrē xp̄i ꝙ impetret sibi a filio suo dño nostro iesu xpo vt letificet in partu. sicut ipsa fuit letificata qñ peperit filiū suū. ⁊ nō credere in litterā que noīat longitudo xp̄i. ⁊ ad supstitiones vetularū circa parturiētes. Undecim⁹ fruct⁹ est sm Ambro. Quicqd homo illa die comedit plus cōuenit sue nature post auditionem misse ꝙ aū. Ergo laudabilis consuetudo est nō comedere nisi audita missa. Insuper ꝓsperabit illa die in labore. in artificio. in emptionibus. in peregrinatiōib⁹. ⁊ dñs cōfortat eū3 i corpore ⁊ aīa. ⁊ necessaria vite habebit. nec erit pauperior anno elapso. etiaȝ si quottidie audiuit missam. Unde Math. vi. Primum querite regnū dei ⁊ iusticiā eius ⁊ hec omnia adijcient vobis. Scit enim pater vester ⁊c. Exemplū de duob⁹ sutoribus. quorū vn⁹ quottidie audiuit missam ⁊ satis habuit cuȝ vxore ⁊ pueris. ⁊ alius raro audiuit missam. ⁊ laborauit in diebus festiuis: ⁊ tñ semper in egestate vixit cum sola vxore. ⁊ nullū pueruȝ habuit. ⁊ semper in debitis fuit. Duodecim⁹ fructus. si cōtingeret te illo die quo missam au-

faciã. qd enĩ mihi pdesse possit cõfessio tam
tarda. Illo itaqȝ indurato puella petiuit sa-
cerdotẽ: cui cũ multa cõtritiõe cõfessa est cri-
men: deinde ambo ligati ad stipitem sũt: vno
igne copioso circũposito. Mira ꝟtus confes-
sionis: mira clemẽtia saluatoris: clericũ despe
ratũ mox flãma deuorauit. puellã ꝟo nõ teti-
git neqȝ cõtristauit: neqȝ quicqȝ molestie in-
tulit. vincula tñ ei⁹ sicut legit de trib⁹ pueris
ignis cõsumpsit: ita vt libere deambulare pos
set. Uiso tãto miraculo iudices puellã inno-
centẽ estimãtes iusserũt vt exiret. Sicqȝ per
cõfessionẽ incẽdij illi⁹ euasit ardorẽ. Hec cesa
rius in dialogo.

Cõfessio liberat hoiem
a cõfusione tẽporali. Exemplũ. xxi.

f Fuit vir quidam q̃ su-
predictũ demonẽ audire nimis de-
siderãs pꝑter turpia q̃dã peccata
que cõmiserat appropinqre non audebat: ti-
mẽs sibi illa corã oibus improperari. Et ve-
niẽs ad sacerdotẽ cõfessus est vniuersa pctã:
tñ volũtate peccãdi retẽta. factusqȝ ex eadem
cõfessione securior ad domum redijt. Mira
res mox vt limẽ domus attigit ⁊ introspexit
demon in aere exclamauit. Amice veni. veni
huc: certe bñ te dealbasti. Et statim corã om-
nibus ibi existentib⁹ eũ cõfundens: pctã eius
turpia licet confessa pdidit. Et valde tristis
igit effectus: ⁊ conscientia accusante in se re-
uersus: ad sacerdotẽ redijt: cõfessionẽ reitera
uit: ⁊ que sunt gesta retulit. ⁊ quia de reliquo
emẽdatius viuere vellet corde pollicit⁹ est deo
⁊ sacerdoti. Tũc sacerdos mox inqt. Reuer
tere securus. nõ te cõfundet ampli⁹. ⁊ fecit sic
Intrante eo domũ quidã ex circũstantib⁹ di-
xerunt demoni. Ecce amicus tuus iterum ve
nit. Quibus ille rñdit. Quis est. Illi inquiũt
cui paulo ante tam turpia improperasti. Re
spondit demõ. Ego nihil illi improperaui: ne-
qȝ aliquid de eo mali noui. Et existimabant

demonem fuisse mentitū hi qui ipsius ignorauerūt cōfessionē. Sicqȝ per ỽtutē cōfessiōis ille euasit notam confusionis. Hec cesarius.

Mulier que obticuit peccatū in confessione ⁊ maria subuenit ei. Exemplum.xxij

Erat mulier q̄daȝ honeste cōuersatiōis. q̄ quis copulata habitu sclari: vitā tn̄ regularem duxit. Uerūtn̄ in adolescētia, qōdā flagitium cōmiserat qd̄ nulli ausa erat dicere p̄ pudore Sed dū sacerdoti cōfiteret̄ palliato crimine sic cōclusit. De oib⁹ que dixi ⁊ q̄ nō dixi reddo me culpabilē. Et frequēter hec dicēs suspirauit grauiter. Hoc tādē sacerdos cōsiderans callide tēptabat, crimē elicere qd̄ latebat. Et dū nō posset: monuit vt priori vicini monasterij suā cōsciētiā manifestaret seu reuelaret. ⁊ ipsi vt eā caute inuestigaret psuasit: s̄ nec ille aliq̄d ex ea extorquere potuit. Solebat tn̄ illa q̄si quottidie corā imagine vel altari beate marie ỽginis p̄dictū lapsū cū fletib⁹ aperire. Tādē cū sic mortua eet ⁊ cū exequijs filia ei⁹ q̄ in remotiori vico erat expectaret̄. At illa tandē veniēs cū vlulatu ⁊ fletu ⁊ gemitu sparsis crinib⁹ amplexata corp⁹ mr̄is clamaret. Heu mater: cur me miserā deseris: ita vt astātes ad fletū ⁊ ad lamēta cōuerteret. Statimqȝ aīa reuersa ē ⁊ mulier q̄si de sōno euigilans ait. Dn̄o iubēte reuixi. dissoluite velamina vt resurgā. Qua soluta sacerdos vocatur: crimē apit̄. q̄ ptin⁹ se intercessiōe beate ỽginis marie liberatā testāo. Cūctis aūt ad hoc miraculū cōfluētib⁹: ait. Ego tortoribus tradita ad penā trahebar: s̄ btā ỽgo Maria succurrēs dixit me ducētib⁹: cur suā ancillam ducere p̄sumerēt: ⁊ vt cito donec a dn̄o daretur sn̄ia me deponerent impauit. Quo facto: accedēs ad filiū suū orauit dicēs. O fili mi ne dānet̄ aīa illa q̄ suū corā me reatū deplorauit totiēs. Cui dn̄s. Nosti mr̄ q̄ sine cōfessione saluari nō pōt. s̄ quia tibi nihil negare possum: reuertat̄ ⁊ confiteat̄: ⁊ sic liberabit̄. Mox missus angel⁹ me reduxit. facta g̃ cōfessione reuertar. Quo dicto: signās se in feretro reclinato capite spū̄ econuerso exalauit.

Diabol⁹ inhibuit peccatori ne hoc peccatū amplius cōfiteret̄. Exemplū.xxiij.

Quidā vir multū venerabat̄ btām ỽginē mariā: attamen criminale quoddā pctm̄ cōmiserat qd̄ nūq̄ cōfessus fuerat: q2 puduit eū dicere Post multū vero tp̄is penitētia ductus quesiuit secretū locū ⁊ pfessus ē deo dicēs. Deus ppici⁹ esto mihi pctōri. ego cōmisi tale pctm̄ quod nūq̄ ausus fui confiteri alicui hoi p̄e pudore. hec cōfiteor tibi de⁹: ⁊ oro te vt ignoscas mihi illud. Cumqȝ ille meditādo diceret apparuit ei diabol⁹ in forma sacerdotis: ⁊ dixit. Quid meditaris: Qui ait. Ego multo tēpore celaui criminale pctm̄ quod puduit me dicere. Et dixit ad eū. Ego diuina miseratione ad te missus sum: ⁊ veni vt cōfitearis mihi. Et statim cōfessus est. Et dixit diabolus. Hoc iniūgo tibi vt hoc pctm̄ nūq̄ ampl⁹ confitearis: ⁊ credas tibi esse remissū. q̄ statim pmisit hoc se facturū. Cumqȝ vir ille veniret ad extremā horā vite angeli cōtēdebāt cū demonib⁹ p aīa ill⁹. ⁊ dixerūt demones. Scriptū est enī q2 dn̄s dicit. qualē te inuenio: talē te iudico. s̄m hec dicta noster est. quia in peccato mortali inuētus est. Et suscipiētes aīaȝ duxerunt ad inferos cum gaudio. Cūqȝ venissent ad portā īfernu occurrit eis btā virgo Maria: ⁊ dixit. Quia dolose decepistis eum ne confiteret̄ mortale peccatū quod cōmiserat: p̄cipio vobis per tremēduȝ diē iudicij vt aīam eius ad corpus reducatis. vt illud peccatū qd̄ se sperabat p illusiōes vestras emēdasse recipiēdo vitam emendet. Qui statim aīam reduxerunt ad corpus ⁊ reuixit: ⁊ plene cōfessus est ⁊ deo satisfecit. Hec Arnold⁹.

Mulier nobilis que non plene confessa est. Exemplum.xxiiij.

Duo fratres erāt quorum vnus erat penitētiarius dn̄i pape: alter vero innocēs ⁊ pius. ⁊ discurrebant ad predicandū. Tandē recepti sunt semel in quodā castro cuiusdam nobilis matrone vbi celebrauerunt. Ubi gauisa dn̄a illa cogitauit dicens. nequaq̄ oportet te hos formidare nec verecūdari. secure poteris hos cōfiteri: cū sint peregrini ⁊ ignoti. Et sic vni eorū duȝ cōfiteret̄: ad singula peccata de ore eius exiuit bufo pessimus: egrediebat̄ etiam ab ecclesia saltando. Tandē enorme peccatū dum cōfiteri voluit: de ipsi⁹ ore terribilissim⁹ draco caput suū emittere cepit: exire tn̄ non valuit. q2 verecūdia deuicta illa crimen celauit. Ideo bufones omnes antea expulsi cum terribili dracone redeuntes in os eius: intrauerunt vt prius. Fratrib⁹ aūt recedētib⁹ narrauit iunior penitētiario illi quō tantā seriē vidisset in spū. Cū territ⁹ penitētiarius ad

dñam rediit e hortādā: quā desunctā inuenit. Un̄ cōtristati fr̄es: ieiuniis et orōnib⁹ sedule institūt donec die tertia nobilis defuncta apparuit illis: draconē horribilē eq̄tādo. cui⁹ collum duo crudeles serpētes amplexando cingebāt: et vbera ei⁹ sugēdo dentib⁹ diripiebāt. cui⁹ etiā oculos duo bufones horribiles possidebāt. et ex ipsi⁹ ore ignis sulphure⁹ fetidissimus emanabat: fetore itolerabili plenissim⁹ Eius etiā man⁹ a duob⁹ magnis canib⁹ deuorabāt: et ei⁹ aures sagittis igneis replebant. cui⁹ etiā caput lacerte venenosissime corrodebāt. Un̄ fr̄es territi corruerūt. Quibus illa. Amici dei oīpotētis ne timeatis. nā ego quidē sum illa infelicissima multoꝝ petōꝝ vobis pridie cōfessa ficte et nō integre. q: vnū petm̄ qd cū cōsanguineo meo cōmisi verecundata in cōfessiōe celaui. iō ꝑpetue dānata sū. Quā penitētiari⁹ ex pte dei et dn̄i nr̄i Jesu xp̄i adiurauit: primo qd illa pena significaret sibi innueret. R̄ndit illa. Capitis mei lacerte puniūt me ꝑ capitis superfluo ornamento. bufones oculoꝝ puniūt illicitos aspect⁹. silr̄ sagitte puniūt nepharios auriū audit⁹. silr̄ igne sulphureo puniūt os meū ꝑp̄ blasphemias et diffamatōes: et scurriles vanasq̄ cātilenas. et oscula turpia et vaniloq̄a: et imūda v̄ba a qb⁹ os meū nō cohibui. silr̄ ꝯ illicitos et impudicos meos tact⁹ et amplex⁹ serpentes vbera mea sugūt et mordēt: et cingūt meū collū. Canes v̄o manus meas corrodūt q̄s extēdi ad nutriēdū ipos canes et subtrahēdo paupib⁹ xp̄i. et q: eas anulis et gēmis luxuriose ornaui. Nūc etiā crudelissimū draconē eq̄to ꝯ cōcubitos luxuriosos: a q̄ viscera et muliebria mea intolerabilr̄ cōburūt cū tibiis genib⁹ et femorib⁹. Cui penitētiari⁹ ait. Que sunt petā qb⁹ hoīes plures dānāt. R̄ndit illa. Hoīes masculini sex⁹ cūctis petis mortalib⁹ dānant. mulieres v̄o p̄cipue ꝑpter q̄ttuor gn̄a petōrū dānāt. s. lingue. et ornat⁹ supflui. sortilegii. et ficte cōfessiōis ꝑpter nimiā verecūdiam. Req̄sita v̄o an suffragiis iuuari posset: horribiliter r̄ndit. Nō. Et subito draco terribilr̄ cruciās eam ad infernū traxit. et sic euanuit.

Castigatio corporis non prodest sine confessione. Exemplum. xxv.

Virgo quedam puniuit seipsam arduis exercitiis: orādo: ieiunādo: vigilādo et flagellando seipsam. et demoniac⁹ risit: et eā subsānauit. Et sacerdos q̄siuit cur rideret: r̄ndit. Quia illa v̄go ē i petō mortali et puniēdo se ad infernū vadit: eo q nō ē cōfessa q̄dam occulta petā: et credit se satisfacere sine cōfessione. Et sacerdos indicauit ei q̄ a demone audiuisset. et ipa fatebat q sic eēt sic demō ei retulisset. Et postmodum plene est cōfessa et saluata.

Diabolus interrupit verba cōfitentis in extremis. Exemplum. xxvi.

Fratri cuidā infirmo terribilis equ⁹ apparuit: q̄ pedib⁹ posteriorib⁹ caput ei⁹ et faciē cōq̄ssabat. Cūq̄ ille clamaret. o fr̄es succurrite et ꝑpter deū amouete a me illū equū maximū q̄ me calcib⁹ suis intūdit. accedit ad eū abbas. Et cū inquisisset cām clamoris: ille q̄si digito ōndit equū q̄ eū cōtinue infestabat. Tūc abbas aq̄ bn̄dicta locū aspergit: s̄ nihil ei profuit. tādē hortat⁹ ē eum ad cōfessionē. Qui cū incipet cōfiteri liberabat ab infestatiōe equi s̄ mox astitit ad caput ei⁹ diabol⁹ in spē viri. et interrupit cōfessionē eius. Ad quē cōuersus frat infirm⁹ ait. Quid me impedis: aut dic qd volo dicere: aut sine me dicere. Cūq̄ interrogaret ab abbate cui loq̄ret: ait. Ecce q̄dā vir quē ignoro dicit oīa mala q̄ gessi. sic q narrat vt me ea ꝑferre nō sinat. v̄ba dicit s̄ me loquētē impedit. Abbas ipsum diabolū eē intelligēs: hortabat frēm plene et perfecte cōfiteri. Tādē cōfessiōe terminata et absolutione pcepta ab oī impedimēto liberat⁹ ē. et aliquātulū supuiuens vitam in pace finiuit.

Obstinatus quidā noluit confiteri: et dixit infernum non esse. Exemplū. xxvii.

Princeps quidā duxit malā vitā. quē cū hortaret vxor ei⁹ ad ꝯfessionē: dicebat. Nō possū confiteri: q: timeo q grauis penitētia det mihi. Cui vxor. Et quomō sustinere poteris penas inferni q̄ grauiores sūt q̄ aliq̄ pene hui⁹ mundi. Cui ipe. Putas q infern⁹ sit. sacerdotes enī ista adinuenerūt vt timeāt. Que vidēs q nihil pficeret circa eū: dimisit eū i pace. Quadā nocte cū iaceret in stratu suo demones venictes: et accipiētes ipsum de lecto suo ad infernū deportauerūt. Uxor ei⁹ vidēs hoc: quia sancta mulier erat: orauit deū vt sibi reuelaret statū viri sui. Et ecce mane surgēs corp⁹ viri sui inuenit q̄si titionē denigratū: et in manu lr̄am in qua erat scriptū. Jā certificat⁹ sum q infern⁹ est: et timor quē habui ad agendum penitentiam me illuc deportauit.

Religiosus quidā dedit oīa sua bona opa p peccatis hoīs obstinati. Exēplū. xxviij

Peccator magnus mul latenᵒ volēs cōfiteri. Tādem vxor eiᵒ vidit duos frēs ire ante domū suā: quos ad se vocauit et dixit. Uidete dilecti frēs si aliquo mō potestis virū meū ad cōfessionē inducere. Ad quē cū accessisset frat senior nihil pfecit. tandē accessit alter q dixit ad eū. Cuiusmōi hō fuistis vos. Rūdit ille. Ego mercator fui. Cui frater. Et velletis hodie facere forū in q mecū lucremini cētū marcas adhuc añ vespas. Rūdit ille. vtiqꝫ. Cui frat. Mos ē vt qui vendit vel emit oportꝫ ut ostēdat rē quā vēdit suo emptori. ego aūt faciā vobiscū forū hodie: et do vobis oīa mea bona opa q vnqꝫ feci in ordine meo. q sūt ieiunia. orones. et pdicatiōes. et oīa q feci. hec habete oīa p oībᵒ pctis vrīs. mō ostēdite mihi pctā vrā. Tūc ille incepit oīa dicere q fecit. Et cū ille audisset assignās oīa bona voluit recedere. quē ille cū lachrymis tenens p plicā: rogabat dicēs. Dñe dilecte illud forꝫ sit mō pmo audite meā ɔfessionē. Et tunc cepit cū tātis lachrymis ɔfiteri qꝫ oēs stupebebāt de tā subita mutatiōe qꝫ illud cor tā durū ita cito mollificatū fuit per istū ignē spūssancti.

Qui scienter querunt simplices confessores. Exemplum. xxix.

Erat quidam magnᵒ petōr q ɔsuit cecū cōfessorē p tres leucas: et vt eū nō posset vidē vl cognoscere. Et tales q sic q̄rūt simplices cōfessores relicq bonis: sīles sūt pditori iu de. qui q̄ penituit nō fuit cōfessus melioribᵒ sacerdotibᵒ. s. aplīs. s phariseis q erāt pncipes sui criminis dicens eis. Matth. xxvij. Peccaui tradens sanguinē iustū. In quibᵒ nil consilij vel auxilij īuenit: s augmētū magnū sui doloris et sue desperatōis cū ei dixerūt. Quid ad nos: tu videris. Querat g cōfitēs bonū ɔfessorē et sapiētē q discernere sciat inter leprā et leprā. q sic peritᵒ medicᵒ varijs infirmitatibᵒ sciat cōpetētes ꝓpas adhibere medicinas Alioquin si secus. secū ducat et c. Matth. v.

Item plura exempla de confessione quere in discipulo de tempore.

Filia regis que a scriptore suo ɔcepit puerum quē necauit et semper in confessione obticuit: et sic damnata est. Hoc quere in discipulo de tempore sermone. xliij. T.

Itē mulier que vendidit ferrū et in cōfessione dixit bona opera sua. sermone. cxi. C.

Duo mercatores cōfessi sūt qꝫ sine mēdacio nō possent vēdere. q̄re smone. cxxxiij. Q.

Confirmatio.

Cecus non confirmatus custodiebat vaccas. Exemplum. xxx.

Erat in villa quadam cecᵒ qdā q et vaccas totiᵒ ville i pascuis custodiebat. repellebat a frugibᵒ: et ad certa loca pascuis vberiora ducebat. et qd maioris erat pdigij colores et staturas singularū vaccarꝫ spālit discernebat. Ubi grā. ut si qs vaccā talis coloris ab hoīe petiuisset: sine difficultate vaccā appbēsam cornibᵒ sibi obtulit. Ad locū aūt illū cū qdā epūs puenisset: et de ceco illo audiuisset talia et pbasset: q̄suit ab illo si ɔfirmatōis sacrm ab epo suscepisset. Et ille. nō iqt. Nec mora epūs ɔfestim ɔfirmauit cecū. et mox ab eo vaccarū discretio ē ablata. qm̄ demonū opatōe h fiebāt Hec Guill. in lib. de apibᵒ.

Cōsiliū.

Consiliū diaboli est fugiendū. Exem. xxxi.

Erat quidam bonus vir et simplex valde: cui diabolᵒ in spē et visiōe angelica apparebat et dixit. Diuersis qdē volūtatibᵒ fluctuās: et qd facere debeas ignorās. in hoc ergo missus sū ad te vt ampliᵒ meo fruaris ɔsilio: et oē aliud cōsiliū post ponas. q̄cūqꝫ aūt hora pderis me cōsilio meo et clara visiōe mea carebis. Hūc cū astutᵒ tēptator in familiarē assūpsit sibi: ei psuasit et eū inclinauit vt seipsū deo offerret. et vitā ppriā sibi ppter deū auferret: occidēdo seipsū in dei sacrificiū. Sed miseratio dīna cū pueuit: et tali remedio eū liberauit. Erat in vico eiᵒ vicinus senex. sagax ingenio expertus multa: cui ille confiteri consueuerat priusqꝫ in laqueū diaboli incidisset. Hic ut vidit hoīem solitariū incedere et absentātē se ab oī societate bonorū: alloquebat cū in hūc modū. Miror charissime curᵒ tādiu fruaris cōsilio et mutatis pstinis moribᵒ nec cōfiteri video: neqꝫ loq cū spūalibᵒ viris. neqꝫ pdicationē ecclesiasticā frequentare. videas ergo ne decipias teipsū et irretiaris laqueis diaboli tēptatoris. et ego qdē te simplicē noui et facilē: q te solū et puatū cōsilio callidᵒ hostis eli dat et nō habeas subleuātē. Ad cuiᵒ vbo hō mox rubore perfusus credebat illi que gesta sūt p spm̄ patuisse. Cōmotusqꝫ et effusus in

lachrymas arguenti se totā cōsciētiā patefe-
cit. Nec mora cōsilio illi⁹ a tēptatiōe solut⁹ ē: τ
per cōsequens a tēptatore. Hec Guil.

Dans scienter malum consilium redūdat in ipsum. Exemplum.xxxij.

Quidam artifices ad multiplicandū lucra vel ꝓpter fauorē potentū subtilitatē suā conantur etiā ostēdere in nouis adinuentiōib⁹ que sunt in preiudiciū aliorū. Itē plerūqꝫ ex permissione diuina sup ipsorū capita reuertunt. Unde refert Orosius ꝙ tempore quo Ualerius crudelis mente in Sicilia tyrannidem suā contra xpianos ꝓpter fidē catholicā exercuit. Quidā artifex cupiēs ei placere eneū thaurū fecit: cui fabrice ianuā in latere thauri posuit: ad intrudendos xpianos vt inclusi ibi subiectis ignibus torquerent in thauro. τ propter concauitatem magis mugire ꝙ voces humanas prodire audirētur. quod fecit tyrānus sic fieri. s ex ordinatiōe diuina ipsū artificē primitus intrusit τ ignem magnum supposuit: volens audire mugitū suū. Et sic malum consiliū in caput suum redundabat.

Consuetudo.

Lubricus quidā abstinuit per mensem τ iterum per mensem. Exemplum.xxxiij.

Quidam hō lubricus qui inductus a suo confessore vt sibi ipsi vim faceret: τ saltē per vnū mensem resisteret illi vitio: τ contineret se a fornicatione: τ tunc rediret ad ipsum. qđ ille ꝓmisit τ fecit. Cum autē fuisset reuersus ad confessorē suū: iterū rogauit vt a pctis abstineret p mēsem aliū τ iterū rediret ad ipsum. qđ τ fecit. Cūqꝫ fuisset reuersus τ interrogatus a confessore quō se iam haberet: dixit se minus passionari a vitio luxurie. Iterū confessor obtinuit longius spacium continendi. Qui vltimo reuersus dixit amplius velle caste viuere. quod τ fecit. Unde Aristoteles de regimine principum. Mutatio cōsuetudinis non erit subita: sed successiua.

Item in discipulo de tēpore.

Cardinalis qui ex rogatu sancti bernardi abstinuit pmo a pctis p tres dies: τ postmodū per quattuor. τ sic de alijs. Hoc quere in discipulo de tempore sermone.cxxi.H.

Contritio.

Scholaris quidam scripsit peccata sua in cedula. Exemplum.xxxiiij.

Erat quidam iuuenis in studio parisiēsi q̄ suggerēte hūani generis inimico talia qdā pctā cōmiserat: q̄ obstāte erubescētia nulli hominū cōfiteri poterat. Cogitās tn̄ q̄ tormenta malis sūt parata τ q̄ bonis ostendēda sūt gaudia perhenis vite: timēs qttidie iudiciū dei sup se venire int⁹ torquebat remorsu cōscie: τ foris tabescebat in corpe. Quid plura. Tādē miserante deo in adolescēte timor ille seruilis verecūdiā vicit. τ sicut seta filū: sic charitatē i cor ei⁹ τ aīam introduxit. Ueniēsqꝫ ad sanctū victorem τ priorē eiusdē cōuentus vocauit: qr cōfitendi grā aduenisset indicauit. Ille paratus ad tale officiū sicut oēs frēs sūt eiusdem monasterij. statimqꝫ venit in loco deputato ad hoc sedit: ꝓmissaqꝫ exhortatiōe iuuenē cōfiteri volētē expectauit. Mira res. tātā in hora eadē pius dn̄s cui⁹ natura bonitas: cuius voluntas ptās est: cui⁹ opus misericordia est: cordi ei⁹ cōtulit cōtritionē: vt quotiēs confessionē inciperet: totiēs singultib⁹ intercepta vox interciperet. in oculis lachryme. suspiria in pectore. singult⁹ erāt in gutture. Hec vt prior vidit: dicebat scholari. Uade scribe pctā tua in cedulā τ defer ad me. Placuit consiliū iuueni abijt τ scripsit. Die altera rediit: τ si posset cōfiteri iterū tēptāuit vt prius defecit. Et cū nihil ꝓficeret: cedulā priori porrexit. legit prior τ obstupuit: dixitqꝫ iuueni. Nō sufficio tibi solus dare cōsiliū: vis ostendā abbati. τ licentiauit eū. Uenit itaqꝫ prior ad abbatē τ porrexit cedulā ad legendū: rem ei per ordinē exponēs. Quid deinde gestū sit audiāt pctōres τ cōsolent desperati. Mox vt cartulā ad legēdū aperuit: totā ei⁹ scripturā deletam inuenit. Impletūqꝫ est in eo qđ dn̄s p Esaiā ꝓphetā dicit. Delebo vt nubē iniquitates tuas: τ vt nebulā pctā tua. Et ait abbas priori. Quid legā in cedula ista: qr nihil in ea scriptum est. Hec vt prior audiuit cedulā simul cū abbate inspexit. dixitqꝫ ad illū. Sciat p certo ꝓnitas vestra supradictū iuuenē in hac cedula scripsisse peccata: τ cum a me fuisset lecta: vobis eā donaui legendā: sed video ꝙ misericors deus qui maximā illius iuuenis cōtritionem attendit: culpā eius sufficienter puniēā iuste deleuit. Deletio eni scripti absolutionē significat totius peccati. Et vocātes scholarē ostenderūt ei cedulā: dicentes ei pctā diuinit⁹ esse deleta. Quā cū perspexisset τ ex signis plene cognouisset: in tantū cor ei⁹ ex magnitudine

gaudij est dilatatū inquātū prius magnitudine tristicie fuerat angustiatū. ⁊ nulla ei iniungētes satisfactionē: sꝫ monuerūt quatenꝯ deo de perceptis bñficijs grās ageret: atqꝫ de cetero cautius viueret. Hec cesarius.

Contritio iudeos elingues fecit. Exē. xxxv

c Anonicus quidam in anglia ⁊ cōsanguineus epi quādā puellā speciosaz iudei filiā ad amorē suū inclinauit. Ad cuꝰ amplexꝰ dū aspiraret: ⁊ nimis estuās eā quotidie ad cōmixtionē sollicitaret. Rñdit illa. Patri meo multū sum dilecta qui tātū me custodit vt neqꝫ ego ad te: neqꝫ tu ad me venire possis: nisi in nocte sexte ferie q̄ pascha vestrum p̄cedit. Tūc enī iudei laborare dicūt q̄dā infirmitate qui fluxꝰ sanguinis dicit. circa quā occupati alijs tūc minꝰ intēdere possūt. Juuenis hoc audiens ⁊ ob amoris nimietatē xpiane religiōis pene oblitꝰ: ⁊ imēo: dñice passionis eadē nocte ad virginē venit: ⁊ vsqꝫ ad matutinū cū illa dormiuit. Judeꝰ vo pater puelle añ lucē cū lumine cubiculū intrās venit cū lumie ad lectum filie volēs videre quō iaceret: vel si forte operiri necesse haberet. Videns aūt ad latꝰ eiꝰ iā dictū iuuenē cubātē: expauit ⁊ tremuit: occidere vtrūqꝫ cogitās: Cognosceꝰ tñ ꝙ esset cognatꝰ epi: timore illiꝰ manū cohibuit: ⁊ cum multa ira exclamauit. Quid facis hic o male xpiane. vbi est fides tua. vbi est religio tua. traditꝰ es iusto iudicio dei in manꝰ meas. ⁊ si nō timerē dñm meū epm: mō occiderē te. Ille timēs ⁊ veniā postulās cū maxima cōfusione vt dignum fuerat eiectus est. Die igit̃ eadem cū epūs solēne officiū ad nonā esset celebraturꝰ: ⁊ iuuenis idē vtpote ebdomadariꝰ eplam esset lecturꝰ timuit cū tā immunda conscientia ad sacrū ministeriū accedere: timuit ꝓpter notā vicē suā alteri cōmittere. timuit tā turpe pctm̄ tā recēter pactū p confessionē apire. victꝰ pinde erubescētia sacris vestibꝰ indutꝰ cū corā epo staret in loco suo: tunc supradictꝰ iudeꝰ cū multitudine iudeorū stipatus cū magno strepitu intrauit ecclesiā: epo de cognato volens facere q̄rimoniā. Quē vt iuuenis vidit ⁊ bñ intelligeret ad q̄d veniret cepit timere: pallere: tremere: ⁊ dicere deo in corde suo. Dñe deus libera me in hac hora: ⁊ ego tibi ꝓmitto ꝙ de cetero nō te offendam: imo de hoc pctō tibi satisfaciā. Creator piissimus q̄ odit culpā ⁊ diligit iusticiā: mox vt hominē cōtritū vidit, cōfusionem quā timuit in caput iudeoꝝ infideliū ꝯuertit. Mirāte epo q̄d q̄rerēt iudei in ecclia: maxime tali die q̄ xpiani dñi sui rep̄sentant passionē: innuit vt starēt. Illis vo amplꝰ eiꝰ p̄sētie se ingerētibꝰ: statim vt ora ad clerici accusationem aperuerūt: p̄uati sūt suis vocibꝰ ⁊ obmutuerūt. Videns epo ora iudeoꝝ ꝯtra hiantia ⁊ nulla verba ex eis resonātia: putās ꝙ ad hoc vēissent vt diuinis mysterijs illuderēt: cū indignatiōe oēs de atrio ecclie expelli p̄cepit. Clericꝰ vero diuinā in se expertꝰ clemētiā statim expleto officio accessit ad pōtificē: cōfessus culpā: suscepitqꝫ penitētiā. Epūs dñi miam admirans ⁊ glorificās tāti pre magnitudine miraculi: tñ ꝓ penitētia eidē cognato ꝑsuasit vt puellā a se deflorată p baptismi graz renouatā legitime duceret. malens illū, sicut vir pius ⁊ iustus ecclastico carere bñficijs: ꝙ illā mistis expositā piculis in paternis manere delictis. Clericus ergo nō ingratꝰ diuinis bñficijs satisfacere cupiēs deo ꝓ pctō cōmisso cōuersus ē. ⁊ postea in ordine nro similiter ⁊ eiꝰ instinctu puella vitā duxerūt. Ecce videos quātum bonū opata sit in hoīe illico cōtritio. lapsū erexit. iudeos elingues fecit: puellā infidelē ad fidem prouexit. Hec Cesarius.

Item alia exempla de contritione. Quere in discipulo de tempore.

Mulier que cōcepit a ꝓprio filio ⁊ postmodū ostendit se in camisia dño aplico Innocentio in signum obedientie ⁊ vere contritionis. Sermone. xliij. Q.

Itē miles q̄ peccauit cum filia ꝓpria ⁊ episcopus iniunxit sibi septēnē penitētiā ⁊ postmodū ꝓpter suā magnā cōtritionē diminuit sibi illam penitentiam vsqꝫ in vnū pater noster. Hoc q̄re in discipu. de tpe. s̄mo. xiij. F.

Malus homo q̄ dixit in agone. Deus tu scis volūtatē meam. quere sermo. xxxiiij. T.

Correctio fraterna.

Dulcis correctio fraťna ꝓficit mal. Ex. xxxvi.

q Uodam tempore abbas Macharius dum ad mōtem Nitrie ascenderet: discipulo suo vt parum precederet imperauit. Qui cū ante illū preiret: obuiauit cuidā sacerdoti idoloꝝ cursu cōcito venienti: ⁊ lignū grande portanti. Cui exclamans ait. Quo curris demō. At ille iratus tātis plagis eum affecit vt exanimē pene eum relinqueret. Et relicto eo sacerdos idolorum iterū currebat: ꝓgressusqꝫ parū obuiauit btō Machario: q̄ ait ad eū.

Saluer's laborator salueris. Et ille admiratus rñdit. Quid in me boni cõspexisti vt ita me saluteo. Cui senex ait. Ego vidi te laborãtē ꝛ currere ignoranter. Cui sacerdos dixit. Et ego salutatiõe tua cõpunct⁹ magis dei te fuũ cē cognoui. Nã alter nescio qs mirabilis monach⁹ mihi occurrẽs iniurias fecit: ꝯ ego illi plagas ꝑ ꝟbis ipsoui. Tũc tenẽs pedes Macharij: pclamabat dicẽs. Nisi me monachũ feceris nõ ꝯsutã. Pergẽtesqꝫ pariter: venerũt ad locũ in q̃ cesus frater iacebat. quẽ veri qꝫ tollẽtes: qꝛ gradi nõ poterat manib⁹ in ecclesiã ptulerunt. Cũ aũt ceteri frẽs vidissent sacerdotẽ illũ btm̃ Machariũ conitantẽ stupefacti monachũ eũ cũ admiratiõe pficiunt. Ac multi ꝓpter illũ ex paganis facti sũt christiani. Dicebat aũt abbas Machari⁹. Quia ꝟmo supbus ꝛ mal⁹ etiã bonos viros cõuertit ad malũ. ꝟmo ꝟo humilis ꝛ bonus etiam bonos mutat in melius. Hoc in vitaspatrũ.

Adolescens post obitum suũ regratiabatur correctori suo. Exemplum. xxxvij.

In mõasterio nigri ordinis

puer qdã nobilis tradit⁹ ē a parẽtib⁹ disciplinis regularib⁹ educand⁹. ꝛ qꝛ puer decor⁹ forma erat ꝛ alijs nãe dõis: ꝛ sup talẽ etatẽ moꝝ honorificẽtia grãosus Senioꝝ ꝛ maxĩe q̃ officijs pfuerãt puero vlt ꝙ necesse erat habẽas liberas relaxabãt Prior aũt q̃ couẽtũ sub abbate regebat: discretiori regimie vt etati ei⁹ ꝓdesse putabat ipsi poptime nature ĩ talib⁹ indulsit. qꝛ vt dicit pbs. Pueri nõ tm̃ monẽdi ĩ sũt ꝯ hortãdi. Aggressus est iõ aliquantulũ insolẽtẽ puerũ ꝟbis: interdũ ꝟberib⁹ etiã ab illicitis refrenare. qui puer ad oẽm informationem boni quasi mollis cera priuſ correptionẽ accipiẽs in adolescẽtẽ sctm̃ ꝛ pfectũ creuit. ꝛ circa. xx. annos etate finita mortu⁹ priori apparuit dicens. Tue correctioni grãs ago prior q̃ mecũ ꝓuidentiam hanc egisti ne insolentia puerili paulatim defluerẽ ꝛ tãdem ꝑuenirẽ in dãnationẽ. hec vt dixit anima beata tanto resplenduit fulgore vt vix in loco angel⁹ remaneret qui ab illo lumine experꝯ foret. Hec Guil.

Iuuenis charitatiue correptus valde profecit. Exemplum. xxxviij

Quidam iuuenis reli-

gionem ingressus ceteros peccatis suis scandalizabat: qui charitatiue correctus ab abbate intm̃ pfecit ꝙ charitatiuis obsequijs quotidie famulabaꝫ fratribus: ita vt etiã puluerẽ pedũ ipsorum deuote tergebat. In discipulo de tempore.

Duo frẽs in vno monasterio: vn⁹ fuit gratiosus ꝛ accept⁹: ali⁹ semp accusabaꝫ ꝛ corrigebaꝫ in capitulo. Et idẽ frater post obitum suũ statim iuit ad celum. ꝛ alter ad purgatorium. hoc quere in disci. de tpe. ꝟmo. lxiij. H.

Quidã monach⁹ rapt⁹ est ꝛ vidit duos plãtos accusari. ꝛ vn⁹ ex correptiõe emendauit se. ꝛ alter spreuit ãmonitionẽ ꝛ subitanee defunctus est. Hoc quere sermo. lxiij. E.

Crux sancta.

Signum crucis vincit demones. Ex. xxxix

Nobilis quidam erat

q̃ multa ꝓmisit Cypriano magro in necromantia ut sibi procuraret puellã noĩe iustinã: quã cõcupiuerat habere ĩ vxorẽ. Diabolus a cypriano iubeꝫ seducere puellã. Accedit diabol⁹ in spẽ nutricis ꝛ persuasit ei Illa sentiens se tẽptari muniuit se signo scẽ crucis. ꝛ statim diabol⁹ fugit ꝛ rediĳt ad cypriamũ. d. ꝙ nõ posset eã seducere. At ille vocãs fortiorẽ demonẽ ꝛ misit eũ: q̃ ĩ specie sororis accessit. ꝛ huic contigit sic p̃mo. Tandẽ misit magistrũ demonũ: q̃ accessit ad puellã in spẽ mrĩs: ꝛ cepit flere dicẽs se male tractandã. nisi nobili consentiat. mõstrauit mamillas quib⁹ eã lactasse dicebat. Tandẽ puella mltũ tẽptata signo crucis se muniuit: ꝛ cõfusus demon recessit. reuersus ad cyprianum oĩa per ordinẽ coact⁹ retulit. Quod audiens cyprianus: ait. Abrenũcio tibi ꝛ oĩb⁹ opib⁹ tuis. ꝛ credo in illũ cui⁹ crux tantã hꝫ efficaciã. credibile est eni ꝙ ipse habeat maximã ꝟtutẽ cui⁹ crux habet tãtã potẽtiã. Iratus demon volẽs cyprianũ apphẽdere ꝛ affligere ꝛ ille muniẽs se signo scẽ crucis demonẽ fugauit. Accessit aũt sctãm iustinã: ꝛ ꝓstrauit se ad pedes ei⁹ ꝛ retulit ei oĩa: ꝛ baptizat⁹ est ꝛ tãdẽ martyr xp̃i est effect⁹. Qui cũ ad passionẽ traheret a tortorib⁹: ãmonit⁹ vt nomen christi negaret ꝛ vitam sic saluaret. respondit hoc nõ posse fieri: quia nomen Iesu christi eẽt scriptũ in corde suo. Tortorib⁹ hoc experiri volẽtib⁹ cũ cor ipsi⁹ scinderẽt: inuenerũt ꝑ modũ crucis aureis lrĩs nomẽ Iesu xp̃i. ꝛ hoc in oĩ scissiõe: siue in longũ siue in trãsuersum. Et idẽ martyr cyprian⁹ in vniuerso mũdo in omnib⁹ missis quottidie nominatur.

Puella quedam cũ lactuca comedit diabolum. Exemplum. xl.

p Uella quedā in hortū ingressa que lactucā cōspiciēs cōcupiuit eā: et sig crucis oblita bñdicere auide momordit: sꝫ arrepta a diabolo ꝓtinꝰ cecidit. Cūqꝫ sic vexaret sancto eqtio nūciatū est vt veniret cōcitꝰ et orādo succurreret: moxqꝫ hortū idē pr̄ ingressus ē. cepitqꝫ ex ore eiꝰ q̄si satisfaciēs clamare ipse diabolꝰ q̄ hāc arripuerat di. Ego qd feci. sedebā eni sup lactucā: venit illa et momordit me. Cui vir dei p̄cepit vt abscederet: et locū in orpotētis dei famula ampliꝰ nō hēret. Qui ꝓtinꝰ abscessit: nec eā vltra cōtra cōtigere p̄ualuit. Hec Greg.

Itē puer suus q̄ bibit vinū sine licētia in ciuitate: et diabolū bibit cū vino: et sic obsessus est. hoc q̄re infra. xvi. D. Eruce signatis Maria offert filiū suū. Exēplum. xli.

c Ruce signatis datur filiꝰ btē ꝟgis Jacobꝰ de vitriaco de seipo scribit di. Cū ego semel i p̄ntia deuoti viri frīs symonis ꝯuersi cisterciēn. ordinis crucē p̄dicarē. multiqꝫ relictꝫ oibꝰ ad crucē ꝯuolarēt: rogauit dñm iesū christū vt sibi oñdēt q̄le p̄miū cruce signatꝫ daturus eēt. Qui statī raptꝰ i spū vidit btām ꝟginē filiū suū tenētē: et q̄cūqꝫ ꝯtrito corde et ꝯfessus crucē accipiebat: filiū suū illi dabat. Mulier q̄dā voluit retrahere iuuenē cruce sig̃tū: et manus eius ꝯcta est. Exemplum. xlij.

d Octor sacre theologie cū p̄dicaret crucē i anglia iuuenis accēsus zelo fidei assūpsit crucē: et mulier q̄ eūdē hoiem dilexit: volēs eū retrahere p palliū: statī manꝰ eiꝰ ꝯcta est. Que flens clamauit. Heu heu: manū amisi. Et ex informatiōe deuoti viri ꝓmisit āplꝰ oēs ꝓmonere crucē assumētes et ꝯ hereticos trāseūtes et ecōuerso sanata ē manꝰ eiꝰ. Mulier volens retrahere iuuenē ab assumptione crucꝫ excecata est. Exēplum. xliij.

d Octor q̄dam p̄dicauit quō christus et fides catholica ab hereticꝫ dehonestaret. Hꝫ q̄dam iuuenis audiēs assūpsit crucē: amasia eiꝰ amplexibꝰ nitebat̃ eū retrahere. et stati ex vltiōe diuina cecata ē: in exēplū vt nullꝰ cām fidei īpedire debeat. Que eiulās ꝓmisit emendā vite sue. Et doctor et populꝰ p ea orauerūt: et in cōspectu oīuꝫ stati sanata ē: et postmodū ꝑfectā et plenā pniāꝫ egit de petīs: et i bono vitā suā laudabilit̃ finiuit. Ho Vīcētiꝰ i speculo histo. In discipulo de tempore.

Latro q̄ vnuꝫ pr̄ nr̄ orauit añ crucifixū: et sic occisus ab inimicꝫ statim ad celū euolauit. Hoc quere i discipulo de tpe sermo. xliij. R.

Capitulū de D. Damnant̃ multi. Qꝫ multi damnantur. Exēplum. i.

d Agister parisiēsis apparuit epō post mortē: et dixit. In malo statu sū: qꝛ et̃nalit̃ dānatꝰ sū. Et epūs int̃rogauit eū vtrū sciētiā suā adhuc hēret: rñdit. Nihil sciꝰ oīm tria. Primū qꝛ et̃nalit̃ dānatꝰ sū. Secūdū qꝛ snīa irreuocabilit̃ data ē ꝯ me. Tertiū qꝛ ꝓpt̃ delitias corpis et honores mūdi p̄uatꝰ sū et̃nalit̃ a visione dei. Et q̄siuit si mūdꝰ adhuc staret. Et epūs dixit cur h q̄reret: rñdit. Tot aīe illis diebꝰ descēderūt in infernū ꝙ vix credidisseꝫ tot hoīes esse in mundo. Hoīes descēderūt ad infernum sicut nix de celo. Exemplū. ij.

q Uidā cācellariꝰ parisius extīs oibꝰ acceptissimus q̄ ita facūdus et līatꝰ fuit qn̄ p̄dicauit ꝙ p̄dicatores fr̄esqꝫ minores oibꝰ negocijs postpositis assidue interesse cupiebāt. Qui postmodū dum laboraret in extremis: episcopus ciuitatis eum diligentissime visitabat: dicēs. Precipio tibi in virtute sancte obedientie: si auctoritas mea super te vim debeat habere sicut acceptior in seculo me fuisti: quatinꝰ mihi infra tricesimū tuum appareas: de statu tuo me certificans. Obijt ille. et tricesimo die cū episcopus solus i camera sua sederet: ipse nigra cappa indutꝰ et fetens magis ꝙ cadauer putridū sibi apparuit dicēs. Hic sū sicut precepit mihi auctas tua. Tūc epūs ꝑterritus quesiuit quō sibi eēt: respōdit. Miser ego suꝫ et ꝑpetualiter dānatꝰ: qꝛ honorē et sciētiā quā in seculo habui: et laudē quā sepius btē Marie obtuli a deo habere nolui: sꝫ potiꝰ a meipo et etiā voluptatem carnis habere volui: quare perpetualit̃ dānatus sum: ita ꝙ nulla elemosyna nec orationes mihi p̄sunt. Et ab epō quesiuit q̄ hora in mūdo esset. Rñdit epūs di. Hodie est tricesimꝰ dies ꝙ ab hoc seculo migrasti. Tunc dixit cancellarius. Ue ve nobis in inferno. Credebamus ꝙ dies iudicij esset consummata: quia sicut nix cadit de celo ita anime intrant ad infernum. Et valedicēs episcopo sic recessit.

Quidam habuit plura beneficia & damnatus est. Exemplum.iij.

Uidaz magn⁹ magister parisieñ. in sciētia famosus: in hora mortis visitat⁹ ab epo & monit⁹ vt saltē i fine vite sue plura bñficia illicite detenta resignaret: & vnū retineret. Ille vero in sua erronea opiniōe pdurās. Tēptabo inqt si pōt aliqs cū plurib⁹ bñficijs saluari. Post mortē suā ipse apparuit eidez epo suo oranti hora tertia. Et interrogauit epus quō se hrēt: rñdit. Ego sum ineternū dānat⁹. Et cum qreret qre. rñdit. Propt elationez. Et cū qreret epus quid esset de opiniōe sua: rñdit. Nihil ad iuuerūt me plura bñficia. Et addidit. Dicite mihi est ne adhuc aliqs viuēs in seculo. Rñdit epus. Quō tu cum tantus clericus sis queris vt tā cito credis mūdū eē finitū. Ille ait. Quia certe ex quo mortuus sum tam magna multitudo corruit in infernum q vix credidissem tot viuentes esse super terram.

Quinq milia hoīuz obierūt & qttuor ex ill' solūmodo saluati sunt. Exemplū.iiij.

Uo scholares i bona societate existētes: qdā die quoddā int se pactū fecerūt: vt qcūq prius moreret alteri infra mēsez appareret. Post aliqd v̄o tps vn⁹ ipsoꝝ mortu⁹ ē q alteri apparuit in.xvi. die. Interrogat⁹ v̄o de valitudie eius: rñdit. Nunq habui ita bñ: qz sum in regno celoꝝ. Uiuēs dixit. Per q meruisti hec. Rñdit. Quia ego me ad sumēdū corp⁹ christi semp cū deuotiōe pparaui. sed dico tibi qñ de hoc mūdo migraui tūc quinq milia hominū moriebant: & nullus eorū saluat⁹ ē nisi ego & alij tres. Et dū viuens soci⁹ miraret: ille rñdit Non mireris: qz multi sunt heretici & increduli & iudei: & multi gentiles & multi mali christiani: qui omnes damnantur.

In discipulo de tempore.

Decanus qui.xxv. annis i heremo mãsit & post mortem apparuit epo suo: & dixit q.xxx. milia hoīum obierūt illo die: & ipse & sanctus bernard⁹ stati ad celū & tres ad purgatoriū intrauerūt: & alij oēs eo die mortui ad ifernū descēderūt. Hoc qre i disci. de tpe ser. cxlix. L.

Decime.

Decime sunt blene psoluēde. Exē.v.

Iles qdā in dādo decimas suas tāte erat virtut' & iusticie: vt ei sūmuz eēt studiū illas psoluere sine mora: sine dolo: & sine vexatiōe. Habebat eni vineā quādā q circa decē carrucas annuatim facē solebat. Tpe igit qdā vt postmodū patuit mag' ex dei dispēsatiōe q ex aeris tēperie postq collecta ē vinea viuūq expssum: vna tātū inuēta ē carruca. Quo audito miles seruo suo memorale v̄bū rñdit: dicēs. Nō meū erat dñs inqt mihi tulit. ego illi portionē suaz nō auferā. vade & da sacerdoti carrucā hāc p decima. Quod & factū est. Eodē tpe german⁹ milit' sacerdos qdā iuxta vineā pdictā trāsiens: eāqz refertā vuis vidēs mox ad frēz intrās: de negligētia eum arguit dicēs. Quare nōdū collecta ē vinea vestra. Rñdēte illo. iā collecta ē: sacerdos subiūxit. Nequaq eā plenā vidi. Quesitū & inuētū: nec vnq aliq anno vberiores fructus fecit q illo anno.

Desperatio.

Conuersus quidam desperauit & scipsum submersit. Exemplum. vi.

Uidaz cōuersus cuiusdā religionis a iuuētute vsqz ad senectutē laudabilit' puersat⁹ int fres: ita vt null⁹ eo videret religiosior & oib⁹ feruētior: nescio q dei iudicio ita tristis & pusillanimis ē effect⁹: q tm̄ de pctīs suis timeret: & de venia desperaret vt null' scripturarū auctoritatib⁹ poterat erigi. null' exemplis poterat ad spem venie reduci: modicū tñ credit peccasse Cui cū fres dicerēt. Quid habes. qd timeris qre desperas. Rñdit q nō possuz sicut psueui orōnes meas legere: & ideo timeo gehēne penam. Cū aūt infirmus qdā mane ad magistrū suū veniret dicēs. Nō possuz diuti⁹ ꝯ deū pugnare. Illo v̄ba ei⁹ minus attēdēte: ad piscinā monasterij iuit: & in ea se pcipitās suffocatus est. Hec cesarius.

Mulier desperata cōmedit araneas & beata virgo subuenit ei. Exē. vij.

Ulier qdaz ppt peccatoꝝ suoꝝ frequētiā & frequētē recidiuationē lapsa in desperationez vt se occideret: venenosaz araneā deglutiuit. Appropinquāte aūt morte cōpūcta cepit cū lachrymis mrem misericordie inocare. Audiuit itaqz vocē dicētē sibi. Frat' iordan⁹ ordis pdicatoꝝ venturus ē mo: ipm voca dicēs te a me missam ad euz: & cōfiteri illi: & salua eris. Uenit sanct⁹: & cōfessa est peccatrix: & cū vomitu peccatoꝝ araneā & venenū euomuit; ✠

grãs agẽs sanata plenissime. h i vitaspatrũ.

Passio christi aufert desperationẽ. Exẽ.viij

Quidã sceleratissimus m morićs desperauit: cui apparuit beatus Dñicus cui deuot⁹ erat dicẽs. Cur fili ppt enormitatẽ peccatoꝝ desperas. p quoꝝ medicina ⁊ toti⁹ mũdi dolor christi fuit infinitus: cui⁹ medicine efficaciã cõtẽplando infinitã: nequaq̃ desperabis. Nã minima christi sanguinis gutta supabundat ⁊ tollit oĩa peccata mundi. Unde cõtrit⁹ ille penitentiaȝ fecit ad vitam: ⁊ sic saluatus est.

In discipulo de tempore.

Quidã reputabaṫ quasi sanct⁹: ⁊ tamẽ in agone desperauit: ⁊ sic dãnatus est. Hoc quere in disci. de tẽpore ser.cxxxi. P.

Item q̃ dixit in agone: ĩpossibile est q̃ de⁹ ignoscat m̃ pctã mea. h q̃re ser.cxxxiiij.T.

Quidam qui voluit absq; omni peccato viuere: ⁊ sic desperauit: sic tamẽ q̃ surrexit econuerso. Hoc q̃re in disci. de tpe ser.ix.N.

Heremita q̃ reduxit desperatũ: ⁊ sic meruit duplicẽ coronã. Hoc q̃re ser.xxx.H.

Detractio.

Fratres detraxerũt morienti. Exẽ.ix.

In monasterio sancti i Gregorij fraṫ quidã vi febriũ calore vltimũ flatũ emittere videbatur. h eum circũstantes monachi ⁊ psalmodiam intermittẽtes ei detrahebãt: ipse reuiuiscens ait. Parcat vobis fratres deus: q: mihi detrahere voluistis. Nã impedimentũ nõ modicũ mihi generastis, nam tã a vobis q̃ a diabolo sub vno tẽpore accusatus nesciebã cui caluinie primit⁹ respõderem. Sȝ si quãdoq; quẽlibet migrãtem videritis: eidem nõ detractionem h cõpassionẽ ipẽdatis: vtpote q̃ ad tã districti iudicij iudiciũ cũ terminatore suo vadit.

Miles quidaȝ detraxit alij militi defuncto q̃ apparuit sibi. Exemplũ.x.

Miles quidaȝ iacẽs in m lecto cũ vxore detraxit alij militi defuncto qui apparuit ibi dicẽs. Indulge mihi. Et dicebat se esse in magnis penis purgatorij. ⁊ miles q̃siuit: vtrũ sibi posset suffragari. Rñdit q̃ sic. Et ille. Uis vt iste oreṫ p te. Tũc ille exagitauit caput: in signuȝ q̃ non placeret sibi q̃ ille p se oraret: quia in peccatis esset. Tunc ille dixit. Uis vt ille heremita sanctus ⁊ deuotus p te orabit. Et ille dixit. Utinam iste pro me oraret: faciliter posset me liberare quia amicus dei est.

Detractor laniauit in extremis ꝓpriã linguam cũ dentibus ꝓprijs. Exemplũ.xi.

Sacerdos q̃daȝ in tantũ vitio lingue deditus erat: vt quasi omnibus detraheret ⁊ alios homines grauiter infamaret. Hic autem ante mortem raptus in furiã tanto in se deuastat⁹ vt ꝓprijs dentibus linguã maliloquã laniaret ⁊ palam cunctis ostẽderet que lingua sua dolosa egerat: ⁊ venenum aspidũ sub labijs eius quasi sepulchrum patens guttur illius fetorem deterrimũ anhelaret.

In discipulo de tempore.

Quidaȝ detractor infamauit sacerdotes ⁊ religiosos ⁊ eius lingua nõ potuit putrescere Hoc q̃re in disci. de tpe. sermo.xci.I.

Itẽ duo socij ⁊ quoꝝ vn⁹ erat detractor pes sim⁹: in extremis vidit albatos homines manus extendentes ⁊ conquerentes de eo: ⁊ sic desperauit sermo.cxi.H.

Item epus pbus ⁊ deuotus punitus ẽ in purgatorio p fetorẽ famuli sui q̃ ardebat i inferno: quia audiuit detractiones illi⁹ famuli ⁊ eũ non semp correxit sermo.xc.I.

Discretio.

Duo fratres noluerunt cibuȝ sumere nisi quẽ deus eis mitteret.

Exemplũ.xij

Duo frẽs habitauerũt d vltra illam heremuȝ vbi quondam fuit sanctus Anthonius commoratus qui euntes per desertum decreuerunt non sumere cibũ: nisi quem deus illis trãsmitteret. Cũq; errantes eos per deserta ⁊ deficiẽtes iã fame cõspexissent a lõge maxites: que gens cũctis nationib⁹ crudelior est. Nõ enim eos ad effusionẽ sãguinis: desideriũ pde: h sola ferocitas mentis instigat. Uisis q̃ eis cõtra naturã ferocitatis sue cũ panibus ill⁹ occurrerunt. Tũc vnus ex illis fratrib⁹ subueniente discretione velut a deo porrectos sibi panes cum gratiarumactione suscepit: reputans escam sibi diuinitus ministrari: nec sine iussu dei factũ esse dicens: vt illi q̃ sp hoĩuȝ sanguine gaude. ẽt: nũc deficiẽtibus eis vite substãtiã largirenṫ. Alius vo recusans cibuȝ velut ab hoĩe sibi oblatũ inedia ⁊ labore cõsũpt⁹ ẽ mortu⁹: quoꝝ initia q̃uis reprehensibili persuasione descẽderint: vnus tñ subueniẽte discretione id qd̃ incaute conceperat emendasse

cognoscit. Alius autē stulta p̄sumptione perdurans mortem quā dn̄s ab eo auertere voluit: ipse sibi cōstituit. Hec in vitaspatrum.

In discipulo de tempore.

Senex q̄ viginti annis habitauit in heremo: et postmodū proiecit se in p̄fūdam foueā ex iussu diaboli quē credebat eē angelū dei. hoc q̄re in disci. de tempore sermo. xviij. Q.

Capitulum de E. Ebrietas.

Ebriosus quidam in extremis vidit infernum apertum. Exemplū. i.

Faber quidā qui alijs euntib⁹ ad ecclesiā: ipse in fabrica sua remanebat ebrietati et illecebris carnis frequēter vacabat: q̄ subita infirmitate infirmat⁹ cū ab alijs p̄moneref ad penitētiā desperās cepit clamare se non posse penitere: q: sicut beat⁹ Stephanus vidit celos apertos sic ipse vidit infernū apertū et locū sibi paratū apud pylatū cayph. ā̄t iudam: et alios q̄ christū occiderūt. Et post dixit sibi iudiciū instare: nec sue salutis spem supesse ppt ebrietates suas cōtinuas. Et h̄ dicēs mortu⁹ ē et lōge ab alioꝝ sepultura positus: nec aliquis pro eo aliquod suffragiū ausus est facere. Hoc Beda in gestis anglorum libro quinto.

Peregrinus quidam vestem pro vino exposuit. Exemplum. ij.

Peregrin⁹ q̄dam vestē suā pro vino forti exponēs in tātū bibit q̄ inebriat⁹ ē et alienat⁹ ē mente vt q̄si mortu⁹ estimaref. Eadē hora duct⁹ est spūs ei⁹ ad loca tormētoꝝ vbi sup puteū operculo igneo tectū residere cōspexit ipm p̄ncipē tenebrarū. Iterū int' ceteras aias adduc⁹ ē plat⁹ q̄dā: quē p̄nceps multū salutās cū calice igneo sulphureū potū ei ministrans. Qui cū bibisset amoto operculo missus ē in puteum igneū. Peregrin⁹ aūt h' vidēs pterrit⁹ ē. Tūc clamabat diabolus fortiter. Adducite huc illum peregrinū: qui vestem peregrinationis sue vino exponendo inebriatus est. Quo audito peregrin⁹ ad bonū angelū qui eū illuc deduxerat respiciēs: p̄misso deo et sibi q̄ nunq̄ amplius inebriaretur: dūmodo illa hora liberaret eum. Qui mox ad se reuersus diem et horam notauit. rediensq̄ in terram suam dictum prelatum eodem tempore obijsse cognouit. Hec arnoldus.

Ebriosus quidā occidit patrem et matrem in ebrietate. Exemplum. iij.

Ebriosus q̄dā q̄ cū venisset de taberna ebrius occurrit ei pat' su⁹ arguēs eū. Quē cū credēt adūsariū eē: extracto gladio occidit eū. Et cū mr̄ de nocte ad clamorē occurrēt: idē ei fec. et capt⁹ ē et tēr⁹ obstupuit i mane se talia fecisse.

Ebri⁹ occidit regē et filios suos. Exē. iiij.

Quidā homo fideliter seruiuit cuidā regi. Et dū vitā suā ieiun⁹ bn̄ regēt: et suo dn̄o seruitia sua bn̄ placerēt q̄ cū missus fuit ad p̄uiuiū: et cū ibi inebriat⁹ fuisset occidit regē et filios suos. Sic et nos dū ieiunam⁹ fugiūt vitia a nob̄ dū xp̄o inebriamū inficim⁹ oēs virtutes: et regē. i. aiam et rōnē. et filios suos. i. quinq̄ sensus cū quib⁹ corpus et aiam regere debemus.

Ebriosus vidit duo pro vno. Exem. v.

Rustic⁹ inebriat⁹ videbat duo pro vno: et mulieri īposuit adulteriū: dicēs eā q̄ttuor pueros habere: cū nisi duos hr̄et. Et ipsa dicebat se ferrū ignitū portare: in signū q̄ esset immunis ab adulterio. Et vomere posito in igne dixit mulier. Porrige mihi vomerē ignitum et ego portabo i signū innocētie. Et ipse volēs ferrū porrigere mulieri cōbussit man⁹. et sic ad sobrietatē reuersus cognouit se errasse et īebriatū fuisse.

Ebriosus quem inebriatum fecerunt monachum Exemplum. vi.

Quidam cōsueuit adeo inebriari q̄ q̄si insensibil' videbat: et odiosus fact⁹ ē vxori intātū q̄ eo relicto alteri adhērebat. Sz q: eo ad nutū vti nō poterat mole viri oppssa cogitauit q̄ a se eū repelleret. Et cū vna vice inebriat⁹ sic fuisset. ita q̄ oīno īsensibil' videbat et aīo alienatus: ipsa vocās monachos dixit eū laborare in extremis. et q̄ vestirēt eū habitu religioso et facerēt eū monachū: qđ ipse petiuerat cum eēt sane mētis. Qđ et ipsi monachi amore pecunie libent' fecerūt: quē tōsū et vestitū portauerūt ad abbatiā. Ipse aūt de mane vino digesto iuenit se monachum: et audiēs ab vxore et monachis q̄ fuisset i extremis: et fecisset votū deo et bte marie v̄gini et oib⁹ scis: p̄ verecūdia mās̄it in ordine: et ampli⁹ meli⁹ vixit.

In discipulo de tēpore.

Ebriosus nomine Udo qui frequent' iuit ad tabernam cum ad ecclesiam ire deberet: qualem potū; et qualem lectum; et quale bal-

neum iam habet in inferno. Hoc quere i dis ci. de tempore ser. lxij. Y.

Itē mulco qui apparuit post mortē filie sue cum crusibulo in quo erat sulphur ⁊ ignis. h quere sermone. xcix. P.

Item bibulus q̄ tenuit cyphū in manu ⁊ dixit in ludo. Tres soluit. ⁊ sic subitanee obijt. Hoc q̄re de tempore ser lx. Q.

Itē qui in taberna vēdidit aīam suā quō diabolus eum rapuit cum corpore ⁊ aīa. Hoc quere sermo. cxxxij. D.

Itē hospitē bibuloꝝ ⁊ lusoꝝ quem diaboli cum corpore ⁊ anima rapuerūt. Hoc q̄re de tempore ser. cxliiij. N.

Elemosyna.

Elemosyna dāda est in presenti vita.

Exēplum. vij.

Legitur de btō ludouico rege francie ꝙ infirmatus vsq̧ ad mortē: cōuocauit oēs suos nobiles medicos ⁊ clericos theologos ⁊ religiosos: ⁊ eos cōsulens an posset curari. Et audito ꝙ nō: rn̄dit Nūc patet ꝙ diuitie mee nō ꝓsunt qb⁹ potētissim⁹ ⁊ ditissim⁹ rex sanari nō pōt. Un̄ nisi ꝓximis ⁊ paupib⁹ i elemosynis subuenissē: ad eternā vitā modo nō venirē.

Quidā habuit mēsam plenā ante se ⁊ vacuam retro se. Exēplum. viij

Eremita q̄dam vidit in visione multas aīas in diuersis statib⁹: int̄ q̄s vidit vnū virū sedētem: ⁊ stabat vna mēsa añ eum repleta oīb⁹ bonis. alia mēsa stabat retro eū vacua. Quē quesiuit q̄d hoc notaret: rn̄dit. Mēsa illa que stat ante me sunt opa misericordie q̄ feci añ mortē ⁊ ill' bonis mō vtor. mēsa ṽo retro me posita ē qō disposui cū adhuc viuerē: ⁊ mādaui vxori ⁊ pueris meis vt aīe mee subuenirēt in elemosynis ⁊ suffragijs ⁊ in testamētis. ⁊ ecce adhuc vacua est: q: occupauerūt se t̄ palibus reb⁹ diuidendis ꝙ mei obliti sunt. Un̄ dicit sapiēs. Fac bn̄ dū viuis: post mortē viuere si vis. Un̄ etiā Ambrosi⁹. Hoc tm̄ tuuz reputa qō pauperibus erogasti.

Quidā vēdidit. xxx. libras q̄s ꝓpt̄ deū dedit ⁊ misere obijt. Exēplum. ix.

Quidā diues in infirmitate nimia timēs mortem: tulit xxx. libras ⁊ distribuit pauperib⁹. Factū est autē vt cōualesceret de infirmitate cepit penitere ꝙ hoc fecerat. Hic ṽo amicum quēdā habuit virū religiosū cui ipse diues dixit cogitationē suaz. Penitet me ꝙ hoc feci. Qui dixit. Gaudere te mag̃ oportet in h: q̄a qō pauperib⁹ dedisti deo dedisti. ⁊ ipse tibi reddet in futuro. Sed ille nō acquiescebat ṽbis ei⁹ ait ei. Ecce. xxx. libras do tibi vt eam⁹ simul ad sanctā mariā: ⁊ dic ibi. ego non sum ille q̄ distribuit pauperib⁹. xxx. libras: s̄ iste ē: demōstrādo me. Ille ṽo accipiēs. xxx. libras ab alio gauisus. Perrexit q̄ ad sanctā mariā ⁊ fecit sicut ille ꝓdixerat. Cōtigit autē cū egrederet̄ de tēplo portans secū pecuniā quā receperat: ⁊ cū egressus eēt ianuā cadens in terrā mortuus est. Hec videtes q̄ aderāt dixerūt ei qui pecuniā illi dederat. Accipe pecuniā tuā. Et ille rn̄dēs dixit. Nō faciā. ex q̄. n. obtuli deo ipi⁹ est: s̄ mag̃ det̄ pauperib⁹: qō ⁊ factū ē. Oēs cui q̄ viderūt ⁊ audierūt hec: glorificabāt deum qui fecit mirabilia solus.

Quidā cū triginta libris fabricauit sibi palacium in celo. Exēplum. x.

Legit̄ in vita sancti iohānis elemosynarij q̄lit̄ gloria dn̄i misericordib⁹ ē ostēsa. ꝙ cū quidam ep̄s Trull⁹ iuisset ad alexādriā: ⁊ xxx. libras auri expēderet ꝓ palacio fabricādo: quē iohānes ꝓdict⁹ inuitās ad domū suā: monuit eū dicēs. Hoc eēt edificiū ⁊ thesaurū epoꝝ refouē paupes iesu xp̄i: q̄ ad ei⁹ ꝓdicationē ꝓdictū auru reddidit ipi sctō iohi ad dādū paupert ib⁹. Sz postea penitēs de ꝓdict̄ eū eēt auar⁹ decidit i lectū. Qō fact⁹ iohānes audiēs aurū eidē remisit: q̄ statī curat⁹ ē. Iterū inuitat⁹ cū eo comedit. Et postmodū in extasi posit⁹ duct⁹ est ab angelo ad palaciū mire pulchritudīs mirū hn̄s splēdo: ē: ⁊ portā auream in q̄ erat scriptum. Hec fuit requies eterna trulli epi. Qui cū hoc legeret: accedēs mirā pulchritudinē eius dixit angelis. Delete hūc titulum ⁊ scribite. hec reqes erit iohānis priarche. Sz hac visiōe territ⁹ nō solū ꝓdictas libras auri pauperibus erogauit: sed etiā post magn⁹ elemosynarius factus est.

Hortulanus q̄dā collegit lagenam cuz denarijs. Exemplum. xi.

Uit q̄dam hortulan⁹ qui omnē laborem suū in elemosynam expendebat: ⁊ tm̄ sibi retinebat ꝙ ad solū victū sibi sufficeēt. Immisit autē diabolus in cor ei⁹ ꝙ colligeret sibi aliquā

tuis parētib9 in domo fr̄is militis
relicta ē. Pro cistercieñ eni ordie diu laborās
neq3 ad effectū pducere valēs: fortit̄ in aīo
statuit s̄m posse suū etiā in sc̄lo ordinē obser-
uare. Incessit eni sine lineis. obs̄uauit ieiunia
silētiū tenuit. carnes nō comedit. hora matu-
tinali surrexit ad eccl'ia3. ⁊ in eccl'ia horas re
gulares exoluit. Cōtingit aūt q ea ignorāte
mortuū corp9 cuiusdā defūcti vespe ad eccl'ia3
deferret̄: ⁊ solū corp9 ad feretru3 relinqueret̄.
Surgēs aūt media nocte v̄go quā dixim9: iue
nit quēdā mortuū: sed parū aut nihil timuit.
recedit ⁊ horas incepit dicere. Hoc vt vidit
diabol9 inuidebat ei: ⁊ corp9 intrās mortuu3
⁊ loculū p̄mo mouit. Virgo igit̄ se cōsignās
cōstāter aitq3 clamauit. Diabole pq̄esce: miser
rime. cōq̄esce: q2 nihil cōtra me poteris agere
Et mox diabol9 surgēs cū corpe. Vere inquit
nunc potero contra te. ⁊ meas iniurias a te
passas frequēti9 vindicabo. Hec vt illa vidit
imperterrito corde baculū fixa cruce ambab9
manib9 rapuit. ⁊ in caput mortuu3 feriēs ad
terrā piecit. ⁊ sic fideli audacia diabolū effu-
gauit. Itaq3 virgo xp̄i cum angustia labora-
uit: vt cadauer deiectum in feretrū relocaret.
sed frustra: q2 nō potuit. Veniens aūt mane
cum custode p̄sbyter mirat̄ deiectū corp9 de
feretro. ⁊ vulneratū in capite q̄rit qd actum
sit. Fatet̄ virgo cū lachrymis: rogās obnixi9
releuari corp9. Negat ille: allegās visurū po-
pulū potius per gestā rem excitandu3 in lau-
dem xp̄i. Mox turbata virgo vbi presbyterū
inuincibilē ⁊ inexorabilē vidit: vanā ⁊ inanē
gloriam ⁊ erubescentia3 formidans: domum
fratris cognatione3 ⁊ patria3 dereliquit. nec
vnq̄ ad eum postea redijt. sed vsq3 ad mortē
in viuella permāsit: ⁊ i hūilitate christo spon
so suo fideliter seruiuit. Hec Bint.

Christus vestiuit agnetam sua3 sponsam.
Exemplum. xxi.

c Hristus sponsus vir-

ginū v̄gines ab oī opprobrio ⁊ cō
fusiōe custodit. sicut beatam agne-
tem cum fustigaretur nuda: crine soluto tātā

denſitatē crinium dedit ei dñs & longitudinē: vt pulchrius crinibus ornaret quam veſtibus. Et cū eſſet in patibulo eā lumine de celo miſſo veſtiuit.

Xps per triduū ſuſtentauit virginē in patibulo. Exemplum.xxij.

Item legitur de ſācta i Eulalia quod multa ſupplicia ptulit a Deciano pſide. cuius corpus iuſſit tyrānus ſuſpēdi. dū p triduū pmaneret in patibulo ſuſpēſum corpus eius veſtiuit lumine de celo miſſo. & aiam morientis viderūt aſtātes in celū aſcēdere quaſi in ſimilitudine colūbe nitētis.

Xps paſcit virgines. Exemplum.xxiij.

Christus paſcit et nutrit virgines: ſic legitur feciſſe btē eugenie vgini. Que cū multa ſupplicia ſub Galieno impatore ſuſtinuiſſet: ignis & aq & alioꝝ tormētoꝝ gna ſupaſſet & euaſiſſet illeſa. tādē clauſa tenetur i obſcuriſſimo carcere ſine oī cibo & luce: in q eā xps viſitauit & pauit imēſo lumie & cādidiſſimo carcerē illuſtrauit. Que cū p multos dies mortua crederetur appuit corpletior & pulchrior quam prius fuit.

Xps liberauit vginē ſponſam ſuā a diuerſis martyrijs. Exemplum.xxiiij.

Legitur in paſſione euſe l mie quod cū eēt ſpecioſa valde. & accuſata cōfeſſa ē ſe eē xpianā. venit ad eā Priſcus iudex i carcerē volēs eā opprimere ipa aūt ait. Adiuua me ſaluator meus ieſu xpe amator & ſponſus caſtoꝝ aīoꝝ. Ipſa aūt xpi adiutorio cōualuit & Priſcū potētē vicit. Tūc priſcus indignatus quod a muliere victus eſſet fecit fieri rotas horribiles in qbus vginē cōtereret. Cūqz miniſtri eā cōfitētē xpm audirēt & dicētē. Saluator mūdi ſalua me & libera me: angelus ſtatim deſcēdit: & rotas illas cōterēs. & illā illeſam reddēs & liberatā. miniſtri aūt percuſſi paralyſi facie imutata. Cū aūt pſes cōfuſus cōminaretur ei quod interficeret eā i fornace ardēti: ait. Nō timeo habēs adiutorē xpm & cōculcabo adiutorio eius oēs tyrānicos inſultus & terrorē eoꝝ. Cū autē iuberet eā tyrānus in fornacē pijci quā parauerat: miniſter cui pcepat hoc dixit ei quod nō poſſet i eā manū mittere: qr videbat circa fornacem viros glioſos paratos fornacē diſpgere: & eā illeſam & imaculatā cuſtodiri. Alter huius dixit quod nō poſſum facere. qr videbat circa fornacē cādidatoꝝ exercitū eā expectātē. Hi duo in carcerē miſſi ſūt. & eos cuſtodire fecit: tādē martyrio coronati ſūt. Tūc plectā eā ſup ignē: ſuſceperūt eā angeli dei diſpgētes ignē huc atqz illuc. Poſita in carcerē p ſeptē dies p capillos ſuos ſuſpēſa negato cibo & potu: ſz qttidie ab angelo refecta ē. Poſt hoc poſita eſt inter magnos lapides q dei adiutorio mox in puluerē ſūt redacti. Poſtquam hec oīa ſupaſſet miſſa ē in foueam plenā vrſis & leonibus. & ibi vrſos & leones ſuperauit. Tūc a carnifice gladio pcuſſa migrauit ad dñm. pcuſſor aūt eius a leone deuorabatur Priſcus & appollonius in furiā ſūt cōuerſi: ita quod ſeipſos comedētes mortui inuenti ſunt.

Quidam voluit violare virginem & excecatus eſt. Exemplum.xxv.

Quidā ab imperatore q obtinuit vt ſcā Anaſtaſia ſibi pro vxore daretur: pmittēs quod a xpianitate eā reuocaret. Qui cū multiplicit eā attēptaſſet, pmiſſioibus: minis: & ſupplicijs. & ipſa in qdā camera imobilis p triduū pmanſiſſet ſine cibo & potu & ſōno: vir intrās ad eā voluit violare eā. & ſic excecatus circuibat i camera: nec valebat exire. Cū aūt clamaret pre dolore oculoꝝ intrātes famuli eū emiſerūt & ad idola adduxerūt eū vt rūſa accipet a demonibus vtrū a ſua ifirmitate curaretur. dixerūt quod nō. ſz ppter illud qd fecerat anaſtaſie. ſciret qm ipſe quod i inferno etnaliter eēt cruciādus. Qui pterritus ſupra modū & turbatus: cū duceretur inter manus famuloꝝ ſubito mortuus ē. Ipa aūt anaſtaſia poſt multas afflictiones p xpo paſſas carceris & exilij incēdij & extēſiōe corporis ſup quattuor palos ſpiritum deo reddidit.

In diſcipulis de tempore.

Miles q violauit virginem quō in cruribus punitus eſt: & bufonē igneū in corpore ſuo ſuſtinuit. Hoc quere ſermone.xcvi. V.

Uirtutes.

De virtutibus qnqz fratrū. Exemplū.xxvi.

Quidā ſanctus abbas q qſiuit a qnqz fratribus ſuis q ſibi p ceteris placuerūt vtutes: & vitam ipſoꝝ qualiter vixiſſent poſtquam religioſi facti eſſent. Primus dixit. Ego ſic vixi quod ſingulis diebus oīa pctā mea: ita cū dolore cordis ptractaui: & qcqd cōtra deū illa die egi cū tāta cōtritiōe cōfeſſus ſum qſi eadē die mori deberē. Secūdus dixit. Oē tēpus meū in duas partes diuiſi. vnā orōnū deuotioni dedi. aliā laboribus & ſeruitijs fratrū vbicūqz potui in minoꝝ ſic &

in maximo fidelit expendi. Terti⁹ dixit. Ego dedi me totū opib⁹ misericordie ꝛ cōpassioni ita vt flerē cū flētib⁹: ꝛ gauderē cū gaudētib⁹ Quart⁹ dixit. Ego semꝑ me adiūxi vbi despectus habebar: ꝛ sic me ꝑ in rexi vt ad plenam humilitatē ꝛ patientiā ꝑuenirē. Quīt⁹ dixit ego sic vixi et nullū hoīem turbaui: nec ab aliquo turbat⁹ sū. Abbas sibi hec reuelari petiuit a deo: ꝛ vox de celo venit dicēs. Ego do me ego ꝑmitto me īuenire: ego vēdo me ꝛ ꝑmitto me furari. ego ꝑmitto me ab hoīe superari Tūc abbas nō intelligens: orauit sibi manifestius illa declarari: tūc vox venit de celo: dicēs Ego do me penitenti. ego ꝑmitto me in orōnibus ꝛ laborib⁹ fratrū inuenire. ego vendo me illi q̄ ꝓximis cōpatit ꝛ cōgaudet. ego permitto me furari ab humili despecto. ꝛ ego permitto me superari ab hoīe q̄ nullū cōturbat: sꝫ stat in pace Tūc abbas q̄siuit q̄s melior esset int illos. tūc venit vox de celo: dicēs. Qui nullū turbauit nec turbatus est.

De exercitijs q̄nq̄ fratrū. Exem. xxvij.

Abbas quidam habuit q̄nq̄ fr̄es q̄bus p̄cepit vt vnusq̄sq̄ referret virtutē suā. Prim⁹ dixit: decē annis q̄tidie feci generalē confessionē. Secūdus dixit: quotidie bonā attentionē ꝑ viginti annos studui habere in orōne. Terti⁹ dixit: ꝑ triginta annos quotidie quātū potui misericors fui: ꝛ intraui infirmatorium q̄rens cui seruirem. Quartus dixit: ꝑ q̄draginta annos nemīnē ꝯturbaui: oīa patiēter sustinui. Quītus dixit: ꝑ q̄nq̄ginta annos q̄siui despectionē ꝛ non inueni mi similē in humilitate. Abbas igit deū rogauit vt sibi ostēderet q̄s int illos melior esset. ꝛ venit ad eū vox: dicēs. Prim⁹ seipm̄ dat dn̄o. secūdus inuenit dn̄m. terti⁹ portat dn̄m. q̄rt⁹ emit dn̄m. q̄nt⁹ vincit dn̄m.

De ꝯtutib⁹ triū heremitarū. Exē. xxviij.

Erant tres heremite q̄ cū quererent int se de virtutibus. dixit vnus q̄ ꝓpter dilectionē dei pl⁹ semꝑ desidero turbari q̄ illi turbationes euitant. Alter dixit q̄ ꝓ dilectione dei nunq̄ me iudicātē iudicaui. Et req̄situs cur dimitteret: dixit ꝓpter tres causas. Primo q̄ inuenio me esse priorē q̄ ipse q̄ locutus est. Secūdo q̄ null⁹ curat mea v̄ba ꝛ nō credunt mihi dum de mē mala loq̄nti loquor. Tertio si hodie malus ē qui mihi hodie infert molestiā: cras potest melior esse q̄ ego. Tertius dixit plus me q̄ se diligentem diligo ꝛ dum quererent q̄s ille esset q̄ plus te q̄ te diligit dixit iesus. Qui ꝓ me patrē ꝛ regnū ꝯtēpsit: corp⁹ dedit penis: q̄si me chari⁹ sibi haberet

Unctio extrema.

Sacramentū extreme vnctionis prolongat vitam. Exemplum. xxix.

Quidā vir magnorum operum in extremis laborans. Cū interrogatus fuisset si oleo sancto ꝑungi vellet: rn̄dit. Nolite obsecro talia dicere quia omnes q̄ vnguntur illi moriunt. Et his dictis spiritū reddidit. Sꝫ cū lintheaminib⁹ inuolui deberet deo volente spiritū resumpsit ꝛ oculos aperiēs locut⁹ est: dicēs. Quia extreme vnctionis salutare sacrm̄ abhorrui. c. annis ignibus purgatorij iusto dei iudicio torq̄bor. ꝗ si ꝑunct⁹ fuissem vtiq̄ de hac egritudine cōualuissem. sacra eni vnctio nō est mortꝭ acceleratio: sed dilatio. Sicq̄ verbis finitis animā ecōuerso exalauit.

Punitio vxoris que impediuit vnctionem sui mariti. Exemplum. xxx.

Miles quidam diues ꝛ strenu⁹ in secularibus exercitijs: ꝛ torneamentꝭ ꝛ hastiludijs exercitatissim⁹. religiosos ꝛ clericos in magna reuerētia ꝛ honore hēbat: ꝛ eisdē in domo sua liberaliter ministrabat. Hic cum vehementē languorem incidisset: ꝛ post fidelē cōfessionem: ꝛ dn̄ici corporis perceptionē: ꝛ a religiosis ꝛ clericis q̄ ibi aderant requisitus fuisset si oleum sanctū desideraret. rn̄dit. ita desidero ꝛ ex toto corde requiro. Quod vxor eius audiēs: ꝛ nimis carnaliter eum diligens fieri nō permisit donec intellectum ꝑdidit: ꝛ agonizare cepit. Cūq̄ inunctus fuisset ꝛ ꝑ sex horas iacebat imobilis vt putaret eē mortu⁹: tandē resumpto spiritu vocauit vxorem di. heu heu vxor mea dilecta q̄d fecisti. q̄re decepisti me: ꝛ tu decepta es. si cū intellectū habui inunct⁹ fuissē ꝓculdubio. xxx. die a tormentꝭ purgatorij exiuissem: mō ꝑ septēnium in pena manebo: ꝛ vtiq̄. xxx. annis ibi fuissem: nisi hoc religiosorū ꝛ clericorꝫ quos sp̄ dilexi deuota intercepisset orō. Tu vō q̄ huiꝰ negligētie cā efficiēs extitisti: impunita nō transibis: sꝫ vsq̄ in finē vite tue paralitica iacebis. His dictis miles in bona cōfessione discessit: ꝛ vxor ei⁹ incurabili paralisi ꝑcussa post. xxv. annos plena patientia migrauit ad dn̄m.

Sacra vnctio disponit animam ad celum. Exemplum.xxxi.

REligiosus quidā ordinis pdicatoꝝ bonifaci⁹ noīe q̄ cū peteret sacrā vnctionē a frē richardo eiusdē ordis: distulit ipse vocare puētū ⁊ iuit dormitū. Post matutinas aūt cū ad īfirmnꝫ venisset: ait ille. O frat̄ qd̄ fecisti. si i sero corpus dñi suscepissez: nūc eēm in palacio qd̄ vidi: vbi erat magister raynald⁹ ⁊ frat̄ rupert⁹ ⁊ alij sancti pr̄es q̄ obierūt: q̄ occurrentes mihi cū magno gaudio me recipientes int̄ se me fecerūt sedere. Cūqꝫ cū illis gauderē: ecce dñs christ⁹ intrauit in palaciū: ⁊ ait ad me oportet te recedere hinc. q2 nondū me recepisti. Unde si sero cōicatus ⁊ inunctus vt petebam fuissem: cū sctīs prībus ⁊ frīb⁹ nr̄is vtiqꝫ remāsissez in palacio tā iocūdo. Hoc i vitaspatrū.

Uoluntas.

Malam voluntatē habens vulnerat christum. Exemplum.xxxij.

QUidā stans i mala voluntate peccandi: ⁊ etiā erat peccator magn⁹: q̄ vidēs beatā virginē hñtē in gremio puerū iesuꝫ ⁊ videbat̄ ei puer ille pulcerrim⁹ in facie: s̄ in corpe erat ac si esset trāssossus cū cultellis ī toto corpe suo. Et virgo btā ait peccatori. Qualiter placet tibi iste puer. Qui rñdit. Pulcerrimus eēt si nō esset trāssossus ⁊ sic vulnerat⁹ in corpore. Que ait. Cui⁹ reus ē iste hō qui hoc fecit. Qui rñdit. Mala morte puniat̄. Rñdēs aūt beata virgo. Tu es homo ille q̄ cū tuo malo pposito denuo flagellas ⁊ crucias filiū meū: ⁊ sic fiat tibi sicut dixisti: ⁊ diabolus in tali malo proposito fregit sibi collum.

In bonis qñqꝫ deus recipit voluntatem pro facto. Exemplum.xxxiij.

QUidam dñs castri habuit sacerdotē sibi celebrātē solēnia missarū: ⁊ ipm̄ vocari fecit vt se prepararet ad missaꝫ. Sacerdote aūt veniente vidit ipm̄ dñs castri cū quqꝫ demonib⁹ obsessum: ⁊ nullus ali⁹ videre potuit: nec ipse sacerdos sensit: ⁊ angelū suū longe stantē. Et cum appropinquaret eccl̄ie: reliqrūt eū tres demones. Cū aūt se dño ad missam cōfessione facta ppparasset: dimiserūt eum alij duo: ⁊ oēs quqꝫ stabant q̄si lupi rapaces insidiando q̄ñ finē suo officio dedisset. Et angelus dñi saltabat sup humerū eius. Sacerdote stāte in canone dñs castri extracto gladio amputauit sacerdoti caput suū. Interfectione facta dñs cepit cōtristari ⁊ a dño papa pniam requirere. Qui dixit. Uade ⁊ fac qd̄ fatu⁹ tu⁹ iubet te facere. Dñs vo̍ let⁹ ad ppria puenit: ⁊ fatuū suū bñ fecit tractare. Quadā vo̍ die vocauit fatuū ⁊ dixit sibi. Quid faciā q2 interfeci sacerdotē. Qui rñdit. Si ipm̄ interfecisti permittas silr̄ te interficere. Cū vo̍ sepi⁹ h̄ attēptasset: ⁊ fatu⁹ sp̄ eadē vba̍ rñderet: cogitante dño q̄ aliqd significaret: rogauit seruū vt q̄ñ veniā fecisset sibi i caput suum amputaret. Facta aūt venia ⁊ extracto gladio ad amputandū sibi caput: venit sacerdos mortu⁹ corā altari: ⁊ dixit sibi. Surge: dñs hꝫ volūtatē pro facto. Resigno aūt tibi qd̄ mihi fecisti: q2 i glīa dei pr̄is sum surrexit dñs: ⁊ habituꝫ assupsit religiosū ⁊ ex castro fecit fieri claustrū: i quo dño nr̄o iesu xp̄o seruiuit vsqꝫ i finē vite sue.

Apostata ptric⁹ post mortē muet⁹ est in habitu ordinis sui. Exemplum.xxxiiij.

BEatus bernardus monachū habuit: q̄ suadēte diabolo ordinis habitū deposui: ⁊ parrochiaꝫ quādā ad regēdū suscepit ⁊ ex cōcubina secū manēte genuit filios ⁊ filias. Accidit igit̄ vt p annos plurimos ibi esset nec abbas sciens p villā in q̄ monachus habitabat transiret: ⁊ ad domū ill⁹ hospitādi grā diuerteret. Quē ille cognoscēs ⁊ q̄si ppriū pr̄em cū multa reuerētia accipiēs deuote ministrauit: ⁊ tā ipi q̄ socijs ac iumētis necessaria copiose ministrauit: nec tñ cognit⁹ ē ab abbate. Mane cū vir sanctus dicē matutinis parat⁹ esset ad eūduꝫ nec posset ei loq̄ eo q̄ maturi⁹ surgens iuisset ad ecclīam. Ait filio ill⁹ sacerdot̄. Uade ⁊ defer mūeū istuꝫ dño tuo. Erat aūt puer idē mutus a natiuitate: q̄ pcepto obediēs: ⁊ pcipiens in se vtutē sentiēs ad pr̄eꝫ cucurrit: ⁊ sctī pr̄is vba̍ absolute valde expssit dicēs. Hec ⁊ h̄ mādat tibi pr̄ abbas. Pat̄ pmā vocē audiēs: ⁊ p̄ gaudio lachrymas effūdēs: ⁊ secūdo ⁊ tertio eadē vba̍ repetē ammonuit: ⁊ qd̄ sibi abbas fecerit diligent̄ inq̄siuit. Cui ille. Nihil mihi aliud fecit: s̄ solūmodo mihi dixit. Uade ⁊ dic dño tuo h̄ vba̍. Ad taꝫ g̊ euidēs miraculū sacerdos cōpūct⁹ festinant̄ ad sanctū virū venit: seqꝫ cū lachrymis ad pedes pstrauit. Dñe pr̄ inq̄t monach⁹ vr̄ tal̄ ac talis fui: ⁊ tali tp̄e a mōasterio recessi. Rogo g̊ paternitatē vr̄aꝫ vt liceat mihi redire vobiscū ad

monasteriū: qr dē in aduētu vestro visitauit cor meū. Cui sanctus berū. Expecta me hic: et ego pacto negocio cito reuertēs ducā te mecū. Timēs ille mortē quā p̄us nō timebat: rn̄dit Dn̄e timeo interim mori. Ad h̄ ille inqt. Pro certo scias: qr si in tali ɔtritiōe ac ꝓposito mortuꝰ fueris: corā deo monachus inueneris: et sic recessit. Cū eni abbas rediret illūq; sic recent mortuū ac sepultū audiēs: sepulchrū aperiri p̄cepit: dic̄ tibꝰ q̄ aderāt q̄d facē vellet. rn̄dit Uolo vidē verū in sepulchro iaceat monachꝰ vel clericꝰ. Clericū inquiūt in habitu seculari sepeliuimꝰ. Reiecta terra: abiectaq; veste q̄ sepultꝰ fuit: et in tōsura monachi cūctꝫ apparuit. et magnificatꝰ ē ab oībꝰ deꝰ q̄ volūtatē ꝓ facto reputat et accipit. Hec cesarius.

In discipulo de tempore.

Latro q̄ in volūtate bona ad heremitā venit: et ipe spreuit eū: et quō arbor eū occidit: et stati aīa eiꝰ ad celū euolauit. ser. cli. O.

Item latro quidam orauit vnum paī noster coram crucifixo: et sic saluatus est. Quere sermone. xlix. R.

Uoluptas.

Ducissa delicata quomodo postmodum computruit. Exemplum. xxxv.

Ux q̄dā vxorē habuit d q̄ ita tenere et delicate viuebat vt cōi bꝰ aq̄s ablucre se dedignaret: s̄ serui eiꝰ de roze celi vndiq; collecto laboriose ei balneū p̄pabāt. Cibos nō tāgebat nisi postq̄ fuissent p̄ eunuchos in frusta ɔcisi: aureis fuscinulꝰ ori suo adhibebat. cubiculū suū ita redolebat q̄ vix sit auditu credibile. Dū sic viueret: iudicio dei ꝑcussa viuēs cōputruit: vt iā nullꝰ fetorē eiꝰ ferre posset. Relinquētibus ḡ eā oībꝰ famulꝰ: vna sola ancilla i seruitio suo p̄māsit q̄ nō sine speciērū redolētium auxilio trāsire potuit: s̄ quosi raptim ei ministrās diem clausit extremum.

In discipulo de tempore.

Qui voluptuose vixit et nihil sibi ꝓpt̄ deū subtraxit: et tn̄ bona opa fecit ieiunando: elemosynas dando: et quō postmodū a deo iudicatus fuit. q̄re sermo. iiij. C.

Uotum.

Uirgo votiua q̄ voluit cōtrahere mr̄imonium. Exemplum. xxxvi.

Uedā virgo fideliter q in castitate btē marie v̄gini seruiēs et se ei et filio eiꝰ in castitate vsq; ad mortē seruire obligās: s̄ felicibꝰ eiꝰ actibꝰ hostis antiq̄ nō defuit inuidia: q̄ potent̄ cuiusdam oculos forme eiꝰ iijciēs totū eiꝰ animū i amore v̄gio ɔūtit: quā cū blādicijs et ꝓmissiōibꝰ crebrꝰ attēptabat vt eā vxorez h̄re mereret. glīaz et diuitias et ꝓpt̄ deū oīa bona sibi ꝓmisit: nō eu3 segnꝰ q̄tidie purgēs q̄ interior eiꝰ diabolus cor eiꝰ ad tantū scelꝰ instigabat: q̄d plura: crebro inimici fatigata turbine corruit et spōsa eterni regis mortalis hoīs vxor fieri acq̄escēs: renūciās xp̄o et etn̄is bonis mortalē spōsuz et trāsitoria bona sibi elegit. Constituitꝰ dies nuptiarū et nocte īmediate p̄cedēte diē nuptiaꝝ: cū in domo parētū illa nocte q̄esceret vidit illa nocte in sōnis se raptā super os putei: q̄ enormi amplitudine et ꝓfūditate oris sui apuit baratrū q̄ȯ tā īmanes exhalabat fetores: vt vniūsū huiꝰ mūdi aerē videret inficere: tā dēsas fumi nebulas: vt sol̄i huius claritatē videret de celo effugasse. Cūq; totū serpētibꝰ et v̄mibꝰ scaturiret: et a clamoribꝰ eorū q̄ intꝰ torq̄bant̄ horribili miraret̄ rugitu: vidit repēte ethiopes q̄sdā ignitos de medio exiliētes et aīas deputatas tormēt̄ absq; dn̄a crudelit̄ imergētes: a qbꝰ et ipsa arrepta. et cū traheret̄ intꝰ ipos iā desperationis angustias respiciēs et circūspiciēs si eēt auxiliator: vidit ātiquā dn̄az suā dei genitricē v̄ginē mariā: s̄ nimis a lōge: et sic a se auūsaz vt eiꝰ visionē vix a lōge aliq̄ specie posset colligere: tandē toto corde et oī conatu ɔuersa ad illā nomē suum valde inclamās. O dn̄a inq̄t subueni ancille me tā in amara necessitate constitute. At illa ꝓpius accedēs. Tu inq̄t q̄ es. Ego sū inquit o dn̄a ancilla tua: tuo famulatui tueq; memorie semp̄ deuota. At illa inquit. Absit. tu mea nō es: imo illiꝰ quē me cōtēpta et filio meo p̄elegisti: ipse tibi subueniat: ipse te liberet. Illa v̄o improperantis verba nō ferēs: imo inq̄t: o dn̄a longe sit a me: longe a corde meo eius memoria. tu v̄o libera ancillam tuā: q̄z nō differas. O dn̄a qr iā absorbet me ꝓfundū. iaz v̄get sup̄ me puteus os suū. Cūq; se in hūc modū excusaret vt illā iuuaret: inimiciq; eius eam trahebant: nullas dantes inducias: accessit pietatis mater sancta dei genitrix Maria ad eam: sua manu manum eius tetigit et tenuit: procul inimici ilico facti sunt: nec respicere eam audentes cui tātū matris dn̄i videbant adesse patrociniū. Tunc eā ipsa blande alloquēs et benigne consolans. hi inquit sunt fructꝰ carnis. hoc premiū voluptatis in hanc p̄cipitationis voraginem precipitez te das

bas et nesciebas: iam experta caue. et ad recuperandã grãz ei cui deseruit castitas totis viribus et visceribꝰ insiste: et ego te precibꝰ meis iuuabo: dixit et abijt. Illa vero reddidit sibi animã: et sic euigilauit. Aderãt amici diuitis illiꝰ q̄rentes q̄d fieri debēt. Et illa inq̄t: ꝓcul discedite ministri morꝫ et inuētores ignis eterni: illisq̧ a facie sua cū summa indignatione ꝑturbatis parētibꝰ et oībus ibi cōgregatꝫ rē totã apuit. Et illi h̄ audiētes: liberã eã dimiserūt. Et illa totꝫ viribus se in penitentie luctu et antiq̄ ꝓposito reddēs instabat inq̄tū poterat recuperare grãm dn̄e nr̄e dei genitricis virginis marie et filij eiꝰ dn̄i nr̄i iesu xp̄i. Et sic i bono et salubri ꝓposito postmodū finiuit vitã suã.

Votiuus quidaꝫ obijt sine sacramentis et damnatus est. Exemplum.xxxvij.

In dioecesi traiectensi

i erat quidam rusticꝰ vsurarius Modescalcus noīe: tēpore predicationis sancte crucis ipse crucē et votum redemit per quinq̧ libras traiectenses: et circūuenit dolo dispēsatorē cū posset dedisse.xlviij. libras nec tñ filios exheredasset. Iste sedebat in tabernis dicens. Vos stolidi transibitis mare i periculo vite vestre et expēditꝫ substantiã vestrã redemi eni ꝓ quinq̧ libris votū meū et vitã meã: et manebo domi: et tñ similē vob̄ habeo mercedē. Nocte q̄daꝫ cū iaceret cū vxore sua audiuit in molēdino suo qd̄ erat cōtiguū domui sue motū quasi rotas molētes: et dixit puero suo. Vade et vide quid sit in molendino. Puer iuit et rediit horrore ꝑcussus. Cui dn̄s. Quid est tibi. At ille. Tantus horror inuasit me in ostio molēdini q̄ cōpulit me redire. At ille. Etiã si diabolus ibi sit ego vadaꝫ et videbo quid sit. iniecta toga scapulis venit ad molendinū. Erat eni nudus. Ostiū aperuit et introspexit. vidit duos equos nigerrimos: et virū nigrū stantē circa eos. Qui dixit ad rusticū: festina ascende ad equū istū qui ꝓpter te adductꝰ ē. Ille rusticꝰ expauit. At ille niger. Quid tardas: pijce vestē tuã et veni. erat eni vestis cruce effigiata. ille desperatꝰ ex vocatione diabolice virtutis reiecta veste equū ascendit: et vir niger ascēdit alteruꝫ equū: et statim deducti sunt ad diuersa loca penaruꝫ: vbi ille miser vidit prēm et mrēꝫ et alios q̄plurimos q̄s cognouit et vidit ibi quēdã militē Heliaꝫ de castro Horst. insidentem vacce furēti auerso capite: ita q̄ dorsuꝫ habuit ad cornua vacce: q̄ huc atq̧ illuc discurrebat: et crebris ictibꝰ dorsuꝫ militis cruciabat. Et cū q̄reret rusticꝰ quare illã penã sustineret: rn̄dit. Vaccã istaꝫ rapui sine mīa cuidaꝫ vidue: et iō oportet me hãc penã pati sine mīa ab ea. Ostensa ē ei sedes ignita et dictū est ei. Nō reuerteris ad domū tuã. post tres dies reuerteris ad locū istū et mercedē accipies in ista sede. Mox a demone reductꝰ semiuiuꝰ inuētꝰ est in molendino ab vxore et familia. Et dixit eis oīa q̄ viderat et cōtingebãt. et quasi sub desperatione vocatꝰ est sacerdos q̄ cōsolaret̄ eū: et ad cōfessionē et ꝯtritionē eū ammoneret. Rn̄dit. Quid ꝓsūt verba ista. nō possum cōteri: q2 superfluum et inutilē video me cōfiteri: et video qd̄ in me sit dispositū necesse est adimpleri: sic miser sine sacramentis eccl'ie defunctus est.

Votiuus quidam per triduum amisit visum. Exemplū.xxxviij.

Doctor q̄dã lr̄atꝰ valde

d cū vouisset se p̄dicatorū ordinē instrare: et iã eūdeꝫ diē assignasset frībꝰ apud mediolanū refectꝰ a scholaribꝰ et sclari vanitate iuit ad aliã citatē vt ibi doceret: ne fres p̄dicatorꝫ ordinis tã frequent' videret: s̄ eodē die q̄ p̄uaricatꝰ ē pactū: visū ꝑdidit. et sic per tres dies cecꝰ ꝑmãsit. Tādē pctm̄ cognoscēs tandē visuꝫ recepit et ordinē intrauit et in eo deuote ꝑmãsit: et vitã in bono finiuit.

Periculosū est differre votū. Exē.xxxix.

Quidã iuuenis ioãnes

q noīe vouit q̄ ordinē cisterciēn. itraret: sed accidia plenus penituit. loco voti fecit peregrinationē sancti iacobi: a qua cū redirēs a suis amicis cū fuisset susceptꝰ valde honorifice: dormiens vidit se in sōno corã dn̄o cū quo erant beatꝰ petrus: paulus: iacobus: et iohãnes: et alij apl'i: et beatus petrus vt ei videbat̄ tenebat in manu librū pulcherrimū: quē dn̄s p̄cepit aperiri: vidit dictus iohãnes litteris aureis nomē suū scriptum: qd̄ p̄cepit dn̄s deleri. Et beatꝰ iacobus ante dn̄m se ꝓstrauit: rogans ne nomē sui ꝑegrini deleret̄. Tūc nō exaudiuit eū dn̄s. s̄ dominꝰ improperauit dicto iohãni dure valde et cū magna indignatiōe q̄ eū irrideret et ꝯtemneret votū suū adiplere: p̄cepit btō petro vt nomē suū deleret. Btūs aūt iacobꝰ adhuc semel ꝓstrauit se añ dn̄m: rogans ne deleret̄ nomen eiꝰ peregrini: ꝓmittēs ꝓ eo q̄ infra.xv. dies votū ipleret. Ipse aūt excitatꝰ a sonno grãs retulit suo fideiussori: ꝓmittēs q̄ ipm ternis-

uium anticiparet: et sic tpa anticipa ordinem cisterciēn. itrauit: fact⁹ pmo abbas clareuall. post epūs apud valētiā: vbi dicit cū mult̄ miracul̄ claruisse et vitā felicit̄ terminasse.

Uotiuum demones proiecerunt in sartaginem. Exemplum. xl.

Legit̄ in libro petri cluniaceñ. q quidā sacerdos in pictauia multoꝝ vitioꝝ seru⁹: q̄ cū a priore boneuall̄ monit⁹ fuisset frequent̄ vt seculo renūciaret et vitā suā emendaret et ordinē intraret. q̄ vouit: s votū nō impleuit. Icepit aūt subito grauit̄ infirmari. Qui cū misisset pro priore: q̄ veniēs ammonuit eū vt pmissū adimpleret et facere nō differret: subito clamare cepit. O pat̄ ora p me. qꝛ duo visi veniūt ad deuorandū me. Illo ħo cū alijs astātib⁹ orante mox liberat⁹ est. Sꝫ nec sic iplebat pmissum: et ecce iterū cepit clamare ptēs orōes dicēs. Ecce ignis occurrit ad deuorādū me. s tūc iterū liberat⁹ ē ad orōnes bonoꝝ viroꝝ. Sꝫ pmissū adhuc cōplere ꝯtēnens q̄si desperando ad dei iudiciū rapt⁹ audiuit ꝯ se ferri sniāꝫ de mal̄ suis et de fractione voti. et a raptu subito rediēs retulit corā oib⁹ visa et audita: et q ab eo esset p̄cisa oīs spes salutꝭ. Et addidit. Ecce assunt duo demones portantes vnā magnaꝫ sartaginē vt frixar in ea ineternū: q̄ cum hoc diceret: vna gutta frixure cecidit super man⁹ eius: que vsqꝫ ad ossa eū oibus videtib⁹ deuorauit. Et tūc ipse ait. Nūc credite. ecce iā demones in sartaginē me pijciūt: et hec dicens expirauit: et vitā sine ꝯtritiōe finiuit.

Quidam sancto Michaeli vouit vaccam et vitulum. Exemplum. xli.

Rustic⁹ quidā cū duceret vaccam et vitulū ad montē sancti michaelis: q̄ de periculo maris timēs: qꝛ q̄nqꝫ viam attigit: fluctus eū inuasit: exclamans dixit. O sancte Michael adiuua me et libera me et dabo tibi vaccā et vitulum. Sic liberatus dixit. Bene fatu⁹ erat sanctus michael q credebat q darem sibi vaccā meam et vitulum meum. Et iterū inuasit fluct⁹ eum: et iterum exclamauit et dixit: O bone michael adiuua me et libera me: et dabo tibi vaccam et vitulū. Et sic liberatus iteruꝫ dixit. O sancte michael nec vaccā nec vitulū habebis. Cū aūt sic q̄si securus incederet: ecce iterum fluctus inuoluens eum et suffocans eum; et vaccam et vitulū cum eo suffocauit.

Usura.

Pro vsurarijs defunctis non est orandum. Exēplum. xlij.

Quidā sacerdos orauit p pr̄e suo vsurario: et man⁹ ipsi⁹ cōtremuerūt sibi ī missa. Et btūs Berñ. orauit qd h̄ significaret. Et angel⁹ apparuit ei di. Nephas ē orare p vsurario q̄ iā dāmat⁹ ē. Et beatus Berñ. phibuit sacerdoti ne ampli⁹ p pr̄e oraret. Et ille sacerdos ampli⁹ nō orauit p aīa pr̄is sui: et sic tunc cessauit tremor manuū suarum.

Quidam accepit cappaꝫ ab vsurario quō punitus est. Exēplū. xliij.

Cum aīa beati Fursei egressa eēt de corpe: demones eā tribunal iudicꝭ accusabāt: s nō inueniebāt qd ei obijcerēt nisi q aliqū cappā a q̄dā feneratore recepat: s āgel̄ sācꝭ oratib⁹ p ipo decreuit dūs vt aīa ad corp⁹ rediret et pniāꝫ agēt. Uñ vn⁹ demō irat⁹ aīe ei⁹ a q̄ cappam accepat in ei⁹ facieꝫ piecit. Uñ post q̄ fuerat suscitat⁹ apparuit ī facie ei⁹ exustio ex aīa feneratoris igne gehēne succēsa. Nec tñ credit̄ scm̄ virū sciuisse illā cappā fuisse feñore acq̄sitā: s inq̄rere debuit. Idē arnoldus.

Quidam construxit ecclesiam de vsuris. Exemplum. xliiij.

Cum quidā vsurarius ecclesiā de vsuris et rapinis cōstruxisset: epm ad ei⁹ dedicationem vocauit. Epo igit̄ cū suis clericꝭ officiū dedicatiōis pagēte vidit retro altare diabolū ī cathedra stātē in habitu epali et dixit epo. Quare tu ecclesiā meā ꝯsecras. Cessa iā qꝛ h̄ ecclia merito ad me ptinet: qꝛ de vsuris et rapinis edificata est. Cū ḡ epus cū clericꝭ fugēt: ꝯtinuo ipe diabolus grādi strepitu ecclīaꝫ destruxit.

Usurarius quidā in agone dixit. Denarios comedo. Exemplū. xlv.

In diocesi coloniēsi miles q̄dā defunct⁹ est vsurarius admodū noīatus et auarus q̄ cū infirmaret: et tandē materia ascēdēte in cerebrū: factus ē freneticus. Cumqꝫ quottidie dentes et os moueret: dixerunt ei ministri sui. Quid comeditis domine. Rñdit ille. Denarios ego mastico. Uisum eni fuerat ei q demones ori eius denarios infunderent. Nō possum inquit

sustinere demones istos: ponite me ad monasterium: quia forsitan illic orationibus seu per orationes bonorum hominum liberabor. Qui cum delatus fuisset clamauit reportare me. plures enim demones hic video quam in domo. Sic miser delatus et a demonibus agitatus expirauit. Ecce quam execrabile vitium sit vsura in tormentis ostenditur cunctis.

Usurarius quidam miserabiliter est defunctus. Exemplum .xlvi.

Fuit quidam vsurarius in brabantie et artibus nequam valde: quia nobiles multos et potentes exheredauerat: et pauperes supra modum expoliauerat. Hic frequenter occurrens religiosis: rogabat quasi cum lachrymis pro se orari: sed in nullo penitus se correxerat. Accidit autem quod repentina infirmitate correptus est: et cum ad exitum appropinquaret: ecce subito duo ingentes canes tenebrarum lectum iacentis ambiebant. Ipse vero protracta lingua propria ipsam linguam ad longitudinem pedis distendens: miserabiliter expirauit: et sic miserabiliter mortuus est.

Usuraria quedam bursam cum pecunia fecit secum sepelire. Exemplum .xlvii.

Due sorores simul habitabant: matre mortua diuiserunt hereditatem. Altera mox portionem suam dedit in vsuram: et faciens cistam firmam congregauit multam pecuniam: et non compatiebatur sorori pauperculę. Contigit autem vsurariam sororem infirmari vsque ad mortem que vocauit sororem vt eam germanitatis ei ministraret: quod et illa fecit: sperans se aliquid accepturam. Illa videns se non posse euadere mortem: sorore emissa accessit ad cistam tollens ex ea duas crumenas plenas pecunia: et cinxit se ad nudum circa ventrem: et crumenas sub omnibus vestibus abscondit. Et sorore reuersa ait. Rogo te vt cum mortua fuero a nullo permittas me nudari: sed in eisdem vestibus in quibus iam iaceo me in sepulchrum ponas atque sepelies. Quid plura: illa moritur et sepelitur sicut postulauerat. Potenti viro ad quem villa illa pertinebat quod vsuraria illa mortua esset intonuit. Qui statim aduocatum suum misit vt pecuniam huius defuncte vsurarie tolleret. Qui veniens aperuit archam: accepit claues et nihil inuenit. Et cum exquireret pecunias a sorore innocente et torqueret eam propter hoc: cepit soror de petitione predicta cogitare: et suspitionem habere de pondere corporis mortue. Quod cum recitasset aduocato: rogauit aduocatus sacerdotem vt liceret sibi effodere corpus vsurarie. sacerdos admisit: apertum est sepulchrum. Mira res nudato corpore viderunt ambo. scilicet sacerdos et aduocatus: maximum serpentem qui frequenter caput suum erigens et festinanter mittens in os mulieris et sulphur et ignem spuens in os eius. Quo viso territi sunt valde et clamauerunt. Reijcite terram velociter. Diabolus enim est qui punit vasculum eius atque illudit. et reuersus aduocatus ad dominum retulit ei omnia que viderat.

In discipulo de tempore.

Usurarius quidam tria debebat facere. scilicet contericonfiteri: et vsuras restituere. qui dixit: prima duo libenter faciam: sed tertium nullo modo faciam. Hoc quere de tempore sermone .cviij. Z.

Item vsurarius quidam in agone sibi portari fecit vasa aurea et argentea. et quando anima recreari non potuit: sed dolor continue augmentabatur tunc recommendauit eam demonibus. Hoc quere sermone .cviij. Z.

Item vsurarius quem asinus portauit infra patibulum et ibi sepultus est. quere sermone .cxiij. B.

Item episcopus quidam sepeliuit in ecclesia sancti Faustini vsurarium. Hoc quere ante S. i.

Item vsurarium quendam diaboli per pedes extraxerunt de ecclesia. Hoc quere ante S. ij.

Item vsurarius quidam in claustro fuit sepultus: nec ipse nec monachi requiem habere potuerunt donec ipsum econuerso extumulauerunt ante S. iij.

Item vsurarij quidam propter penitentiam et restitutionem saluati sunt. Duo exempla quere supra R. iij. et iiij.

Capitulum de X.

Xpianus.

Quidam posuit iudeo christum pro fideiussore. Exemplum .i.

In vrbe Bisantina fuit quidam christianus qui patrimonium suum expendit: et cum iam nec pecunias nec amictum: nec etiam christianum a quo mutuaretur inueniret iudeum quendam adijt obnixe rogans: vt ei mutuo aliquid concederet. Qui cum vadem omnino peteret: et ille penitus non haberet quid ei traderet: quia inquit alium vadem inuenire nequeo: velles a me pro vade accipe dominum iesum christum quem colo. Ille ait. Iesum christum deum esse non credo. Sed quia hominem iustum et prophetam eum esse non dubito hunc mihi pro vade si dederis indubitanter accipio. Ille respondit. Fiat vt dicis. Xpianus accepta pecunia nauem emit

mercimonijs onerat: ad longinq̃s partes se transfert: venditis mercimonijs suis ditatur. Cũq; iã nisi vn⁹ dies supesset reddẽdi pecuniã: ꝛ ipẽ valde lõge distaret a loco cõtristat⁹ valde: tũ ad se reuius ait. Nõne deũ tuũ iesuz ꝓ te fideiussorẽ dedisti. Ipsi ḡ pecuniaz trade vt creditori restituat quõ velit. Confestim ḡ scriniũ fieri fecit: pecuniã iudeo debitam iusto põdere inclusit: mari ꝛ ei q̃ mare fecit gubernandũ cõmisit. Mira res. sub vna nocte per multa equoꝝ spacia scriniũ bisantine illabitur vrbi: ꝛ iudei mane astitit domui. Jude⁹ ḡ exiẽs mane ꝑtensa manu arripuit scriniuz: ꝛ lecto suo supposuit. Post aliquãtulũ tp̃is q̃n christianus reuersus fuit. iude⁹ christiano improperando dixit. O veraces christiani. Ille aũt ait. Cur ita ista loq̃ris. Quia inq̃t ille pecuniã a me accepisti: ꝛ eã die statuto non reddidisti. At ille ait. Omne quod mihi prestiteras tibi reddidi. ꝛ ipsum habeo testẽ quez ꝛ dedi fideiussorem. Mecũ ergo veni: ꝛ ei⁹ ipse testimoniũ audi. Omnes igit̃ ecclesiã adeũt: ꝛ imagini saluatoris cũ multis assistunt. Tũc christian⁹ inq̃t. Dñe iesu sicut dei ꝛ hoĩs ver⁹ es filius: testimoniũ perhibe veritati: vtrum huic iudeo reddidi quicq̃d mihi prestiterat. Tunc audientib⁹ cunctis hominibus imago rñdit. Testimoniũ perhibeo tibi ꝙ die constituto omne prestitũ ei reddidisti. His indicijs ꝙ scriniũ in quo pecunia clausa est sub lecto ipsius iacet. Audiens aũt iudeus stupuit: et signa cognouit. Et relicto iudaismo: fidei christiane cũ omni domo sua se cõmisit.

Capitulum de Y.

Ymago.

Mulier nobilis quedam nominauit imaginem beate virginis Marie Rumbulam.

Exemplum. i.

In capella cũiusdaz castri quedam vetus ymago beate marie virginis fuit in sinu tenens filium. Non quidem per opus bene formata: sed multa virtute dotata. Matrona igitur quedaz huius castri die quodam in capella stans: ipsam imaginem respiciens ꝛ sculpture indignans ait: Vt quid stas hic tu vetus Rumbula. Beata maria mulierem stultiloquam non apud filium accusans: sed penam pro culpa futuram alteri matrone predicens ait. Quia domina illa vocauit me vetulam Rumbulaz: ideo semper misera erit q̃diu viuet. Post paucos dies ab omnibus bonis mobilibus ꝛ immobilibus a proprio filio eiecta miserabiliter mendicauit vsq; ad mortem: penam luens stultiloquij.

Judeus quidam proiecit ymaginem beate Marie in cloacam.

Exemplum. ij.

Legitur etiã ꝙ in constantinopoli quidam iudeus ymaginem beate Marie virginis in tabula breui signatam vel figuratam parieti in domo cuiusdam affixam conspiciens: interrogauit cuius esset hec propria figura faciei: Cui quodam respondente dicitur ꝙ esset figura sancte Marie semper virginis. Quod audiens infelix iste iudeus incredulus: diabolo instigante eandez de pariete valde iratus tulit ymaginem: ad vicinam cucurrit domum: ibiq; ymaginem sanctam ob christi ex Maria nati dehonorationez in humana stercora proiecit: et ibi desuper sedens per idem foramen ventrem purgauit super ymaginẽ beate Marie virginis. Et post illam turpissimam ventris purgationem ille infelicissimus homo recessit. Digna quippe ꝛ ignominiosa morte defũctus est: ꝛ postea nunq̃ apparuit.

Puerulus quidam porrexit christo panem.

Exemplum. iij.

Puerulus quidaz accepto pane domum matris egreditur: ꝛ huc illucq; deambulando vt moris est huiusmodi paruulus panem quez acceperat comedebat. Contigit autem vt in quodam loco vbi beate dei genitricis Marie ymago in vlnis tenens puerum erat posita: id eni puer transitum haberet. Quam intuens: ꝛ puerili suauitate blandiens eidez puero ait. O chare que libens offero tibi: sume. Illa vero ymago licet pro exercitanda intuentium deuotione formata: tamen vtpote sine sensu mansit immobilis. vt nec panem qui prebebatur accepit: nec responsum loquendi reddidit. Puer in incepto per sistens vt secum de pane ederet rogabat et exorabat. Cumq; diutius modo. s. alludendo: modo supplicando apud ipsum obtinere quereret; vt quantum deo placeret

innocens simplicitas postulatio patescet. Tā dē eadē imago ꝟtute diuina operāte manuȝ extēdit: panē q̄ p̄bebat accepit dicēs. Ecce panē sicut vis accipio: ſ; eū post triduū tibi reddē volo. Puer itaq; hac audita r̄nsiōe domū letus rediit: ⁊ sine mora infirmitate tact⁹ lecto decubuit. Iā terti⁹ dies aduenerat: ⁊ vocante dn̄o sanctissime marie virginis filio aīaȝ reddidit: percepturus eterne vite panem: ⁊ celestis regni mansionem.

Quidam fregit imagini christi brachium. Exemplū.iiij.

Quedā mulier insecuta a latronibus retro columnā cui btē ꝟginis imago iminebat: quā q̄dā illoꝝ lapidādo brachiū imaginis pueri iesu confregit: inde mox sanguis copiose emanando cūctos in admirationē ⁊ dei laudeȝ induxit ꝑcussore eodē obstinato: quē ideo corā omnib⁹ hominibus diabolus suffocauit.

Itē q̄dā blasphemādo xp̄m ⁊ vētreȝ q̄ eū genuerat: mox a fulgore ꝑcussus cecidit stāte nimia aeris serenitate fulgēte. an̄ B.iij.

Itē plura exēpla de imaginib⁹ christi ⁊ marie. q̄re sup̄ P.xl. ⁊ deinceps.

Ypocrita.

Quidā in extremis datus est draconi. Exemplum.v.

Ipocrita quidā monachus apud hoīes magne estimationis habebat. bon⁹ enī videbat: ſ; cū se cū frīb⁹ ieiunare simularet: occulte comedit Qui dū morti appropinq̄sset ⁊ maxīe īfirmaret frēs oēs vocati sunt: q̄ veniētes aliq̄d boni se ab eo audire sperabāt. ſ; iā dat⁹ hosti coact⁹ ē ꝓdere suā simulationē dicēs. Quia occulte comedebā: iō iā draconi dat⁹ sū: q̄ cauda sua pedes meos ligāt: caput suum ī os meū mittēs spm̄ meū ebibit. Et his dict̄ desperat⁹ expirauit spm̄ reddidit: ⁊ male mortu⁹ est.

In discipulo de tempore.

Ypocrita est sicut simea: vt patet in illo exemplo de sutore ⁊ simea: q̄ sibiipsi collū abscidit cū cultello sutoris. sermone.c.U.

Itē inclusa q̄dā ex quadā ypocrisi dixit se esse pessimā: sed ab aliis hominibus noluit h̄ audire. ibidem. sermone.c.T.

Promptuariū exēploꝝ discipuli explicit.

Incipit tabula promptuarij exemplorũ discipuli sm ordinem alphabeti.

Abstinentia.

Accidia.

Adulterium.

Amicicia.

In remissionibus.

Aqua benedicta.

Baptismus.

Blasphemia.

Cantare.

Charitas.

Chorea.

Confessio.

Tabulā promptuarij exemplorum discipuli s̄m ordinem alphabeti explicit.

Prologus in promptuariū discipuli de miraculis beate marie virginis incipit.

a

Ad laudē dei oīpotē

tis cū sepe recitant miracula q̄ p sanctos agit diuina potentia: multo magis sancte dei genitricis marie debēt referri pconia: q̄ oī melle sūt dulciora. Ergo ad roborandas in eius amorē fideliū mētes: intēdo ex diuersis libris colligere opusculū qd̄ nominari debeat promptuariū discipuli de miracul' btē marie vgis quō btā vgo viris: mulieribus: pueris in vita: in morte: et post mortē in oībus necessitatibus et angustijs subueniat. Un̄ Bern̄. Sileat misericordiā tuā btā vgo q̄ te inuocatā deuote in necessitatibus suis sibi meminerit defuisse. Et Ansel. Ab initio reuocatōis humane oibus sub tuū p̄sidiū confugiētibus hucusqz succurristi. Et iccirco pre oī creatura oī laude dignissima dici et esse meruisti.

Imperatrici subuenit maria in maximis angustijs. Exemplum .i.

f

Fuit quidaz romanus

imperator q̄ habuit vxorē genere et moribus nobilissimā: et simul caste vixerūt. Uenit aūt in mētē imperatoris vt pgeret visitare sepulchrū xpi et etiā alia loca sanctorū. Recepto itaqz assensu ab imperatrice et imperatricē fri suo carnali cōmisit: et sic pegre pficiscēs. Ipse aūt dict' frat' specie imperatricis deceptus in amorē eius vehement' exarsit: et ei amorē suū aperuit. Cūqz ei pluries molestus eēt: et illa penitus rēnueret: tādē diē sibi assignauit in q̄ se sibi velle satisfacere promisit. Interim vo turrim parare pmisit: in q̄ duos adolescētes et duas puellas ad seruiēdum fri imperatoris mittere curauit: vt necessaria queqz sibi cum funibus sursū traherent. Determinato aūt die q̄ imperatrix et iuuenis turrim illā puatim cōscēderēt: vt ille qd̄ desiderabat expleret gauisus ē. Sz illo pcunte et intrāte turrim pudica dn̄a in domū rediit: retento fre imperatoris in turri. Sedit aūt sub imperatrice roma pacifica donec imperator rediret ad ppa. Post quinqz annos audiēs imperatrix aduētū imperatoris: gauisa ē valde: iussitqz nobiles et maiores cleri secum in occursū eius exire: et vicos ciuitatis ornari decent: fremqz imperatoris de turri emisit vt fri obuiā exiret. q̄ cū in occursū illius exiret: imperatricē pcuniēs eā grauit' infamauit. Requisit' enī a fratre cur tā pallid' eēt: rñdit cū lachrymis. Mi frat' charissime meretrix pessima cōiux tua sic cū multis fornicati cōsueuit q̄ me ipm i peccatū secū pcipitare tēptauit. Nullus enī ab eius amplexu exq̄ recessit phibitus est: qd̄ ferre nō potui: iō in q̄dā turri me īclusit. Audiens imperator hmōi dolore cordis pcussus in terrā corruit: post spaciū vnius hore surrexit: et cōfortatus astātiū cōsolatiōibus equū ascēdit. In crastino aūt imperatrix cū comitatu multo puenit ad virū suū: q̄ cū illū amplecti vellet: pcussa ab eo grauit' in faciem cōfusa cecidit. Uocatis qz duobus seruis imperator ait Quia nō ē cū meretrice certādū: ite ducite eā ad insulā pfundā ad decollationē. Qui cū ad locū vbi decollāda erat peruenissent: admirantes eius pulchritudinē: dixerūt adinuicē. Priusq̄ interficiat cognoscamus eā: q' nō est i mūdo pulchrior. Irruentibus illis in eā. illa suspiciēs in celū voce lachrymabili dei respectū et virginis sancte marie efflagitabat auxilium. Quidā aūt nobilis heros nō lōge iter faciēs cū comitatu multorū: q̄ limina aplorū atqz loca sctōrū visitauerāt: audiētes clamorē mulieris: vidētesqz tā venerabilē psonā seruos impudicos distrahere: eāqz de manibus eorū liberauerūt: et ipsa dn̄m rogauit vt eā in ancillā saluo honore recipet. Cui petitiōi eius libēter annuēs illā ad ppa pduxit secū: quā vxor eius honorifice recipiēs vnicū ei filiū ad educādū cōmisit. Paruulo aūt suscepto illa maiorē adhibuit diligētiā: q̄ si ipa eum genuisset: erat q̄dā miles frat' dn̄i q̄ ad amorē eius ptingere cupiens blādis sermonibus ac multis psuasionibus eā sollicitauit. illa vo se caste cū diligere rn̄dēs amore dn̄i sui cuius frat' erat nubere vo oīno negauit: q̄obrē miser i aīo cepit tractare quō eā interficeret. Itaqz i tēpestate noctis venit ad locū vbi illa dormiebat cū infāte: et guttur pueri filij fris sui cultro p mediū secuit: ac gladiū in manu mulieris relinquēs recessit. Cū g̃ sanguis occisi pueri per lectum decurreret et latus mulieris inficeret excitata vehement' expauit et exclamauit. Pat' et mat' pcito de lecto surgētes: venerūt cū lumine ad filiū: quē iugulatū videntes et in manu mulieris cultrū quātus dolor eos inuasit et oēm familiā: vix explicari pōt: venit deniqz sceleratissimus homicida fictas lachrymas fundēs dixit fratri. Adduxisti huc meretricē in multis criminibus in alia pria iudicatā interfici. ideo igni tradat. At heros ille nobil' et vxor eius eā īterfici phibētes: mādauerūt naut' ad portū pximi maris vt eā in alienā terrā ducerent.

Venit ğ īperatrix cū seruis ad nauē ⁊ lachry
mando intrauit nauē. Cū naute diu in mari
nauigassent: cōsiderata eiꝰ pulchritudine al
locuti sūt eā vt eis assentiret. ⁊ ipsa supplica
uit amore iesu christi ⁊ btē ꝟginis marie ne
ei vim inferrent. Qui in q̄dā rupe alta q̄ ante
eos eminebat ipsa supplicāte eā relinq̄bant.
Ubi cū totā nocte duxisset flēdo insōne ⁊ ipa
triduano ieiunio afflicta parum obdormiuit:
apparuit ei gl'iosa maria regina celi dicēs ei.
Collige herbam q̄ est sub capite tuo: ⁊ q̄bus
cūq3 leprosis dabis bibere in noīe dñi salua
bunt. Excitata ğ mulier de visione letificata
herbā collegit: ⁊ cyrothecas de manibꝰ suis
extrahēs impleuit. Hora aūt tertia naute a deo
missi iter faciētes iuxta rupē illā vocati ab ea
applicuerūt. Qui vidētes eā venerabilē esse
psonā cōdolētes ⁊ receptā in naui duxerunt
ad portū. Egressa aūt de naui inuenit leprosū
cui dedit de herba bibere ⁊ statim sanatꝰ est.
Exijt fama eiꝰ de lōge: lateq3. Et venit ad ciui
tatē illā in q̄ erat impius ille leprosus effectꝰ
q̄ fris filiū in sinu huiꝰ dñe occiderat. Ad hoc
mulier p̄cibꝰ adducta: s3 nec ab ipsa familia do
mus cognita rogat obnixe a fre illius leprosi
vt ei subueniat: ⁊ q̄cquid mercedis velit: reci
piat. Illa se subuenire pmittit: si de oībꝰ pctīs
corā ea ⁊ fre ⁊ vxore fris cōfessus fuerit. Et il
le q̄dē cōfitens multa dixit: s3 celabat scelꝰ qd
in eam cōmisit. Rūdit ei mulier nil ei pficere
medicinā suā abscōdito vno pctō. Tūc ait fr
suꝰ. Aperi cor tuum: ⁊ si qd aduūsum me male
egisti totū tibi indulgeo. Resolutus itaq3 in
lachrymas q̄lr egerat manifestauit. Audiēs
heros expauit vehementer dicēs se plꝰ de amis
sione nobilissime mulieris q̄ de morte filij tri
stē esse. At illa rūdit. Dñe mi ego sum illa q̄
malū p malo nō reddā: s3 bonū p malo retri
buā: restitutoq3 illo sanitati rogabant vt ibi
maneret: ⁊ quē sanauerat i spōsū acciperet: q̄
bus nō acq̄escens recessit: ⁊ sanādo leprosos
romā incognita venit: ibiq3 plurimos a lep
curauit: s3 ⁊ frem impatoris vlciscēte deo iua
serat lepra grauissima vsq3 ad mortē. Ad quē
curādū adducta: s3 a nullo cognita. silr mō ⁊
hūc pctm̄ suū qd in eā cōmiserat confiteri co
rā papa ⁊ impatore fecit. Quo audito impe
rator flens pugno faciē pectusq3 pcutiēs mi
serū se exclamauit. flebāt q3 oēs q̄ aderāt ⁊
audierant recordationē imperatricis egregie.
At illa fletus illoꝝ nō sustinēs: sanato prius
iuuene dixit: q2 ego sum ista: tūc quāta leticia
romā impleuerat nō ē facile narrare. Voluit
eāq3 impator q̄si a deo resuscitatā in vxorē ⁊
dñam recipere: s3 illa int se aliud agēs dixit ad
papā. Votū feci in tribulatōibꝰ ⁊ angustijs
meis dño nr̄o iesu christo ⁊ btē marie ꝟgini.
Et sic enarrauit oīa q̄ passa fuit: me nulli vl
teriꝰ viro cōiūgere: s3 in monachali veste casti
tatē seruare. Requirat ğ aīa mea d̄ manu tua
si timeas vel diligas hoīez plus q̄ deū: veste
sancta nō velaueris me. Tūc ille mox eā in
duit: ⁊ bñdixit. Hec Uincē. in spec. histo. pri
ma parte libro. viij. c. xc. ⁊ sequenti.

Mulieri impgnate subuēit maria. Ex. ij.

In loco qui dicit tum
ba est eccla sancti michael' archā
geli honorifice cōstructa: q̄ locꝰ oce
ano cinctꝰ ipsiꝰ estu terribil' est pp̄t accessū
⁊ recessum maris aduenietibꝰ oībus ⁊ limi
na sācti michaelis archāgeli ptere desiderā
tibꝰ bis ī die sinū p̄tēdit, nō aūt, vt cetera ma
ria gradatim: verū p̄cipiti cursu ac terrifico
sōitu occurrēs sepe int'cipit iter agētes. Qua
dā igit festiuitate ipiꝰ archangeli: turbis ad
eiꝰ limina pperātibꝰ: ecce iā in medio arene
positis. Erat aūt int' eos mulier q̄dā paupcu
